

Acta consue de ff de Granada
TRACTATUS R. 3809 *Se*

DE CON-
FESSIONIBVS
MALEFICORVM ET SA-
GARVM RECOGNI-
tus & auctus.


AN, ET QVANTA FIDES
ijs aëhibenda sit.

AUCTORE PETRO
Binsteldio Suffraganeo Treui-
rensi Doct. Theologo.

Accessit de nouo, eodem auctore, Commentarius in
titulum Codicis lib. 9. de maleficis & mathema-
ticis, Theologie & iuris scientia, secundum mate-
ria subiecta naturam, accommodatus.

Exodi 22. cap.

Maleficos non patieris viuere.



AVGVSTAE TREVIRORVM.
Excudebat Henricus Bo
Anno M. D. XCI.
Cum gratia & privilegio Archiepiscop.



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16

de la copie des de gra na da
TRACTATVS R. 3839 *39*

**DE CON-
FESSIO NIBVS
MALEFICORVM ET SA-
GARVM RECOGNI-
tus & auctus.**


*AN, ET QVANTA FIDES
ijs adhibenda sit.*

**AUCTORE PETRO
Binsfeldio Suffraganeo Treui-
rensi Doct. Theologo.**

*Accessit de nouo, eodem auctore, Commentarius in
titulum Codicis lib. 9. de maleficis & mathema-
ticis, Theologia & iuris scientia, secundum mate-
riae subiectae naturam, accommodatus.*

Exodi 22. cap.

Maleficos non patieris viuere.




AUGVSTAE TREVIRORVM.

Excudebat Henricus Boc

Anno M. D. XCI.

Cum gratia & privilegio Archiepiscop.



SERENISSI-
MIS PRINCIPIBUS,
REVERENDISSIMO PHIL-
LIPPO, EPISCOPO RATISBONENSI,
prapposito Metropolitano Colonienſi, & Domino
Ferdinando, prapposito Argentinenſi, Comitibus Pa-
latinis Rheni, vtriuſq; Bavariz Ducibus, fratribus,
Dominis ſuis obſeruandiſſimis, Petrus, Suſ-
fraganeus Treurentis ſalutem in Do-
mino, & ſelicem omnium
rerum ſucceſſum ex-
optat.



*Q*UAM difficilis mihi ſub-
eunda prouincia, quam
gravis variorum lecto-
rum perferenda ſit cenſu-
ra, Sereniſſimi ac Reue-
rendiſſimi Principes, is
facili negotio iudicabit, qui alti-
us perpen-
derit, non ſolum agendum pug-
nandumue fore in hoc ſcriptionis
genere aduerſus car-
nem & ſanguinem, ſed etiam
contra principes & poteſtates,
contra rectores tenebrarum
harum, qui ſicut non clara luce
incedunt, ſed noctis caliginem
diligunt: ita etiam non aperto
 Marte pugnant, ſed cuniculis
& inſidijs milites Chriſti,
quos ſue ſeruituti deteſtando
magia ſue maleficij
** ſcelere

EPISTOLA

scelere subijcere nituntur, adoriuntur. Et cum hoc malum indies latius serpat, & eo periculosius, quo occultius: nec defuerint, nec adhuc desunt advocati, qui atrocitatum tantò sceleri praestent, morbo ex parte, qua potui volui mecteri: Et errori pro talento mihi concedero, resistere, advocatumq; in causa Dei contra tyrannidem

83, dist. *Demonum, agere proposui. Etenim negligere cum possis perturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere. Et error, cui non resistitur, approbatur: & veritas cum minimè defenditur, opprimitur. Militandum ergo est pro gloria Dei, quæ tanto crimine grauisimè leditur: Laborandum pro animarum lucro, quas Christus suo pretioso sanguine redemit, & Damon subvertere non cessat: Pugnandum pro communi salute, quæ periclitatur, & multum patitur dominante Demone in Christianos. In hac igitur evidenti Republica, quæ nobis omnibus charissima esse debet, iactura cacutire, perniciosissimum, & subdormire turpissimum est. Atq; ut criminis magnitudo clarior fiat & Demonis in decipiendo dolus melius perspiciatur, Serenissimi ac Reuerendissimi principes, altius repetendum*

can. Er-
ror. 2. q.
7. canon.
Neglige-
re. cap. si-
cut dig-
num. de
homic.

DEDICATORIA.

tendum est, eam esse bonorum & malorum spirituum differentiam, quod boni suos clientes, qui morem pro sua voluntate gerunt, de virtute in virtutem, & de claritate in claritatem semper satagunt ducere, quam diu presentem vitam agunt: At mali à minimis quidem iniquis incipiunt, de scelere in scelus, & de iniquitate in iniquitatem impellunt, donec in magiam sive maleficij crimen omnium scelerum voraginem detrudant. Sic Iannes & Mambre in primis quidem communi Aegyptiorum errore laborabant, tandem eò malitie Demone instigante perducti sunt, ut maleficij & incantationibus diuinae potentie, quæ per Moysen & Aaron operabatur, resisterent, & Pharaonem duriorum redderent, ut populum sanctum maiori seruitute premeret. Sic rex Manasses antiquo serpente sibilante paulatim per vitiorum gradus in abyssum deductus est, ita ut maleficis artibus inseruiret, & execrandas abominationes, quæ maleficorum crimini communiter coniunctæ esse solent, exerceret. Si ad temporalis lucis Euangelicæ descendamus, primus se offert Simon Samaritanus, qui ambitionis auaritiæ, & stru-

Exod. 7.

4. Reg. 21
2. Paral.
cap. 33.

EPISTOLA

Actor. 8. *dio incensus, gratiam Spiritus sancti ab*
 Euseb. li. *Apostolis emere voluit; & cum ob id cri-*
 2 hist. Ec. *men à S. Petro reprehenderetur, à doctri-*
 clef. c. 13. *na Christi defecit, tantòq; breui tempore*
 Justin. in *progressus in magia fecit, ut se Deo similem*
 Apolog. *progressus in magia fecit, ut se Deo similem*
 2. Egefip. *impie ostendere non sit veritus. Qua de*
 lib. 3. de *excidio causata tantòq; à Samaritanis sua gen-*
 Hierof. *tis hominib; & nonnullis alijs honore af-*
 cap. 2. *fectus est, ut statua, cui latinis literis hæc*
verba inscripta erant: Simoni Deo san-
cto, donatus sit. Tandem cum diem sta-
tuisset, quo supernis sedibus inueheretur,
cælumq; peteret, montem Capitolinum
Romæ conscendit, ac se de monte deiciens
volare cepit: Ad orationem D. Petri in
terram decidit, fracto debilitatoq; crure
Aritiam concessit, ibiq; mortuus est Deus
Samaritanorum. Huic successit Menan-
der scutum Diaboli etiam genere Samari-
tes, qui arte magica solus talis tantusq; re-
pertus est, ut impietatem magistri vince-
 Euseb. li. *ret. Hic se saluatorem ad hominum salu-*
 3. histor. *tem à seculis inuisibilibus destinatum di-*
 Ecclef. *xit: cui blasphemie adiungebat, non aliter*
 cap. 26. *posse unumquemq; angelos seculi vincere,*
nisi prius à se magice artis per ordinem
susciperet disciplinam, & per baptismum à
se da-

DEDICATORIA.

se datum in hac vita fieret immortalis.
Eandem viam Demone sine dubio duce in-
gressus est Iulianus Imperator, qui Chri-
stianam pietatem primum Ariolorum con-
 Triparti- *suetudine adductus abiicit. Cumq; eam*
 ta toto li. *ob causam in sinistram suspicionem apud*
 6. Nice- *Constantium anunculum suum venisset,*
 phor. lib. *monachus effectus est: Nilominus, cum*
 12. cap. 1. *tantum vestem & non animum mutaf-*
 & lib. 10. *set, clam adhuc magia & diuinationibus*
 & 36. *addiscendis operam dedit, sensim in turpi-*
tudine processit, donec quibusdam sacrifi-
cijs, inuocationibus, & sanguine immola-
tionum nostrum baptismum studeret abluere,
& Ecclesiastica professioni abrenunciare.
Hoc impijsimo iacto fundamento, ita
crudeliter incantationibus vacauit, quod
post mortem eius, corpora & capita homi-
num in gulatorum multa in cistis, in puteis,
in locis secretioribus Imperatorie aulae An-
tiachie sint inuenta, quos ille clam macta-
uerat, ut magicas imposturas persiceret.
Ad extremum, ut finis vite, & merces
labori responderet, à Demone vulneratus,
vita defunctus est, ut Calistus eius fami-
liaris, in vita Iuliani, quam Heroico car-
mine conscripsit, attestatur. Sed omiffis

EPISTOLA

alijs, quos ad propositum adducere occasio non sinit, ad nostros deveniamus maleficos, & Dæmonem sibi non dissimilem animadvertentem. Quando sibi aditum præparare intendit, circuit, discutit hominis consuetudinem, scrutatur complexionem & affectus, & ex qua parte hominem præsidio virtutis destitutum, ac ad resistendum debiliorem cognoverit, aggreditur. Quos more pecudum carnis voluptatibus indulgere novit, ad venerem & turpem amorem inflammat. Alios, quos fædam libidinem nihili facere perspicit: vel divitiarum cupiditate, vel ambitione, aut superbia tentat. At talibus autem affectibus magis alienis, immoderate scientiæ desiderium suggerit, ut fiant curiosi rerum perscrutatores: his rimis apertis caput serpens immittit, suggerendo superstitiones, & aliqua maiora flagitia, quæ proximè ad magiam disponunt, quibus peccatis Deus offensus, pro meritis permittit dæmoni potestatem excæcandi & gravius vexandi: & quædo miseri homines in cæcitate, quæ tolerant, quasi in claritate luminis exultant, ac secure dormiunt in vtramque auræ, tunc toto corpore serpens ingreditur, & portam omnium

vitiorum,

DEDICATORIA.

vitiorum, quæ est abnegatio Dei, & Christianæ fidei, aperit. Deo furenter abnegato, & impiæ professione nostræ fidei reiecta, Apostasia, idololatria, abominandum libidinis peccatum, execranda sacrilegia, incestus nefandi, homicidia, parricidia, infanticidia, coniurationes contra Rempub. & patriæ salutem, & alia horrida monstra, quæ pudicamens cogitare reformidat, non raro concomitantur, & lerna quedam malorum quasi è stygijs paludibus emergit. Talibus tantisq; scelerum portentis Divina maiestas provocata, provinciæ & locis, in quibus committuntur merito irascitur, manus misericordiæ claudit, & pœnas immittit: Id quòd divinæ literæ luce clariùs arguunt. In Deuteronomio Deut. 13. Dominus Iudici præcipit, ut populi seductorem sine mora interficiat, & filios Belial gladio & igne persequatur, & sollicitè inquirat ad avertendum furorem Domini, nec promittit misericordiam benedictionemq;, nisi priùs deletis ac extinctis filijs Belial. Quid Esaias ad propositum pro-

Esaiæ ca. 47. & 51.

nuntiet attentis auribus hauriamus. Venient, inquit de Babylone, tibi duo hæc subitò in die una sterilitas, & Viduitas. Un-

**

S.

versa

EPISTOLA

uersa uenerunt super te propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter diuiciam incantatorum tuorum uehementem. Veniet super te malum, & nescies ortum eius, & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare. Veniet super te repentina miseria, quam nescies. Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua. Ex his euidentissimum est, quanta calamitates, quanta pericula, quae poene immineant, imo insligantur, licet saepe praecacitate non intelligamus, prouincijs & ciuitatibus, quae non purgantur à maleficis & incantatoribus: plus enim ob sunt tam pessimi homines suis sceleribus, quam boni quibus, aut precibus, aut pietate profint: plus incommodi Reipub. Christianae illi inferunt, quam hi commodi conferunt, nisi Deus obtiterit. Ideo non sunt uspiam tolerandi, sed ubi que locorum potius funditus tollendi omnium creatore sic praecipiente. Maleficos non patieris uiuere, ut quidam grauer & uere dicit. Quicumque igitur patriam diuinae benedictionis munere desiderant repleri, quicumque non tantum aduersam fortunam Reipub. sed etiam

Exo. 22.

DEDICATORIA.

etiam salutem eius euersam experiri refugiant totis uiribus incumbant, ut à tanta scelerum colluue statim Reipub. liberetur. Etenim de maleficis uerissimum est illud Stratoclis dictum. Ignoscendo nocentibus innocentium salutem custodiri non posse. Quare ut ego Reipub. nostrae maleficorum & incantatorum crimine laboranti, & nobilibus ornatissimis prouidis que Dominis, simulque omnibus bonis honestis que ciuibus huius Treuirensis ciuitatis aliquid subsidij & consolationis, adferrem, ante duos annos tractatum de maleficorum confessionibus necessitate rei postulante adidi, quem nunc per occasionem auxi, ei que ut maleficorum materiam fusius comprehendere, & Daemonis machinam multis dubitantibus clariùs ab oculos ponerè, adiunxi commentarium, in titulum legis civilis Codicis de maleficis & mathematicis. Hanc autem omnem meam operam, quam contra Daemonis regnum & eius ministros ad gloriam Dei, communemque utilitatem impendi, Serenitatibus uestris dicere & offerre decreui: partim, ut Serenissima uestra dignitatis protectione à multorum calumnia, cui certè patere debet materia tractata,

EPISTOLA

tractata, cum in destructionem civitatis Babylonice tendat, cuius regis propriū est calumniari contra adificantes muros Hierusalem, defendatur: Partim quod relatione propria Serenissimi VV. cognoverim Bavariā, quae vobis terra natalis est, eo malo laborare, quo provincia Treuirensis vexatur.

Qua causa effecit, quod prior editio tractatus de confessione malefactorum plurimis praestantissimis eruditione & virtute viris in Bavaria mirum in modum placuerit, ut retulit Reuerendus & eruditus D. Quirinus Leonimus Theologiae Licentiatus fidelissimus vitae vestrae florentis moderator. Ex qua causa etiam prior editio, cum exemplaria latina decissent versa in Germanicum idioma est Monachij in ciuitate parentis vestri Serenissimi & piissimi Ducis, cuius pietas longe lateq; diffusa odore suauissimo (ut verè in conscientia absq; ulla adulationis suspitione sentire possum) etiam exterarum prouincias affecit. Quare Bauaris etiam nunc gratiorem confido fore hanc aditionem auctam, si intelligant suis Serenissimis Ducibus eandem arridere: Partim deniq;, ut vestrae nobilissima iuuentutis egregiam indolem, quam bonis literis,

DEDICATORIA.

literis, praclaris virtutibus, & insigni pietate, ut publico testimonio non solum Treuirensium, sed etiam Colonensium satis conspicuum est, excolitis: Hoc literario munere paruo quidem sed tamē iucundo, perpetua memoria obseruantiæq; ergo prouisum mearū tenuitate, honore donarem. Interea precor Deum Opt. Maxim. qui Serenissimi VV. ad illustria sanctae Ecclesiae gubernacula vocauit, easdem suo gratia, sine qua nihil validum, nihil firmum est, confirmet: ut spartam, Serenissimi & Reuerendissimi Principes, quam nacti estis, indies magisq; ad Ecclesiae hisce temporibus afflictissima ornamentū & defensionem exornetis. Sic enim fiet, adiuuante Deo, ut messis, quam in flore iuuentutis nobilissima latere conspicimus, uberrimos aliquando Catholica Ecclesia fructus percipiat. Optimè valete, Serenissimi ac Reuerendissimi Domini, in Christo Iesu, ac femina vestrarum virtutum copiosissima in humilitate custode omnis pietatis virtutisq; usq; ad extremum vitae spiritum, quē Deus pro sua benignitate ad Nestoreos annos protrahat, prudenter custodite. Treuiris pridie calend. Sept. Anno Dom. 1591.

CAR.

CARMEN CONTRA MALEFICOS.

Ad beneuolum lectorem.

Ultima quis dubitet versare volumina caelos,
Quando tot ex Orco monstra luesq; ruunt?
Illic prado furens sceleratis militat armis,
Destruit & pura religionis opus.
Hic & in amplexus ditis venit impiæ Sædæ,
Fœdat & horrendo membra toramq; stupro.
Ictaq; cum Christo, cum Sanctis fœdera soluens
Ferreæ connubij cum Styge pacta ferit.
Hinc amor, hinc faciles aditus, hinc mutuus usus,
Hinc ad nocturnos dextera iuncta choros.
Hinc tot aquis cludes, populis tot funera surgunt,
Dum mala, quæ Damon suaserit, illa patrat.
Si iubet hic tristes membris infundere morbos,
Teclæ parat tacitis hæc aconita dolis.
Si iubet hic denso fruges subuertere nimbo,
Hæc pluuies Stygio carmine erigit aquas.
Si iubet hic terram syluasq; boæ tonitru,
Efficit: & montes rumpere posse putat.
Quod magis indoleas, vereareq; Numinis iram,
Stant eâ patronis crimina iuta suis.
Qui scelus ingenua titulis hoc artis obumbrant,
Vnde vetant meritis igne piare striges.
Sed nihil iniuste prodest defensio cause,
Bimsfeldi doctæ præfulis arte cadit.

Damo-

*Damonis hic fraudes pandens caligine tectus,
Publica, qua scribit, per monumenta probat.
Quæq; dat infelix Plutonis damna propago,
Hæc Sophia & Parrum detegit arte, fide.
Adhuc antiquo pœnas his iure dicatas,
Tartaream fugiant hæc ratione necem.*

Ex nouo collegio, seu Seminario me-
tropolitano Treuirensi.
A. v. Bruele S. Th. D.



TRA-

TRACTATUS

QVAESTIONIS

AN FIDES SIT HABENDA

MALIFICORUM

Confessione?

RO intelligētia sensus quæstionis cognoscendum est maleficos confiteri, se quædam opera fecisse, & damna intulisse, quæ facultatem humanæ naturæ, ingenijq; nostri captum superare videntur: quare à multis, qui rerum naturas suo cerebro, & non veris fundamentis metiuntur, somnia & meræ phantasiæ creduntur. Deinde malefici de se confessi, de alijs confitentur, eosq; tanquàm criminis participes denuntiant. Duo ergo membra quæstionis pertractanda erunt. Primum, præsuppositis aliquot præludijs, quæ vniuersæ materiæ aliquod lumen cognitionis adferant, resoluet veritatem operum mirabilium, quæ fatentur se fecisse & facere. Secundum, in quo nodus difficultatis consistit, aperiet, an maleficorum confessioni contra socios & participes criminis aliquid fidei tribuendū, & quantum

A

tum

tum in ordine ad torturam: per decursum dubijs incidentibus satisfiet, & tandem argumenta in oppositum dissoluentur.

1. Præludium. *Certissimum est, & nulla ratione dubitandum maleficia proprie dicta, siue opera diabolica, mediante hominum auxilio, in rerum natura fieri, & hoc secundum sacras literas, canones, leges ciuiles, & rectam rationem.*

Maleficij
varie si-
gnificatio-
nes.
Dicitur (maleficia proprie dicta) quia apud antiquiores Iuris peritos & leges, maleficium generaliter accipitur pro omni crimine, hic autem sumitur pro opere malo ope diaboli- ca perfecto, singulari modo, & ad singularem effectum.

Probatnr nunc præludium, Exod. 22. *Maleficus non patieris viuere, Leuit. 19. Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid suscipiemini, vt polluamini per eos: & c. 20. Vir siue mulier, in quibus Pythonicus, vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos. Deut. 18. Nec inueniatur in te, qui lustrat filium suum, aut filiam, ducent per ignem: aut qui ariolos suscipietur, & obseruet somnia, atq; auguria, nec sit maleficus, aut incantator, neq; qui Pythonem consulat, nec diuinos. Omnia enim hæc abominatum Dominus, & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo. In iure canonico in titulo de frigida & maleficiatis, & 26. per totam questionem. & 33. q. 1. cap. Si per sortarias. In iure ciuili. C. de maleficijs & math.*

& mathematicu. Hinc argumentum firmissimum sumitur: cur enim sacrae literæ tam seuerè maleficia, incantationes, & opera magica damnant, si nullius sunt virtutis & efficaciam? Cur canones & Pontificum decreta prohibent? Cur leges ciuiles capitales in maleficos & incantatores statuunt penas? An forte istas leges Christiani instituerunt, quibus artes magicæ puniuntur, secundum quem alium sensum, nisi quod hæc maleficia generi humano perniciosiora esse non est dubium? Sic enim arguit S. Augustinus lib. 8. de ciuitate Dei cap. 19. Veneficia ergo & Magia non vanum nomen sortita sunt, sed vim quandam possident vt recte ait Michaël Pfellus in lib. de Dæmonibus. Accedit etiam ratio. Reperiuntur aliqui effectus, & reperti sunt in rerum natura, vt dare responsa de occultis, ferri per aëra ad remotissima loca, &c. qui non possunt referri ad causas naturales, sed Dæmones. De his legendi S. Augustinus lib. 18. de ciuit. Dei cap. 17. & 18. & lib. 11. cap. 23. & lib. 2. de doctrina Christiana à cap. 20. & lib. 3. de Trinit. à cap. 5. S. Thomas lib. 3. contra Gentiles à cap. 104. S. Bonauent. in 2. sentent. d. 7. & 8. & in 4. d. 34. cum Magistro sentent. Alexand. Halen. 2. par. q. 43. Franciscus Victoria in relectione de arte Magica. Alfonso à Castro lib. 1. de iusta hæreticorum punitione à cap. 14. Mallicus maleficorum. à par. & alij, qui in progressu allegabuntur.

Ex dicto præludio infero hæreticum esse

À À

À À fide

& à fide Christiana alienum, qui cum pertinacia asserit maleficia nihil aliud esse, quam somnia & imaginatione. Nec talis hæresis noua est, sed antiqua, ut est videndum apud S. Thomam & Bonauen. in 4. d. 34. & Ioan. à Turre in 33. q. 1. cap. Si per fortuarias. Procedit autem hic error ex alia maiori infidelitate, nempe qua creditur: Dæmones non esse, nisi in opinione vulgi. Fuit Democriti, Alexandri, Simplicij, Auerrois, & Aristotelis secundum communior sententiam, nec non aliorum Peripateticorum opinio, nullos esse Dæmones. Putata autem Auerr. in Epistola de Resurrectione, per suasionem & opinionem de existetia Dæmonum inde inuectam, quod viri sapientes hæc terriculamenta cõmenti fuerim ad arcendos & terrendos improbos à sceleribus, quasi post hanc vitam supersint vltorū malorum, quos nos Dæmones appellamus. Huius inuenti Simplicius in libr. de Anima primum inuentorem tradit fuisse Pythagoram. Et quamuis Augustinus Eugubinus li. 8. de perenni Philosophia, cap. 26. contendat docere, Aristotelem sensisse Dæmones esse. Communior tamen sententia est, secundum Philosophiam Aristotelis, nullos esse Dæmones, cum nullas nouerit substantias separatas à materia, præter motores orbium, quod in duodecimo suæ metaphysicæ libro demonstrare contendit. Ex hoc fundamento origi-

nem

em trahit error Hermetis Trimegisti, & aliorum Philosopherum referentium omnia opera magica in virtutes & causas naturales. Saducæi quoque, ut in actis Apostolicis aper-^{Act. 23.} tum est, spiritum & angelum esse negabant. Hos secuti sunt quidam hæretici dicti Dositheani, quos ex Simonis Magi schola prodijisse Theoderetus putat. Horum opinionem impietate plenam adhuc nostro seculo quidam secuti sunt, quos confutat Franciscus Feuardentius lib. 1. aduersus hæreses, in verbo Angeli. Similem errorem Origines tribuit medicis tractatu 3. in Math. verba 17. cap. Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur. Primo autem quæramus, ait, quid est quod sequitur: quia lunaticus est, & malè patitur? Medici loquuntur, quæ volunt; quia nec immundum spiritum arbitrantur, sed corporalem aliquam passionem, & dicunt humida moueri in capite secundum aliquam compassione ad lumē lunare, quod humidam habet naturam. Nos autem qui Euangelio credimus, dicemus hanc compassionem immundum spiritum operari. Obseruat enim quædam schismata lunæ, & sic operatur, ut ab obseruatione lunæ pati homines mentiantur, & per hoc culpabilem Dei creaturam ostendat, hæc Origen. Ad idem accedit, quod Michael Psellus antiquissimus Philosophus platonius, sed Christianus in li-

de Dæmonibus refert se conuersatum cum homine in Cheroneso Græciæ conternina solitariam vitam agente, cui nomen Marcus erat, qui in primis Dæmonum studijs adhaerens, deinde palinodiam cepit, verisq; nostris dogmatibus adhæsit. Cum hoc homine multa contulit de natura Dæmonum, vt ex libro clarum est, & inter cætera de Dæmonum operationibus in arrepticis & alijs, obiicit Marco in hæc verba. Sed ego O Marce, inquam, retentiora quædam sapere non medicorum sectatores adducunt, asserentes passiones eiusmodi non esse effectus Dæmonum, sed humorum, vaporumque, & venti malè sese habentium. Itaque pharmacis & diæta, & non carminibus incantantium expiationibusque curare hæc aggredi solent.

Tum Marcus respondit. Nihil mirum est hæc medicos dicere, qui nihil nouerint præter sensum, sed corporibus tantum incubuerint cognoscendis. Illa fortasse decebat malorum humorum putare incommoda capitis somniferam grauitatem, atrabilis angustias, phrenesis deliramenta, quæ lauacris, potionibusque, vel euacuationibus, vel emplastris sedare consueuerunt. Inspirationes autem occupationesque, quibus qui obsessus est agere nihil potest, non intellectu, non ratione, non phantasia, non sensu. Aliud vero est, quod mouet atque ducit,

ducit, dicitque insuper, quæ non nouerit occupatus, & futura nonnunquam prædicat: quo inquam pacto dicemus hæc esse erraticas materiae motiones? A Philolophorum & antiquorum medicorum falsa & impia opinione non videntur nostris temporibus etiam aliqui phisici esse alieni, qui fere omnia, quæ Dæmonum operatione, circa hominem aguntur, vt contingit in energumenis, obsessis, maleficis & incantatoribus, referunt in humores melancholicos, complexionem corruptam, perturbatam phantasia, aliasque causas naturales: & fortasse etiam cum superioribus animo verè sentiunt, neque Dæmones esse, neque infernum, sed animam simul cum corpore interire, licet verecundia & timore impediti non prostant. Quam impiam doctrinam aliqui etiam Itali medici & phisici ex philosophia quorundam Ethnicorum hauserunt nostris temporibus.

Sit ergo.

▲ 4

z. Prælu-

Dæmones esse, est fidei. 2. Prælium. *Fides Catholica firmiter tenet, esse Dæmones.*

Probatur Job. 1. Cum venissent filij Dei ante faciem Domini, adfuit etiam inter eos Satan. Leuit. 19. prohibetur immolatio Dæmonibus fieri, & Deut. 32. & alibi, & in nouo testamento Christus saepe eiecit à corporibus obsessis Dæmonia, & S. Paulus ad Ephes. 6. ostendit periculosum certamen, quod cum rectoribus tenebrarum habemus.

Si ergo sunt Dæmones, necesse est eos operari, cum non sint otiosi, sed semper circumueiant quærentes, quem deuorent.

Ad maleficium tria concurrere, & quæ. 3. Prælium. *Vt maleficium fiat, de quo hic agimus, tria concurrere necesse est, Diuinam voluntatem permittentem, Dæmoni potestatem perficientem atque instigantem, & hominis malefici voluntatem liberè consentientem.*

Cum enim Deus rerum omnium, quæ cæli terræque ambitu continentur, prima sit causa, Principiumque mouens, in ipso sumus, viuimus, ac mouemur, nec non omnia per ipsum facta sunt, & fiunt, & sine ipso factum est & fit nihil; ideo cuncta diuinæ prouidentia subduntur, vt nec capillus capitis pereat sine ipsius nutu; id quod probat in suorum consolationem, dum ait. *Nonne dno passeret assereunt? & vnus ex illis non cadet super terram sine*

*parte vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multo passeribus ueliores estis vos. Si ergo Deus noluerit, diabolus cum omni tua potestate nihil poterit in terra nocere hominibus. Permittit autem Deus, hanc Dæmonibus & maleficis potestatem; tum ad manifestandum hominibus altitudinem diuitiarum suæ sapientiæ, & scientiæ, quæ etiam nouit ex malis elicere bonum, tum ad declarandum iustitiam in eos, qui peccant, & non agunt penitentiam; tum ad cognoscendum, quod illi, qui contempta veritate ad patrem mendacij conuertuntur, iuste decipiantur, & in varios errores perducantur. Dicit quispiam: Quare Deus permittit, vt etiam in sanctos & innocentes diabolus suam exerceat potestatem, vt constat ex historijs Job, S. Anthonij, Hilarionis aliorumque sanctorum patrum? Certissimum est, quod ratione malitiæ & demeritorum, maior conceditur Dæmonibus potestas in malos, quam bonos; quia mali meruerunt peccatis subijci, tanquam vilissimi serui: à quo enim quis superatus est, eius seruus est. Super bonos autem Dæmon non habet potestatem ad perdendum, sed tantum ad probandum. *Job. 2. Ecce omnia quæ habet in manu tua sunt: Veruntamen animam ipsius serua. Et Tobie 12. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te.* Ad hæc Deus Opt. Max. qui suauiter omnia disponit, per-*

Quare Deus maleficis permittit.

2. Petri 2.

mittit vt boni aliquando maleficijs afficiantur; partim in argumentum meritorum, quæ augenter ratione tribulationis patienter toleratæ; partim in custodiam humilitatis, dum enim huiusmodi Dæmonis exercitijs se cognoscunt subiectos, humiliantur, cum ignorent amore ne an odio digni sint: partim vt reuocentur ad frugem melioris vitæ, maiori studio & diligentia rebus diuinis, sacramentis mysterijsq; nostræ salutis incumbant, quæ sunt oportuna arma ad evertendas aéreas potestates. In horum confirmationem pulchra adferuntur à S. Augustino in psal. 77. in illum versiculum: Misit in eos iram indignationis suæ, &c. In filijs diffidentia, inquit, tanquam in suis mancipijs operatur, quemadmodum homines in pecoribus suis: Et illic tamen quantum Dei iusto iudicio finitur, sed aliud est quando potestas eius etiam suis sicut ei placet tractandis maiore potestate prohibetur: aliud quando ei potestas etiam in eos, qui ab illo alieni sunt, datur. Sicut homo de pecore suo pro humano captu facit, quod vult, nec sanè facit, si prohibeatur à potestate maiore: De alieno autem pecore vt faciat, expectat sibi potestatem dari ab illo, cuius est. Ibi ergo potestas, quæ fuerat, prohibetur; hic autem quæ non fuerat, tribuitur.

4. Prælu-

4. Prælu- *Permissioe diuina* Dæmon nã
piu potest
quam Deũ
ei permiss-
premissa Dæmon operatur tantum, quantum ei conceditur, & non plus.

Pater in iob. Ecce in manu tua est: veruntamen animã illius serua. & in Apoc. 1. 20. Angelus cætena ligauit Dæmonem. & in Exod. cap. 7. & 8. Magi Pharaonis serpentes fecerunt, & alia similia, vbi ad Ciniphes, quæ sunt muscæ minutissimæ, ventum est, defecerunt malefici, & dixerunt ad Pharaonem: Dignus Dei est hic, vt resse notat S. Augustinus lib. 3. de Trinit. cap. 7. & 9. A bonis etiam angelis, quibus orbis & hominum custodia commissa est, aliquid quando Dæmones impediuntur, ne possint omnia, quæ cupiunt, in effectum deducere. Quando Dæmonis potestas apud Doctores dicitur ligata ad sensum scripturæ, nõ ita intelligendum, quod per mortem Christi ita sit religatus in infernum, vt non possit ad nos accedere tentationis & vexationis gratia vsq; ad aduentum Antichristi, quando eius potestas soluetur, vt malè Franciscus Ponzinibius in tractatu de Lamijs & excellentia vtriusq; nu. 56. videtur intelligere. Hoc enim argumento vtitur cõtra translationẽ realem. Diabolus ligatus est in inferno: Ergo non potest exire ad tentandum & portandum sagas. Sed hic sensus sapit hæresin, vt probè ostendit Barth. Spin. in Apologia 2. c. 5. contra Ponzinibium, cum sacræ literæ contrariũ doceant.

L. Petri 5.

1. Petri 5. Aduersarius noster diabolus tamquam leo rugiens circumit quærens, quem deuoret, & Iphes. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitie in cœlestibus. Vbi præmisit Apostolus hæc verba, Induite vos armaturam Dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Et Christus Apostolis reliquit potestatem eijciendi Dæmonia. Tandem experientia compertissimum est multos indies vexari, tentari, & non raro possideri à Dæmonibus. Quare non omnes Dæmones sunt ligati in inferno sed magnus numerus eorum habitat in aëre isto caliginoso iuxta Apostoli Petri doctrinam. De qua re Magister sententiarum & Doctores in 2. d. 6. tractant. Et præclare Guilielmus Parisien. scribit in 2. parte de vniuerso. Cum doctrina, inquit, Christianorū habeat euidenter in aëris parte caliginosa Dæmones quasi in carcere habitare vsq; ad diem iudicij: quæritur qualiter inde tam libere exeant, & in multitudine tanta? Aliquando enim totam terram quasi occupasse videntur in templis & statuis, ac receptaculis alijs, in domibus ac penetralibus limitibusque agrorum ac syluis, in fontibus atque fluminibus & locis amœnis, in quibus colebantur & respondebant. Aut ergo paucissimi remane-

bant

2. Petri 2.

bant in aere: aut incredibiliter numerosi est multitudo eorum. Vnde videntur liberum habuisse, in d. & adhuc habere egressum, cum ad incantationes, inuocationesq; magorū, & Necromanticorum mox veniant. Quid etiam dicam de opere maioris minorisq; circuli, in quibus tanta eorum multitudo apparet, vbi & quatuor reges eorum à quatuor mundi partibus cum exercitibus suis innumerabilibus venire dicuntur? De exercitibus quoq; nocturnis, quid de fatiis ac dominabus nocturnis, quarum principem vocant Abundantiam seu Saturni ab abundantia & siccitate, quas largiri creduntur domibus, quas frequentant, præsertim à mulieribus, quæ anilibus deliramentis intendunt, cum hæc omnia maxime maligni spiritus videantur? Quomodo ligati, aut incarcerati censentur, qui ita discurrunt? Nam & Euangelium protestatur in vno homine legionem vnam fuisse. Veruntamen ob hæc nullatenus debes de veritate doctrinæ Christianorum præactæ ambigere. Quod si reminiscaris sermonis eius, qui dixit, quod tot legiones in vnoquoq; separatarum ordine substantiarum consistunt, quot sunt personæ in vna legione: videbis in vnoquoque ordine esse sex milia, & sexcentas, & sexaginta sex legiones. Vnde nequaquam putandum est, quod ad libitum possint læuire in homines. Nec sine permissione pro-

pro-

providentiæ creaturis egredi queunt, & hanc suam habitationem intrare: imò iusto Dei iudicio illudunt, & penas varias infligunt iniquis, in quibus omnibus creatoris intentio sancta & recta est, utpote decor iustitiæ, correctio peccatorum, punitio medicinalis culparum, exercitatio electorum. Hæc Guilhelmus. Sed nunc ut ad propositum revertamur alligata est potestas Dæmonis non ita ut tentare non valeat, sed ne tantum tentet, quantum tentare desiderat, ut S. Augustin lib. 20. cap. 8. de Civitat. Dei docet, cum ait. Sed alligatio diaboli est non permittere exercere totam tentationem, quam potest, vel vi, vel dolo ad seducendos homines, in partem suam cogendo violenter, fraudulenter & fallendo. Per Adventum CHRISTI & mortem eius ligata est potestas Dæmonis quia aperta est ianua paradysi, quæ ante clausa erat cunctis, & nunc aditus mundis animabus patet ad cælum per redemptionem Salvatoris nostri, & ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia. Non tamen negandum est, quin ex parte tentatorum, Dæmonis potestas respectu aliquorum magis sit soluta, quam ratione aliorum. Quod S. Augustinus in serm. 197. de tempore, qui est sermo secundus de Dominica prima post Trinitatis docet: Ante adventum Christi, ait, fratres

charissimi

charissimi, solutus erat diabolus: veniens Christus fecit de eo, quod in Evangelio dictum est: Nemo potest intrare in domum fortis, & vasa eius deripere, nisi prius alligaverit fortem. Venit ergo CHRISTVS, & alligatus est quare adhuc tantum prævalet? Verum est, fratres charissimi, quia multum prævalet: sed tepidis & negligentibus & DEVM in veritate non timentibus dominatur. Alligatus est enim tanquam innoxius canis catenis, & neminem potest mordere, nisi eum, qui se illi mortifera securitate coniunxerit. Iam videte fratres, quam stultus est homo ille, qui canem in catena positum mordet. Tu te illi per voluptates & cupiditates seculi noli coniungere, & ille ad te non præsumet accedere: latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest, nisi volentem. Non enim cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet à nobis consensum, sed petit. Ex dictis constat maiorem concedi potestatem Dæmoni in peccatores, & maximam in eos, qui maxima crimina commiserunt: cum gratia DEI, quæ Dæmoni resistit, & ei manus ligat, longè à sceleratis hominibus sit. Quare facile quoque est quod Ponzinibius arbitratur, Deum non permittere, ut diabolus portet sagas: Cum

omni

omnium iniquorum, maxime tamen maleficorum princeps & caput sit diabolus, & ipsi fiat membra eius, qui Deo permittente potest eos mouere, non est ambigendum, cum peccata eorum maxima maxime iram Dei prouocent, Deum permittente: qui enim permittit filium suum, in quo nullum vestigium peccati vnquam exiit, à Dæmone in montem duci, & ad pinnaculū templi constitui, nec non à membris tuis Iudæis flagellari, & crucifigi? quomodo non permittet celeratos maleficos & magos, vexare & mouere? Prædictæ doctrinæ admodum conforme est, & in sequentibus magis elucescet, quod prouerissimò habeo, in crimine profundo maleficorū & sagarum contra quorundam hominum ignorantiam, qui sæpius admirantur, quomodo homines minima data occasione in tam graue & horrendum crimen incidant, maxima crimina antecedere casum. Exempli gratia, vt ex quotidianis maleficorum confessionib' percipimus: mulier ex aliqua desolatione redditur pusillanimis, statim aggreditur eam Dæmon: aut vir aliquant displicentiam concipit aduersum propriam vxorem, voluptateq; accenditur in aliam, in cuius forma se offert mille artifex & vincit. Vel iuuenis aliquis voluit obambulans solus cogitationes in animo turpes de rebus venereis, in promptu apparet traditor in specie formosissimæ

fimæ feminæ, & his habitis leuibus occasio- nibus Dæmon statim proponit consilium, & promittit quod velit facere voti compotes, si Deo abrenuncient, & castra sua velint sequi, his propositis miseri morè traditori gerunt, de his omnibus exempla plurima sunt in processibus nostrorum iudicum. Dico ergo has leues occasiones & causas proximas, quæ Dæmoni portam aperiunt, multo grauiora peccata præsupponere, quæ diuina sic exigenti iustitia, demeruerunt casum in tam abominabile facinus. Quia & diuinis literis, & doctissimorum virorum auctoritate comprobatur, quod præcedentia peccata quandoquæ sint causaliorum. Sic Paulus Rom. 1. Quia non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt, & in desideria cordis eorum. Esaiæ 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua. Sap. 2. Excæcauit enim eos malitia eorum. Sic etiam in sacris Deus dicitur excæcare, & aggrauare aures, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. His accedunt Doctores, S. Gregor. homil. 11. in Ezechielem. Iustus & omnipotens Deus, cum præcedentibus peccatis irascitur, permittit vt cæca mens etiam in alijs labatur. S. August. in lib. 83. quæstionum. q. 79. S. Thom. 12. q. 79. art. 3. & q. 87. art. 2. & alij alibi. Quare omnes, qui non vident, quan- do dia-

do diabolus Dei abnegationem proponit, abrenuntiationem eorum, quæ in Baptismo promittuntur, desiderat, (quod Dæmonis negotium sit) necesse est, quod excæcati nõ vident, quis enim nisi cæcus tam oculis corporis quam cordis, si audiat sibi proponi Dei abnegationem nõ exhorrescat? quis tam à mente alienus, si adhuc scintilla veræ lucis irradiet metu non concutiatur, si tale scelus obijciat? Certum ergo videtur, talia præcessisse scelera, quorum pœna est, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Atq; hoc singulare est inimici & hostis studium, nec Dei prouidentia permittit, quod animam inuadere possit, quæ peccatis & sceleribus prius se non priuarit amicitia & gratia Dei. Sic Cassianus in collationibus patrum collat. 8. quæ est Abbatibus Sereni ex collatione S. Anthonij, probat & definit nullatenus Dæmonem posse mentem cuiusque vel corpus inuadere, nec habere facultatē in cuiuslibet animam penitus irruendi: nisi eam primo destituerit omnibus cogitationibus sanctis, ac spiritali contemplatione vacuā nudamq; reddiderit. Quod idem rectius suo more similitudine ostendit D. Chrysol. 2. de prouidentia Dei. Quemadmodum, inquit, hi, qui parietes suffodiunt noctis tempore extincto lumine, & furari operes, & earū dominos cum omni facultate iugulare possunt: Ita & hic (intellige Dæmonē) per

cæca

cæca noctis errorem ac tenebras mærorem offundens, cogitationes omnes, quæ ad munimē nostrū esse possunt, subducere prius ac furari nititur, vt de cæcā ac sine adiutorio animam inuadens plagis innumeris confodiat. Ad idem facit Glossa Math. 4. in illa verba. Si cadens adoraueris me, cum infert. Ergo qui adoraturus est diabolū, ante corrumpit. Si quis obijciat: Deus Optimus Maximus in Iob, Anthonium, aliosque viros sanctos etiam reliquit Dæmoni, ad tentandum & vexandū potestatem. Ergo ratione peccatorum non permittit Deus tentationem & deceptionem. Facilis est ad hoc Responso: concessa est in viris sanctis Dæmoni potestas ad exercitium & coronam, in latione & vexatione aliqua corporali sine vllō animæ vulnere: vt patet in Iob. Ecce omnia in manu tua sunt, veruntamen animam eius serua. Ac respectu maleficorum est concessa potestas ad interitum etiam animarum, quia Dæmon tam animam eorum sibi vendicat per consensum in tam immane scelus, quam etiam in corpus dominatur, quod verberibus quoque subiicit, si maleficus pro suo beneficiato seruitutem ei non impendat. Sunt enim malefici & sagæ quasi asini diaboli, ipsum quasi portant, & ab eo deferuntur, & tamen ex permissione diuina id demerentibus peccatis in tanta sunt cæcitate, quod videntur

B 2

non

non videant, & audientes non intelligant. Quod si quis obijciat contra dicta illud Apocalypſeos cap. 20. Cum consummati fuerint mille anni, ſoluetur Sathanas de carcere ſuo & exiet, & ſeducet gentes: quod erit tempus Antichriſti, quando erit tanta tribulatio, etiam ſi fieri poſſit, electi moueantur: A quam auctoritatem videtur alludere Pontanibius loco citato. Reſpondeo cum Magiſtro & alijs in 2. d. 6. quod cum hæc de Lucifer intelligantur, ſiue in infernum demerſus ſit ſiue non: credibile eſt, eum non habere poteſtatem tantam accedendi ad nos, quantum habebit tempore Antichriſti, in quo fraudolenter ac violenter operabitur. Et ideo tuus dicitur ſoluendus, quia maior ei poteſtas propter maiorem hominum malitiam, & incurſulitatem dabitur à Deo ad tentandum homines, quam modo habeat. De hæc autem alligatio & ſolutione diaboli latè agit S. Auguſtinus lib. 20. cap. 8. de Ciuitate Dei, que ſtudioſus lector videre poterit.

In maleficijs. Præludium. Ad maleficium per diuinam permiſſionem, & diaboli poteſtatem, requiritur hominis libera voluntas, que ex malitia conſentit in maleficium, qua diabolus tanquam inſtrumentum utitur ad effectum.

AFFECTAT enim diabolus in ſuis maleficijs quendam imitationem diuinorum operum: Vnde ſicut Deus in myſterijs noſtræ ſalutis & ſacramentis, hominum ſalutem eorundem miniſterio operatur, eſti de abſoluta poteſtate non ſit alligatus ſacramentis & viſibilibus ſignis: Ita diabolus in perditionem, maleficorum opera, tuam malitiam diffundit, quamuis etiam Deo permittente, per ſe poſſit hominibus nocere, vt patet in Iob, Anthonio & alijs: tunc tamen non eſt maleficium, ſed purum diaboli opus. Accedat ergo contentiens hominis liberum arbitrium ad perfectionem maleficii, necelle eſt, quod quidem arbitrium poteſt diabolus, vt rectè Cyrillus ait, *Catecheſi 4. Illuminatorum*, incitare, cogere autem præter voluntatem omnino non poteſt. Subijcit tibi ſcortationis cogitationes, ſi vis, probas: ſi nolis, improbas. Quam diu ergo homo in ſtatu præſentis vitæ eſt, cum liberi arbitrii permaneat, à Dæmone cogi non poteſt ad malum, ſed tantum perſuadendo, vel terrendo moueri. Dei enim omnipotentis ſolum opus eſt, efficaciter voluntatem hominis impellere, iuxta illud, *Proverb. cap. 21. Cor regis in manu Domini*. Ex hoc fundamento error multorum imperitorum in vulgo cõſutatur, qui cõſent haud fieri poſſe, vt malefici iterum conuertantur ad ſaniorum mentem, quando ſemel Dæmoni ſua no-

Maleficii uerū poſſunt, ſi volunt.

Affectu

B 3

mana

mina dederunt, & Christianæ fidei abrenun-
ciarunt. Sed hic error cum sit falsissimus,
Concionatoribus ab humanis mentibus ex-
tirpandus est: multos enim trahit in despe-
rationis peccatū, qui ad Christum redire
tollit libertatem arbitrij, gratiam Dei extor-
nuat, & diabolum potentiorē facit ad per-
dendum, quam Christum ad saluandum
contra veritatem ab Apostolo traditam, Rom.
5. *Vbi enim abundauit delictum, superabundauit*
gratia. Videmus etiam, quod aliqui se voto
religionis solemnī, corpore & animo in per-
petuum Deo consecrarunt, ipsiusque castri-
multis annis secuti sunt, qui quandoque
fine vitæ Dæmonis suggestionibus impulsī
apostatæ fiunt, & suauē Christi iugum derel-
linquunt. Quanto magis, qui infœlicis Dæ-
monis sodalitiū sequuntur, etiam si eius
obsequio se deuouerint, poterunt gratia Dei
adiuuante, quæ omnibus petentibus datur,
ad communionem fidelium, si velint, redire,
& duram diaboli seruitutem excutere, &
hæc doctrina hoc infœlici tempore sepius po-
pulo inculcanda est.

6. Præludium. Præcedenti affine
Omnia opera maleficorum effectum son-
tinnuntur ex pacto expresso, vel tacito cū Da-
mone, ita ut semper, quando vult maleficum
operari, expresse vel tacite inuocet Dæmonem
expresso.

sem in auxilium, ut concurrat ex pacto.

Hoc præludium, cum tota opera magorum & ma-
leficorum fundetur in pacto & quasi conducto cū Da-
monibus, ut attestantur Doctissimus in Theolog. Fran-
cisus Victoria in Relect. de arte Magica, & Iosephus
Angles in 1. par. Florum qq. Theologicarum in 2. in q.
de eadem materia, latius quam in priori editione est
extendendum, maxime cum Ioannes Vierus celebris
in Medicina, & vir varia lectionis, qui fere totam
machinam maleficorum & Sagarum in phantasmata,
melancholiam & illusionem refert, hoc fœdus etiam &
pactum imaginariū, & impossibile iudicat, & satis
congruē ad suū propositum: Quia destructo funda-
mento, quæ ex ipso sequuntur, destructa censentur: &
cum dictus Doct̃or Meduus in ipso fundamento cecus-
tiat sicut etiam in quibusdam alijs principalibus pun-
ctis huius materiae, habeat q̃, aliquos suæ opinionis dis-
cipulos: suscipit doctrinā de pacto Magorum & male-
ficorum stabilienda est, ut firmo iacto fundamento,
edificium firmiter stet. Impugnat dictus auctor pa-
ctum hoc & fœdus præcipue in lib. de Lamys ca. 7.
& 8. & 23. & de prestigijs Damonum lib. 6. ca. 27.
& in d. cap. 23. non constare dicit de pacto, nisi ex
propria stupidarum delusarumq; anicularium confes-
sione. Et in d. c. 27. argumentum impossibilitatem pa-
cti arguit, quæ infra soluentur.

Vera & Catholica doctrina est intercedere
posse pactum, & de facto interuenire in ope-
ribus Magorum & Maleficorum. Probat̃ur

in primis ex illo Esaiæ 28. Dixistis, percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Quod ad præsentem sensum, allegarunt S. Thomas 2. 2. q. 95. artic. 4. in corpore. Alphonsus Castren. lib. 1. de iusta hæreticorum punitione. cap. 14. Mart. Nauarrus de pœnitentia d. 1. cap. Nunquid Cain. Paulus Grilland. lib. 2. de Sortilegijs q. 3. & alij alibi. Clarius idem probat illud Euangelij Matth. 4. Iterum, inquit scriptura, assumpsit eum in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus. Vade Satana. Scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruijes. Hic percunctor an hæc non sit species & forma pacti? Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris. Qui enim iurisperitorum dubitauit pacta fieri hoc modo, per si, dabo hoc, vel tantum, si hoc feceris. L. hoc iure ff. de donationib. L. Labeo scribit, si mihi Bibliothecam. L. iuris gentium ff. de pactis. Baldus in Tractat. de pactis à numero 20. Ioan. Baptista Caccialypus in Tractat. de eadem materia. q. 6. & alij in ll. allegatis. An non etiam formæ contractus innominati sunt, secundum leges & omnes Doctores hæc? Do ut des, do ut facias, facio ut facias, facio ut des. ff. de præscriptis verbis: & in factis actionib. L. Naturalis meus, Glossa & DD.

ibidem

ibidem. Angelus, Syluester, Aurea Armilla, & omnes sumptæ in verb. Contractus. Quid ergo aliud sonant secundum legitimum, naturalem & verum sensum hæc verba. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, nisi pactum? dabo, si exercueris actum adorationis, do, si hoc feceris: hoc modo etiam semper nostros maleficos & sagas in primis aggreditur. Si Deo & suis abrenunciaueris, mihiq; adhæseris, liberabo te, à tali desolatione, aut tribulatione, aut paupertate, dabo diuitias, aut offeram voluptatem ad libitum, aut faciã te voti compotem, &c. Ut non modo percipimus ex confessionibus stupidarum anicularum, sed etiam virorum doctorum vtriusque status, Ecclesiastici & civilis, hominum, iuuenum & senum, (quod sane dolendū,) imò etiam conuersorum & pœnitentiũ. Deinde ad probationem dictæ veritatis accedit canon, 26. causa, quæst. 2. cap. Illud: ex Augustino in hæc verba. Omnes artes huiusmodi, vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum & Dæmonum, quasi pacta infidelis, & dolosæ amicitie constituta, penitus sunt repudiandæ & fugiendæ Christiano. Nec abhorret lex civilis hoc pactum. C. de malef. & mathem. in l. multi: dum ait, manibus accitis, id est, secundum Glossam, Dijs infernalibus. Quomodo vocati veniunt Dæmones, nisi ex pacto? Certe huma-

B 5

tè huma-

tē humana potestas, cum sit inferioris ordinis, & longē infirmioris virtutis, Dæmonem ne minimum quidem cogere posset vt accitus compareret, nisi pactum intercederet. Sed plura pro explicatione istorum verborum adducemus Deo volente in Commentario in titul. C. de malefic. & mathematic. in d. l. Multi: quem præsentī tractatui statim subijciemus. Comprobat etiam hoc pactum communis Theologorum sententia. D. Cyprian. in libro de duplici martyrio attestatur, quod qui magicis artibus vtuntur, tacite CHRISTVM abnegent, dum cum Dæmonibus habent fœdus. Imo ipse Cyprianus, vt omnibus constat ex actis ipsius, chirographo se obstrinxerat Dæmoni, cum adhuc Magus esset: Quod quidem adhuc aliquando pessimi Necromantici, & aliqui etiam malefici proprio sanguine subscribunt, & diabolo in signum fidelitatis & seruitutis tradunt: S. Augustin. lib. 2. de doctrina Christiana a cap. 20. cuius verba relata in d. cap. Illud: S. Thomas in 2.2. loc. citat. & in quæst. 96. sæpe. S. Antonin. 2. part. titul. 12. Guilhelmus Parisiensis in tractat. de fide & legib. fol. 45. colum. 2. in æditione Parisiensi de Anno Domini 1516. Scotus in 4. dist. 34. Gabriel. in 2. d. 8. quæst. 2. artic. 4. dub. 2. Syluest. & Angel. in verb. Superstitio, & maleficium. IOANNES Gerson in pri-

In prima parte in Triologio Astrologiæ Theologizatz. Martinus Arles in tractat. de superstitionibus à numero 80. Ioannes Tricemius de reprobis & maleficis ad quæstiones propositas à Maximiliano Casare. Franciscus Victoria, Castrensis & Iosephus Angles loc. citat. Ioan. à Turrecremat. in d. c. Illud: 26 quæst. 2. Martin. Nauar. in manuali confessoriorum cap. 11. numero 25. & alij communiter alibi. Consentiant iurisperiti Paul. Gilland in d. quæst. 3. de Sortilegijs. Iodocus Danhauderus in cap. 61. Præficz criminali. Ioannes Bodinus lib. 2. cap. 3. & 4. de Dæmonomantiæ Magorum, & in confutatione opinionis VVieri pag. 440. in æditione Basiliensi de Anno Domini 1582. accedit Thomas Erastus Medicus in Dialogo de Lamijs, qui doctissimè confutat opinionem VVieri, ad propositum, tacito nomine. Atque hanc Catholicam sententiam determinauit Vniuersitas Theologica Parisiensis Anno Domini 1398. 19. Septemb. damnandq; errores aliquos circa materiam superstitionum. Hos autem articulos ponunt Gerson in prima parte suorum operum: & Bodinus in initio sui libri, & alij alibi.

Tertius articulus ad nostrum intentum talis est. Quod inire pactum cum Dæmonibus tacitum, vel expressum, non sit ido-

fit idololatria, vel species idololatriæ, error, Et intendimus esse pactum implicitum in omni obseruatione superstitiosa, cuius effectus non debet à Deo, vel natura rationabiliter expectari, hæc in d. articulo.

Dicit aliquis. Quare seruant huiusmodi pacta & promissa Dæmones, cum tamen sint mendaces. & fallaces? Dico in primis, quod nec semper seruant, nec seruare possunt, cum non sit in eorum potestate. Hinc Christo promittebat matth. 4. dare omnia regna mundi & gloriã eorum, quæ tamen non erant in eius potestate. Vnde Remigius in illum locum. Miranda est diaboli dementia: illi promittebat dare regna terrena, qui suis fidelibus dat regna cœlestia, & gloriã mundi, qui est cœlestis gloriæ Dominus. Et Hier. in eadem verba, tomo 9. Arrogans & superbus de iactantia loquitur. Non enim potest omnia dare, cum sciamus plerosq; sanctos viros à Deo reges factos. Alludere ad idem Euangelium; quando dicit. Etsi Dæmonia diuitias nobis & gloriã promittunt, nihil tamen ex se tradere possunt: Quippe cum imperium nullum habeant, sed visu tantum quædam inania suis cultoribus afferunt, varia prorsus & instabilia. Sic innumerabilibus processibus constat, quod maleficis in principio subuersionis pecunias argenteas, sicut etiam S. Anthonio

thonio Sportam argenteam ostendebat, promittat, ostendat, & det. Quas cum putant se habere, & eis volunt vti, pecuniæ resolutæ sunt in stercore equorum, aut aliam vilem materiam. Non tamen negandum, Dæmonem aliquando veras pecunias dare, vt sua mancipia confortet in malo, ne si ipsum semper mendacem inueniant, fidem nõ habeant, scit enim illud cõmune pronunciatũ, Mentiri solito, verũ non creditur vlli. Huius rei exemplum libet hic inferere de scæmina nota Treuiris, Colonig, & in locis vicinis. Ex cuius processu iudiciali & criminali Auothentico manu notarij scripto, corã iudice & scabinis, aliqua puncta ad instructionẽ congruis locis inferemus præfenti æditioni: Quare altius curius rei repetendus est. Fuit scæmina satis diues in Pago distanti à Treuirensi Ciuitate paruo miliari, nomen Pago Rouer, & Fæminæ Meisenbeins Anna. Hæc cum multorum suæ sectæ virorum & mulierũ denuntiationibus, & alijs indicijs in vehementem venisset maleficij suspicionem, ab incolis Pagi Rouer apud officiatum siue præfectum loci accusata tanti criminis, clam se subtraxit, & aliquot septimanis in locis vicinis delituit. Tandem à nobili & valido viro Ioanne Piesport Officiato Abbatis monasterij S. Maximini extra & prope muros Treuirentes, cuius iurisdictioni ratione domicilij subdebatur, requi-

lita &

sita & monita ad comparandum & purgandum super iudicijs. Requisitione non obstante, criminis conscia mulier, adhuc ætatis mediæ, prima habita oportunitate, nauigio in flumine Mosella Coloniam se recipit. Deinde temporis successu, Deo sic disponente, vt occulta & nefanda crimina produntur & puniantur, dicta rea ab alijs pluribus, imò proprijs filijs & filiabus, quos etiam tanti sceleris & aliorum grauissimorum participes reddiderat, vehementius adhuc delata. Seduxit enim duos proprios filios, & duas filias: alter filius, & vna filia ante capturam matris, in magna pœnitentia cum multarum merore, vitam laqueo finiuerunt, & corpora igne consumpta: Alius filius, & filia adhuc impuberes in custodia detinentur, & instruuntur. Deus det ipsis bonam mentem, & cõstantem conuersionem. Cùm autem maior natu filius, cuius infra aliquoties mentionem facimus, cui nomen proprium fuit Ioannes Curno, sententiam criminalem in confesso Officiati, Prætoris & Scabinorum, coram Tribunali acciperet, vehementer & impensè, zelo salutis maternæ, vt pium filium decebat, inflammatus, rogauit iudices, vt studio cogitarent, & industria laborarent, si qua ratione & via matrem ream comprehendere possent, vt tandem in hac vita conuersa ad Deum, per pœnitentiam, temporali ignominia, & momentanea

mentanea morte æternum & infinitum redimeret supplicij tantis criminibus debitum & preparatum, si in hac vita pœnitentia non expientur. Iuuenis, honestissima, & plenissima misericordie petitione, nec non etiam scelerum multitudine magnitudineque, quæ rea mater commiserat, dictus Officiatus rectè excitatus, Senatui Colonienti, & bonis amicis Colonix, qui negotium promouerent, proprio & ad rei expeditionem exercitato nuncio scripsit. Amplissimi & nobilissimi Senatus prouiderit, & diligenti dispositione. Rea Colonix inquisita, & cum subinde ades & domesticum mutabiliter aliter, vt non facillè inueniretur, tandem reperta, & missa Officiato S. Maximini prædicto, constantibus tribus, aut quatuor fortibus & armatis custodibus, & sic quinta Octobris Anno Domini 1590. adlata, & tradita in custodiam Monasterij S. Maxim. Octaua eiusdem mensis, Officiatus reproducta copia indiciorum coram prætore & scabinis, eorum consilium & iudiciu requisit: Qui iudicauerunt, quod rea beneuolè & seruo interrogaretur, & nisi veritatem sic fateretur, moderata tortura adhiberetur. Et sic factum est prius constanter negauit adhibita tortura confessioni initium dedit & paulatim continuauit. Inter reliqua confessionis puncta, confessæ fuit, quod cum à proprio marito durius tractaretur, & vnus proles

prolis mors subsequeretur, grauius commota cogitare cepit, se à Deo derelictam esse, animumq; abiicit. Quas cogitationes & simile cum mente volueret, Dæmon in forma viri nigris vellibus induti nocte prope lectum apparuit, & dixit: Si Deo, à quo deserta es, vellet abrenunciare, sibiq; adharere, & operam addere, quod pacem se procurante esset habitura. Sic excæcata statim fidem Dæmoni dedit, Deo, Beatæ Virgini, quam *Lata* malus spiritus appellabat, atq; omnibus sanctis abrenunciavit, & dixit, Deus, ex quo auxilium ferre recusas, intermitte. Statim amarus, qui se *Fedderhanfj* nominabat, frontem tetigit, ac si crisma eradicaret, pedes habebat alinos. Cum Dæmoni deceptionem obiceret, eumq; mendacè assereret, pro consolatione dedit ei duplicem ducatum, verum, legalem, & bonum, quem in marsupium repositum fuit, & alijs pecunijs adiunxit. Hæc mulier vigesima die mensis octobris Anno Domini 1590. viua igni tradita est, & bonum vitæ nem habuit. Deinde, vt ad propositum reuertamur, secundum Scotum, & Gabrielem locis citatis, & alios alibi, Dæmones seruant pacta & promissa, non quia veraces, sed vt ab eis adharereant, quia si nulla pacta seruarent nulli homines eis seruirent.

Annotandum etiam, quod quemadmodum secundum leges & Iuris peritos, duplex est pactum

Actum; Tacitum & expressum. L. Labeo. L. Item quia conuentiones. ff. de pactis. Barth. BalJ. Iason & DD. ibidem: Ita etiam duplex intercedere potest pactum inter hominem & Dæmonem: Tacitum, & expressum. Tacitum est, quando aliquis contendit facere aliquid per causas, quæ nec virtute naturali, neque ex diuina aut ecclesiastica institutione possunt illud efficere, vel quando huiusmodi causæ tanquam necessariæ adiunguntur alijs, quæ possunt talem effectum producere, vt explicat Nauar. in manuali Confessariorum ca. 11. num. 25. & satis colligitur ex d. artic. Parisien. Sic tacitum pactum inuenit quandoq; viri ex curiositate, quando vident suas vxores se vngere, vt ad cursum & congregationem nocturnam proficiscantur, Ipsi eodem vnguento se vngunt, & sequuntur. Cuius rei exempla Grillandus & alij referunt. Quia enim fidem habent, quod tali vnguento vis insit, tacitè consentiunt in opus diaboli, qui accurrit, & auxilium fert. Pactum expressum est, quando consensus exprimitur per verba, nutus, aut signa. Cuiusmodi est illud, quod vt plurimum malefici faciunt, quando Deo abrenunciant, & Dæmoni in seruitutem se tradunt. Grillandus in d. q. 2. Damhauderus, Castreolis & alij duplicem etiam distinguunt Sortilegorum professionem. Tacitam & expressam. Tacita professio est promissio quædam,

Duplex potest esse inter hominem & Dæmonem.

Sortilegorum professio duplex.

dam, quam quis facit alteri professo de obsequio, quando, quæ sibi mādauerit sub promissione, quod grandia faciet, & mirabilia in vita cognoscet futura, & multa alia his similia, dummodo fidem Catholicam abijciat, & omnia Ecclesiastica sacramenta contēnat & repudiēt, atq; adhæreat cultui & obedientiæ magistrī, & hæc professio dicitur tacita, quia non fit propriè cum Dæmone, sed cum eius ministro: nec interueniunt solemnitates extrinsecæ, quæ interuenire solent in expressa professione. Expressa est, quæ fit cum proprio Dæmone: & ista adhuc duplex est. Vna quæ dicitur solemnī siue publica: & altera priuata. Solemnī est illa, quæ fit cum Dæmone, dum publicè residet in solio Maiestatis, more principis, quando fiunt vniuersales congregationes certis nocturnis horis & quatuor anni temporibus. Solent enim vt nostri malefici & sagæ referunt, in quatuor anni temporibus, nocte, quæ intercedit inter diem iouis & veneris, celeberrime habere conuentus: in quibus multi conueniunt omnis sexus & conditionis homines. Priuata est, quæ fit cum ipso Dæmone professo, citra tamen solemnitates & hominum multitudinem. Hanc solent facere stultim, quando transeunt in societatem Dæmonis. Tunc relinquunt prius Deum, abnegāt eius nomē & baptisimū, & reliqua sacramen-

ta Ecclesiæ. Deinde adhærent Dæmoni, eademque perpetuam obedientiam spontanea voluntate promittunt, ita vt penites subditi Diaboli efficiantur. Et sicut veri Christiani secundum scripturam admonentur, vt omnia opera sua bona faciant, & incipiant in nomine DEI, & ad eius honorem dirigant: Ita hi Diaboli clientuli iubentur omnia facere & incipere in nomine Dæmonis, & ad eius cultum dirigere. Nunc ponenda sunt fundamenta d. Doctoris, quibus pactum hoc impugnat, quod fieri nequeat. Primum, ratione personarum: naturarum diuersitas non potitur, quia cum nulla communio sit inter Dæmonem & hominem, nullum potest esse pactum, aut contractus. 2. Ratione rerum: Quia quæ dari fieriue non possunt nec de iure, nec naturaliter, eorum nulla est penitus obligatio. 3. Ratione conditionis adiectæ stipulationi, pactōue: Quia nec in stipulantium est potestatis, nec ita in casu posita vt natura sit possibilis. 4. Ratione formæ: quia non ea fit, quæ dar esse rei, cuiusque omīssio vitiat actum. 5. Ratione dissensus: Quia semper de alio & aliter sentit Dæmon, quam homo. 6. Et postremò non nisi imaginariū est vniuersum negotiū. 7. Præterea aniculæ, quæ plerumque lamiæ dicuntur, circunueniuntur dolo, fraude, astu, ignoratiā ac errore: ergo non potest esse con-

tractus & pactum. Hæc arguments ponit lib. 6. de præstigijs Dæmonum cap. 27. pag. 77. In lib. de Lamij cap. 7. aliter improbat pactum Dæmon cum spiritus sit, carnes & ossa non habet, quare extensa manu firmaq; stipulatione lamiam recipere non potest, vt tractatur dicitur de professione Sagarum. Præterea dolosa hæc stipulatio, in perniciosum finem conficta, contra Dei voluntatem, si tantum habebit momenti, vt nulla queat rescindi ratione, & necessario eius virtute alter alterius voluntatem sequi, illiusq; præcepto morem gerere compellatur: Cur pactum illud prius in baptismo, ex peculiari Dei voluntate & mandato, solemnibus verbis verè sancitum, & quidem interpolitis fideiussoribus, tanquam prærogatiua, non præponderabit? Alia profectus contractus est firmitas inter Deum veracem & sanæ mentis homines. Quicquid ille stipulatur, & in suo verbo addicit, hoc fideliter, & indubitata præstat, nec data manu præstigijsa deludit, non saltat, nec conuiuatur, vel in milibus rebus ludicris, quibusctum paciscitur, nequiter fallit, dementatue, quemadmodum hic commentitio carnali corpore amissus. Disparitatem hic qui negauerit, nescit quid veritatis hic sit admissurus. Hæc ibidem ille Doctor.

His argumentis facillè est respondere, si chère & dilucidè res intelligatur, & distingues
da d

da distinguantur. Pactum enim definitur esse, Duorum, vel plurium in idem placitum & consensus L. 1. ff. de pactis, & dicitur à pactione, id est, pacis actu. Pacisci enim est actus concordie: Sic potest dici pactum, quasi ad pacem habendam factum. Panormit. in ca. 1. de pactis. Vnde pacta diriguntur ad conseruationem pacis, concordie & societatis. Hinc optimè intelligitur Caietani doctrina, super 2. 2. S. Thom. q. 95. art. 4. quod pactum initum cum Dæmone dupliciter intelligitur. Vno modo, pro conuentione cum Dæmone facta: vt, faciam hoc, vt facis illud, &c. Alio modo pro sociali actu cum Dæmone: Et licet pactum & fides proprie tonent conuentionem, tamen etiam in materia superstitionum, & Sortilegiorum accipiuntur & intelliguntur secundo modo: & tunc pactum tacitum intelligitur, sicut inuocatio tacita. Deinde pacta distinguuntur à iure & Doctoribus, in vtilia, vel vt aliqui vocant, valida: & inutilia, siue inuailida, vel nulla. Et sic pacta vtilia ab inutilibus distinguuntur per essentialiam. Nam vtilia pacta habent esse. Inutilia non. L. Iurigentium. §. pactorum, & §. si ob maleficium. ff. de pactis. & L. pacta quæ contra. C. eod. tit. & in reg. Quæ contra ius, de regul. iuris, in 6. Caccia lupus in tract. de pactis q. 6. Bald. in tract. de eadem materia & in d. l. Iurigentium. Bartol. Alberic. Iason &

Quomodo
pacta di-
stinguun-
tur.

alij in d. 5. Si ob maleficium. Ad quam ~~men~~ probet contractū & pactū inter Deum & teriam multas adfert allegationes Bertach ~~hominem esse: & sacra littera~~ ita esse clarissimus in Repertorio Iuris, in verbo pactū ~~me attestantur. Quia cum Abraham, Moyse~~ vers. Pacta inualida. Hanc distinctionem ~~& alij patribus Deus habuit pacta & foedera~~ perpendisset dictus auctor, vidisset argumen ~~Genel. 9. Recordabor foederis mei, quod pe-~~ ta sua, quæ ponit, nihil probare. Probant enim ~~pigi vobiscū. Et iterū ibidem, statuam pactū~~ hoc, quod omnes concedimus, & iure tam ~~meum vobiscū. Gen. 17. Ponam pactū meum~~ nonico, quam ciuili probatur: pacta, quæ ~~fi~~ tecū, & eris Pater multarū gentium. Deut. 5. cum Dæmone, non esse vtilia, sed inualida ~~Deus noster pepigit vobiscū foedus. & 7. cap.~~ nulla, turpia, contra legem diuinam & ~~h~~ & alibi. Si ergo propterea repugnat fieri pa- manam, nullam inducere obligationem, ~~n~~ ctum inter Dæmonem & hominem, quia pudenda, & rescindenda. Quia pacta ~~com~~ naturarum est diuersitas, cum homo sit cor- bonos mores, & ob maleficia perpetranda ~~in~~ poreus, Dæmon spiritualis: quomodo non ta, cum sint turpia, contra legem Dei, sunt ~~in~~ magis repugnat fieri cum Deo, cum maior ualida, & nulla. De talibus pactis tracta ~~dis~~paritas, si verum sit fundamentum, argu- DD Iuris in d. 5. Si ob maleficium. Quare ~~ere~~ debeat maiorem repugnantiam? Maior e- ctor rectè dixit: disparitatem quæ negaue ~~nim~~ est disparitas quantum ad compositionē inter pacta, quæ fiunt inter Deum & hom ~~hominis ad Deū, quam ad spiritualem crea-~~ nem, & inter maleficum & Amasium, nefa ~~turam. In Deo nulla omnino compositio ad-~~ quid veritatis sit admissurus. Pacta enim, ~~qu~~ mittenda: At in spiritali creaturā licet non ~~fiunt~~ Deo, fiunt de rebus ad salutem an ~~fit~~ compositio physica ex materia & forma, & corporis spectantibus, ideoq; sunt vtil ~~sue~~ corpore & anima, est tamen metaphysi- ca ex actu & potentia. Vnde liquidum est, ~~ca~~ ex actu & potentia. Vnde liquidum est, quod homo cū spiritu potest pacisci, & quod ~~nihil~~ disparitas prædicta impediatur. Est enim ~~similitudo~~ & communicatio inter spiritalia- lem & corporalem creaturam, quantum ad in- tellectum & voluntatē, quarū potentiarum ~~actus~~ cōcurrunt ad pactum, vt ex definitione ~~pacti~~ clarum est: qua definitur esse duorū vel

*Disparitas
est in
ita homi-
nis cū Deo,
& homi-
nis malefi-
ci cum Deo.
prome.*

plurium, intellige, personarum, in idem consensus. Consensus spectat ad voluntatem. Voluntas autem in spirituali creatura etiam in Membris corporales, non tam requiruntur essentiam contractus & pacti, quam ad expressionem & manifestationem, vt non consensus alijs, cum quibus volumus pacti & consentire, innotescat. Quare sicut spiritualis creatura in corporibus assumptis non solum conuersatur, sonum vocalem, articulum, & quasi humanum format: ita etiam per test consensus & pactum exprimere, & cum homine conuenire. Nam si Dæmon Christi verbis expressis, vt Euangelica historia clare verbis loquitur, pactum obtulit: quid ob quo minus alteri idem offerre possit? Et tamen verum est, quod homo debeat distingere à Dæmone: tamen tanta est Dæmon astutia, & hominis tum infirmitas, tum inlittia, vt liberè ei consentiat sæpius in multis vt omnibus ratione vtentibus constat. Ne etiam quicquam ad rem facit quod dicat sagas dolo, astutia & errore decipi: & ideo esse pactum; sed tantum arguit tale pactum non esse seruandum, sed rescindendum: Dolo malo, ait prætor, pactum se non seruatur. Dolus autem malus fit ex calliditate & fallacia. L. Iuris gentium conuentiones. §. Pactum autem ff. de pactis. & dicitur iniquum dolo factum & fraudandi causa. ibidem

Matth. 4.

Sed si fraudandi. Quod etiam dicitur non nisi imaginarium esse vniuersum negotium. Qua facilitate asseritur, eadem etiam rejicitur: nec solum constat propria anicularum illularum confessione, sed etiam Doctissimorum in Theologia & Iure auctoritate, & innumerabilium vtriusq; sexus & status hominum testimonio, qui tale sædus nõ dormientes, sed vigilantes, solutis sentibus, cum Dæmonibus inierunt in Germania, Italia, Gallia, & alijs locis. Qui autem omnia imaginaria & phantastica opinatur, quæ Sacre literæ, graues Doctores, & mille hominum expertorum testimonia confirmant, multo in phantasia perturbatus est. Quod vero plurimi vtriusque sexus homines confiteantur, quod in abnegatione fidei, quando sædus inicitur, Dæmon malefico aut sagæ Chrisma è fronte eximere & eradicare contendat: id sanè intelligendū, quia Dæmon, qui vbiq; suum lucrum & humanæ salutis interitū querit, hic etiam Christianis hanc vult suggerere superstitionem, vt credant, aliquem effectum hanc eradicationem habere, & se minus hoc modo potentes fieri ad respiscendum à tam infelici statu, & ad rumpendum sædus iniquum, per penitentiam & veram ad Deum conuersionem. Chrisma, quo Christiani more Catholico in baptismo vnguntur, in corpore & fronte amplius non hæret, sed diu aqua idem deterfit,

nec tam chrismate vngimur, ob corporis conditionem, quam animæ salutem. Chrismati virtus animam afficit. Vnde eradicari Diaboli vngulis non valet. Qua de causa nec de nouo Sagæ chrismate iniunguntur, sicut nec baptizantur, quâdo ad cor redeunt, & suo creatori corde contritò & humiliato reconciliantur. Character, qui secundû Conciliorum & Theologorû Catholicam doctrinâ efficit, ne sacrum baptisma reiteretur, indelebiliter animæ inhæret, corrumpi nequit: Cum quicquid corrumpitur, ad corruptionem subiecti intereat, aut à contraria qualitate expellatur. Character autem inest animæ tanquam subiecto, quæ corruptioni nõ est obnoxia, nec est characteri quicquam contrarium est, à quo expelli queat. Nec puto quod omnes maleficos aut Sagas in fronte vngulis tangat, sed tantum minus instructos in fide, & superstitiosos, qui ea laborant persuasionem, quod talis eius tactus in fronte aliquê fortiat effectum.

7. Prælium. *Ut cognoscamus, quomodo cognoscendi, quæ maleficorum opera se extendant et quousque maleficorû permissioe diuina, necesse est intelligere opera se ex qua operationes Dæmonis potestati subintendant. Et sunt.*

CVM autem tanta eius potestas sit, yt nulla vis super terram comparetur ei, attente Arist.

tante Iob. ca. 41. impossibile est hominẽ scire, quid possint Dæmones per naturæ suæ conditionem facere, nisi per donum Dei iuxta Apostolum dicentem 1. cor. 12. *Alia diuinita spirituum, vt S. August. docet lib. 3. de Trinit. cap. 9.* Si autem ex sacris literis constet aliquid Dæmonum potestatem excedere, id nullatenus credendum est maleficos, aut magos posse efficere. Ex hoc fundamento dicitur, Maleficos & magos multa posse ope diabolica facere, quæ homini imperito impossibilia videntur, cum proportionem nostri intellectus superent, nec sub sensum & phantasmata cadant, à quibus nostra cognitio initium sumit.

8. Prælium. *Firmum illud ad multas Dæmones retinuerit post lapsum dona diuinis nominibus, c. 4. approbatum à S. Thom. 1. par. naturalia, q. 64. art. 4. in Dæmonibus dona naturalia nequaquam mutata, sed integra & splendidissima mansisse.*

QUARE tanta est eorû pura naturalis cognitio, & operandi potestas, quanta Angelorû. Subiecta autem est materia horum inferiorû Angelis tam bonis quam malis, quantum ad motum localem, idq; ex naturali rerum ordine, quia cum natura corporalis infra spiritualẽ sit, tanquã imperfectius sub perfectiori, nata est moueri in ordine ad locũ vnde Arist.

Aristo. 12. Metaph. posuit cœlum moueri intelligentijs, quas nos Angelos dicimus, numerumq; intelligentiarum, tanquam excellentiori è numero motuum in corporibus celestibus inuestigauit.

Quaedam maleficis operibus adhibita naturaliter operantur; quedam ex parte tantum.

9. Præludium. *In operibus maleficorum quedam adhibentur, quæ naturaliter actionem ex rei natura habent, in ordine ad effectus, quos producere intendunt, exempli gratia, venena ad interficiendam herba ad sanandum, vel occidendam: Quedam vero tantum sunt signa & characteres, nihilque habent virtutis ad effectus producendos, sed operatio sequitur ex parte cum Dæmone, solum consensum præbente malefico, & signum adhibente.*

Delectantur enim Dæmones multum signis, cum imitari studeant Deum, qui in diantibus signis sacramentalibus, salutem operatur in terris, quam ipsi, pro eorum quietia multiplici, adminiculo signorum euertere conantur. Quod pulchrè S. Augustinus lib. 21. cap. 6. de Ciuitate Dei innuit huiusmodi: Dæmones alliciuntur per varia genera lapidearum, herbarum, lignorum, animalium, carminum, rituum non vt animalia cibus, sed vt spiritus signis, in quibus scilicet hæc eis exhibentur, in signum diuini honoris.

enim ipsi sunt cupidi. Ex prædicta rerum, quæ in maleficijs assumuntur, diuersitate, ad cautelam hominum obseruandum, periculosius esse opus maleficorum, quando veneno alijsque rebus naturalibus vtuntur, quàm quando tantum signis. Quia naturalia naturali modo applicata, effectum sortiuntur tam in bonis, quam in malis; secundum proportionem actionum & passiuorum, nec valent impediri, nisi miraculosè, ab eo, qui dixit de discipulis: *Et si quid mortiferum biberint, non eis nocebit.* Itaque nec cruces, nec reliquæ, nec sacramentalia naturalium rerum cursum impediunt, nisi ipse præter naturam, qui omnium motuum est primum efficiens, effectum causæ particularis suspendat. At in alijs alia ratio est: quia spiritualibus armis sæpissimè Dæmonum insultus propulsantur, & actiones impediuntur, ne effectum sortiuntur.

10. Præludium. *Sicut inter angelos in Dæmonibus vt S. Angelis, est subordinationatio.* Sicut inter angelos beatos, sic inter Dæmones est ordo & prælatio, & id fide tenendum ex sacris literis, *Iob. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiae. Matth. 12. & Marc. 3. In Beelzebub principe Dæmoniorum eicit Dæmonia. Ad Ephes. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum.* Hinc Christus in Evangelio

gelio regnū Sathanæ attribuit Luc. II. Mat. 12. Si enim Sathan Sathanam eiecit, quomodo stabit regnum eius? Hic autem ordo, natura est, non gratiæ. Nam naturæ dona retinent, gratiæ autem amiserunt. Sicuti autem Dæmones natura sunt superiores & inferiores; sic eorum actiones etiam sibi inuicem subordinantur: qualis enim ordo inter cassas, talis quoque inter effectus. Hinc superiores Dæmones non omnia per seipsum exequuntur, sed inferioribus non raro sua committunt officia, & provincias disponunt, quibus benter se subiiciunt in perniciem generis humani, sicque eorum ordo & concordia non ex amicitia, qualem nullam inter se habent, sed ex nequitia, qua homines communiter odio prosequuntur, & Dei regnum impugnare moluntur, procedunt. Talis autem ordo inter Dæmones post vniuersale iudicium cessabit, quia tunc finis ipsius nullus erit oratio. Quod confirmant verba illa Glossæ cor. 15. super verba Apostoli. *Cum euacuauerint nem principatū, &c. Quamdiu, inquit, durat munus Angeli Angelis, homines hominibus & Dæmones demonibus præfunt.* Videntur aliqua obstare huic ordini, quæ mouet Guilhel. Parisien. 2. p. principali par. 2. c. 14. & 15. de vniuerso. *Vniuersa pax non est, ibi non est concordia, iuxta illud sapientis. Inter superbos semper iurgia sunt.*

Spin

Spiritus autem illi maligni sunt superbissimi, cum etiam diuinæ maiestati renuerint subesse. cum autem vnus superbus iugū alterius abijciat, quomodo superbissimi Spiritus patientur sibi aliquē præsidere? aut inuiti faciunt aut voluntarij. Si inuiti, igitur semper sunt rebelles pro viribus, præsertim cum ex superbia æquē appetant principatū ac dominationē, sicut superior. Aut eū iam deiecissent millesies à suo principatū, si viribus præualerent: aut necesse est, quod ipse omnibus sic præualeat, quod singulos & omnes potētia superet: quū ex eadē causā omnes simul contra ipsum moueantur ad rebellionē. A ratione autem alienū est, quod ipse superior potētia & viribus, tot, & tam multa milia fortissimorum spirituum superet: quum in rebus eiusdem speciei non inueniatur vnū indiuiduum, quod naturali perfectione & potentia vincat omnia alia simul coniuncta. Sic vnus homo naturali virtute & fortitudine non potest multos superare, nec vnus equus fortior est alijs multis simul aggregatis. Si quis dicat: Vnus rex in regno omnibus imperat. Respondetur hoc non provenire ex natura, aut naturali regis potentia, eo quod rex sit, sed ex voluntate & obedientia subditorum, ut constat experientia, quando obedientia dissoluitur, rebellio sequitur, & rex non magis ex viribus naturalibus, quā homo priuatus valet, imò non raro minus est exercitatus ad pugnandū, quam

quam gregarius miles sit. Si voluntarij precipi subijciuntur: quomodo ergo iugiter suave potentissimi creatoris ferre recusant, cuius potentia etiam omnes simul resistere non potuissent? nec hoc ipsis erat ignotum, ex viribus naturæ. Amplius, si sæuissimi Terrarum sui principis imperio voluntarij subijciuntur: quomodo non semper inter eos in odium, cum superbia eorum ascendat semper, unde continua rebellio sequitur? Ad horum clariorem resolutionem considerandum est, ordinem in angelis esse naturalem, & à Deo cum naturæ inditum. Qui enim magis accedunt ad perfectionem primi & summi principij, alij sunt potentiores & superiores in naturalibus. Sic Doctores tradunt primū gradum inter omnes spiritus tenuisse Luciferum. Deinde, ut supra insinuat, concordiam dominum est ex cōmuni nequitia, qua homines persequuntur. Est enim proprium vitiorum, ut eis se adiungant & subijciant propriam nequitiam exequendam, quos potentiores esse viribus cognoscunt. Sic hæretici non raro inter se sint discordes, imò omnes conueniunt ad impugnationem Ecclesiæ Catholicæ. Sicut autem ordo in Dæmonibus est naturalis, sic prælatio etiam, cum naturæ ordinem comitatur, est naturalis. Quod re argumentum sumptum ex humanis, non valet ad propositum: Quia homines natura

sunt pares in naturalibus, & secundum naturalia nullus inter eos ordo est. Quod autem in Dæmonibus inferiores superioribus subdantur, non est ad eorum scilicet superiorum bonum, sed magis ad malum. Quia cum malefacere maxime ad miseriam pertineat, præesse in malis est esse miserum. Atque hic etiam notandum ex Magistro Sententiarum in 2. d. 6. quod secundum modum & gradum scientiæ maioris, sunt etiam gradus in præsentia. Quidam enim vni prouinciæ. Alij vni homini, aliqui etiam vni alicui vitio præsent. Sic Lucifer superbiæ, Mammon avaritiæ, Asmodeus luxuriæ, Sathan iræ & discordiæ, Beelzebub gula, Leviathan inuidiæ, Beelphegor accidiæ præsent, & quisque horum præsentium maxime ad illud peccatum inducere nititur, cui præsent, & à quo nominatur. Quando autem dicitur, quod vnus alicui vitio præsent, non est putandum, ut ait Glossa super Iosue quæ est sumpta ex sermone Origenis, in illa verba: Omnes bellando cepit: quod vnus fornicationis spiritus seducat eum, qui in Britannia fornicatur, & eum qui in India seu alijs locis: neque vnum duntaxat esse spiritum iræ, qui in diuersis locis diuersos exagitat homines: sed potius fornicationis esse spiritum vnum superiorem, atque innumeros, qui ei in hoc vitio pareant. Similiter iracundiæ principem vnum esse, innumerosque sub

*Quomodo
diuersi dæ-
mones di-
uersis vi-
tiji præsent*

D eo,

eo, qui homines diuerfos ad huiusmodi
 catum sollicitent, & sic de cæteris vitijs: De
 ueris Dæmonum studijs doctissimè Ca
 nus in collationib. patrum coll. 7. Abb
 at. Sereni c. 32. Tot autem esse, ait, inmundos
 ritus, quot in hominibus studia non da
 cõprobantur. Nam nonnullos eorum, qu
 etiam faunos vulgus appellat, ita sedu
 & ioculatores esse manifestũ est, vt certè qu
 que loca seu vias iugiter obsidentes: ne
 quã tormentis eorũ, quos prætereuntes
 tuerint decipere, delectentur, sed de risu
 tumodo & illusione cõtenti, fatigare po
 eos, si uideãt, quã nocere. Quosdã verò solu
 modo in nociuis incubationib. hominũ
 noctare: alios ita esse furori ac truculentis
 ditos, vt non sint contenti illorũ tantu
 corpora, quos suppleuerũt, atroci dilacer
 ne vexare, sed etiã irruere super eminus
 eunt, quales illi in Euangelio describun
 Math. 8.
 nullus au debat. Alios reperimus nõ solu
 dere mēdacijs, sed etiã blasphemias hominũ
 inspirare. Cuius rei etiã nos testes sumus, te
 audiuimus Dæmonē confitentē, per Arri
 & Eunomiũ, se impietate sacrilegi dogm
 edidisse. Quod etiã in 3. Regum lib. vnum
 eisdem ipsis manifestè legimus prædicante
 Egrediar, inquit, & ero spirit⁹ mendax in
 2. Paral.
 cap. 18.
 omnium prophetarũ eius. Esse autē alia de

Math. 8.

2. Paral.
 cap. 18.

um genera, id est mutorũ & surdorũ, Euan
 gelia testantur. Incentores etiã libidinũ atque
 luxuriæ quosdã spriritus propheta comemo
 1. Cor. 4.
 at. Spiritus fornicationis decepit eos. No
 turnos quoq; diurnos ac meridianos demo
 nes similiter scripturarũ auctoritas docet. De
 quorum diuersitate longum est, si volumus
 omnia scripturarum volumina perscrutantes
 sigillatim percurrere. Qui per Prophetam
 Esai. 34.
 Innocentari, qui pilosi, qui serenæ, qui la
 miz, qui vlulæ, qui strutiones, qui ericij de
 signatur: Qui aspis, qui Basiliscus in Psalmo,
 qui Leo, qui Draco, qui uie Scorpius in Euan
 gelio nuncupetur. Qui princeps mundi hu
 manus, qui rectores tenebrarum harum, qui
 spiritualia nequitix ab Apostolo nominen
 tur. Quæ vocabula non casu, aut fortuito in
 scriptura ita illis debemus accipere, sed significatione
 scripturarum ferarum, quæ apud nos vel minus
 noxiæ, vel magis perniciosæ sunt, illorum
 rabies ferocitatesque distingu. His ad eru
 tionem & delectationem lectoris luber an
 notare, quæ ad idem propositum faciunt, &
 ita tradit Guithelmus Parisiensis Doctor
 grauissimus in 2. parte de Vniuerso. Dico,
 ut, iuxta verisimilitudinem, non iuxta
 certitudinem, quod sicut omnipotens boni
 tas creatoris permittit hominum Princi
 pes impios, diuerfos ordines in principatibus
 & ditionibus collocare, qui & malos solent
 exaltare,

exaltare, ac bonos deicere, imò indignissimos & pessimos in dignitatibus potestatis que statuere: Ita permisit & principi regnorum spirituum iuxta suæ peruersitatis malignitatē alios de malignis spiritibus scilicet limare, varijsq; operibus malis præficere, ab eisdem officijs remouere. Quod Deus mittit propter innumeras vtilitates, quas de elicit. Cuius signum est, quod in collationibus patrum narratur. Apparuit quidam sancto viro princeps malignorum rituum in folio sedens regali, & ante horribilium multitudinem spirituum, qui singulis venientes regionibus interrogabatur, quid perpetrassent: & quos modico mali iudicauit egisse, flagellari præcepit, cum vnus retulisset se quendam sanctam heremitam per quadraginta annos tentasset in ipsa nocte in fornicationis facinus deiecit, cum ingenti gaudio & festiuitate ab receptus est, ita quod eum iuxta se collo- rit; & proprii capitis coronam deponens, ab ino- nis illius capiti imposuerit. Etenim ab initio ambitiosissime affectauit assimi- altissimo, ita nunc vsq; regnum suum terribus legionibus præsidet, & dominantur brosum ac sceleratum contendit inanis- impietate, conformare regno ac militiæ toris deputando angelos tenebrarum diu- gelii sancti deputata habent ministeria

collat. 5.
cap. 16.

Sic & Ecclesiam malignantium suam, as- simile conatur Ecclesiæ sanctorum, quate- nus sicut Deus & saluator in Ecclesia sua con- tituit veros Apostolos, veros Prophetas, fan- ctos martyres, fidelissimos confessores, virgi- nesq; mundissimas: Sic & ipse habere satagit pseudopphetas, falsos Apostolos, martyres, fictos confessores, ac virgines fatuas. Etenim uerò qui ab exordio fuit signaculum decore, factus est simia ridiculose ac defor- mis imitationis: sic & totum regnum ipsius sua vanitate, ambitione & iniquitatem con- ferie versum est velut in simiam quandam Ecclesiæ electorum, quæ vere est regnū Dei. hæc Guilhelmus. De præsidibus spirituum malorum, eorum nominibus, natura, nume- ro subiectorum, formis apparendi plurima curiosa & minus vtilia tradit quidam libel- lus inscriptus, liber officiorū spirituum, vel de principibus & regibus Dæmonum, & à quodam Pseudomonarchia Dæmonum: In illo libello multi principes & præsidēs nume- rantur, ex quibus quidam 50. aut 60. aut plu- ribus legionibus præsidet, & dominantur regio aut cōtinet 6666. Curiosum est his re- gibus multum adhærere, periculosum & su- perstitiosum eisdem fidem tribuere, cum ne- cessis iniquitatis obsequijs, secundum quod nō scire possit citra diuinam reuelationem, qui non didicerit à Dæmone, à quo cognos- cere

cere non licet. Hoc loco considerandum expertam confessa est Meiffenbeius Anna de
 quod cum demones ordinatam & disciplinam, de qua supra: quæ cum fortuitò
 tam nequitiam habeant, vt ex dictis confiteor, Deum semel in cursu & conuentu nominat.
 prout Casian, in collat. 7. cap. 18. loquitur, coacta fuit pedibus ire domum, cum dela-
 instituunt talem ordinem & disciplinam, eo fuisse à diabolo in forma hirci. Qua de
 ter suos subditos maleficos & sagas. Sic Bodinus causa quod disciplinam transgressa fuisset,
 nus lib. 2. c. 4. rectè attestatur teneri quem nominando Deum, verberata est ab alia N.
 maleficum suorum malefactorum ratione superioris ordinis: quæ ante hanc etiam flam-
 exponere, aut cædi, nisi fecerit, grauissimis consumpta est. Idem contigit cuidam
 Hoc mihi ait, Bodinus Castelli Rusi præ Maria ex pago S. Mathiæ, quæ Anno Domi-
 ctus, Biturigū nomine delegatus apud huiusmodi 1588. 10 Nouemb. incinerata est, & detenta
 fenfes, affirmavit. Magam se iudice crematam custodia monasterij S. Mathiæ prope ciui-
 fuisse, quam filia accusauerat, quod ipsam in custodia Treuirensi. Hæc cum in primis ad con-
 conuentus deduxisset, & diabolo instituentem delata fuisset, à superioribus & prin-
 obtulisset: hæc inter alia scelera, istud conuulsiore tractatum extitit, & propositum
 fa est, se saltasse in hirci ambitum, & tandem perditione fructuum nascentium & simul
 singulas rationes rerū à postremi cæstus vararum, & quæcunque persona consensum
 pore gestarū reddidisse, & qua in re pulum præbebat, bibebat. Cum autem ordo bibendi
 occupassent: hic à se infantē enectum aiebat, & cōsensum dandi ad ipsam deuenisset, apud
 alter equum, ille arborem. Vna autē nihil dixit. Ah Iesv, perdemus frumenta & vinū,
 eo tempore fecisse cōperta est: hæc frequenter qua ratione ergo pauperes meos pueros sustē-
 istus accepit baculo ad plantam pedum, & abo, statim prolato nomine Iesu, euanescenti-
 alijs omnibus derisa est. Hæc Bodinus. Ete lumine, in densissimis tenebris sola in lo-
 comperimus etiam multis confessionibus mansit. Manè circa horā quartam superior,
 quod saga, quando alijs nocere nequeunt, comitantib⁹ duabus alijs aduenit, & grauiter
 hi ipsiis damna inferunt. Certissimum est ipsam percussit, eo quod nomē Dei nominasset,
 est, si quis nequissimam disciplinam in cursu & conuentu dissipasset. Quo facto auolarūt,
 non feruet, vt nomen Iesvs casu nomine Maria autē pedib⁹ domū redijt. Multa in hu-
 aut Deum, aut crucem faciat, cæditur, & eius rei confirmationē cōfessus est Ioan. Cuno
 disparentibus domum ire cogitur. Hoc alius dictæ Annæ de Rouer, iuuenis natural-

bus dotibus ornatus, decem & octo annis
 tus, qui iam Treuiris, & Mulsiponti in Lot-
 ringia litteris operam impendit, & eos pro-
 gressus fecit, vt iam Poësi & literis humani-
 tibus studeret: Hic iuuenis nono suæ æta-
 Anno à matre propria seductus fuit, denun-
 ciatus tanti criminis à propria sorore, & ab
 fratre adhuc superstite in custodia. Cum de-
 tineretur, & iudicia proponerentur sine con-
 tura actuali veritatem confessus est, & sacra-
 mentis Ecclesiasticis præmunitus, sacrilegi-
 exhortationibus instructus, maxima peni-
 tentia ductus, scelera sua detestatus est, & pe-
 nam temporalem pro peccatis maluit pati, qui
 præsentem cum periculo animæ docere vo-
 tam, & sic Anno Domini Millesimo quinquen-
 gesimo, nonagesimo, altera visitatione
 Mariæ, vitam foeliciter, licet in pœna, finiuit.
 Inò cum Officiatus & omnes misericorditer
 ducerentur, eo quod magnam contritionem
 in eo aduerteret, sicq; vellent & offerret ei pe-
 nam gladij recusauit, & voluit comburi cum
 alia sagi, quæ simul supplicio afflicebatur, ut
 quod talis pœna suis sceleribus digna esset,
 sic prius strangulatus, flammis in cineres red-
 ctus est. Confessionem huius adolescentis
 tius in primis, vt debuit, iudicialiter Non
 rius excepit, deinde ipsemet iuuenis propria
 manibus per puncta descripsit germanicè
 diuis & permixtis verbis latinis & tradidit.

propri

propria eius scriptura sunt, quæ præsentibus
 inserimus. Occasio casus eius hæc fuit. Cum
 enim amore carnali incenderetur erga filiam
 quandam illius pagi, oblata oportunitate com-
 mercium cum ea habuit. Deinde Dæmon in
 forma illius puellæ apparuit, quem personam
 amatam existimauit, & ei in auri specie qua-
 tuordecim coronatos dedit, quam pecuniam
 tandem conuersam in putredinem reperit, vt
 eius formalibus verbis vtar. Quamprimum
 factum matri significauit, & conquestus est
 de casu. Mater verò, quæ iam Dæmoni se sub-
 diderat, maleficij & rei gestæ conscia, eum con-
 solata est dicendo, fili, consolare, res ad bo-
 num statum dirigetur. Sub principium no-
 tis Mater filium scopis insidentem camino
 eduxit, ante ianuam hircum repperunt, cui
 insederunt in nomine diaboli, & delati sunt
 ad locum planum & latum, dictum *Hergeren-
 poderheydt* qui distat à Rouer forte miliari, v-
 bi frequentissimi sunt conuentus Malefico-
 rum, præsertim celebriores, & quasi provin-
 ciales. Cum verò ad dictum locum venissent,
 mater diabolum iuuenis seductorem aduo-
 cavit, eiq; dixit. Hic est filius meus Ioannes
 Cuno, vti promisi. Tunc matre impia verba
 prædicente, abrenunciavit Deo & omnibus
 sanctis. Expedita abrenunciatione hilares ex-
 titerunt, & quasi nuptias cum eo celebrarunt.
 Tunc tamen Dæmon in alia forma apparuit,

D 5

quam

quam primo tempore seductionis. Postea Dæmon succubam habuit, qui & ei unguentum dedit ad exercenda veneficia. Cuius unguenti virtutem probauit in matris porcello quem unxit in collo, & mortuus est. Dæmon suus Rosam se nominauit, atq; adolescentem capribarbam. Confessus quoq; est Matrem propriam & alias duas sagas in conuentu & congregatione, coram Dæmone præsidente, & toto cætu in Hærenroderheydt iactabundam prædicasse, & hæc maleficiū exposuisse, quod patrem suum, id est, maritum dictæ annæ, veneficijs interemissent. Consentit mater in sua confessione, sicut etiam in præcedenti puncto de seductione. Singulis quatuor anni temporibus ad congregationem & cursum venire debent: Aut si quis in persona realiter impeditus comparere nequit, Diabolum suum substituere debet, præbendo ei consensum in omne malum, quod in congregatione tractatur & concluditur, ibiq; se gloriatum de quibusdā horribilibus carnalibus vitijs, quæ hic non est opus enarrare, testatus est. Cætus suus totus conuentus in tres gradus siue ordines distinctus est. In maiores, mediocres, & minores. Ipse consistebat inter mediocres. Semper quando conueniunt, habent propositum, & tractatum de instructione alicuius rei. In cursu quoque sunt fistulatores, cui exercitio ipse aliquando vacauerat, & lucratus erat in

bon

bona pecunia tres aut quatuor batzios. Si quis autem nõ esset soluendo: in pœnam, inhonestum actum, qui saluo honore nominari non potest, subire tenetur. Sacramentum Eucharistiæ ter aut sæpius vix sumere potuit, & quando confiteri hoc voluit. Dæmon suus digito inhibebat, atque etiam ipsum percussiebat si quid boni faceret. Tandem in conuentu & cursu habent censorem morum, quem latinè legis mandatorem vocat. Hic legit & iubet, quo pacto quis se gerere debeat erga Dæmonem, & quod singulis quatuor anni temporibus præcipuè cum cæteris conueniendum in loco destinato, & consensus dandus ad omnia maleficia. Hæc ex adolescentis confessione. Alia adhuc commodis locis inferentur. Ex his clarissimum est, quo ordine & malitia Dæmon regnum suum stabiliat, & multos mortales, Deo iustè permittente, miserè in laqueū ducat. Ex hoc ordine deducitur, quomodo Magus quandoq; Dæmonem possit cogere. Si enim pactum vel fœdus habeat cum superiore & potentiori, ad imperium eius inferior morem geret, non autem æqualis, qui voluntariè concurreret quasi coactus videatur suis incantationibus ad coniurationem Magi. De hac re legendus Franciscus Viçtroia in relectione de arte Magica à numero. 25,

11. Præ-

11. Præludium. *Licet apud antiquiores Doctores res dubia fuerit, an angeli & Dæmones sint corporei, nec ne: tamè nunquam temerariū videtur asserere esse corporeos.*

P R I M A pars certa est ex August. lib. 21. cap. 10. de Ciuitate Dei, qui fatetur multos doctos in ea fuisse opinione, quod sint corporei, & præterea addit. Si quisquam nulli habere corpora Dæmones asseuerat, non est de hac re aut laborandum operosa inquisitione, aut contentiosa disputatione certandum. Aliquando iuxta Apulei & Platoniorum sententiam subtilia corpora habere videtur opinari. Accedunt Origen. lib. 2. Perarchon. cap. 6. Lactant. Firmianus lib. 2. diuinorum institut. cap. 15. & alij alibi. Secunda pars confirmatur: scriptura huic parti maxime fauet. Ephes. 4. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est aduersus res corporeas. psal. 103. angeli vocantur spiritus. Qui facit angelos suos spiritus: Luc. 24. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et Marci 5. Legitur in vno homine legio fuisse Dæmonum. Quomodo in vno corpore humano tot corpora lateret potuissent: His accedunt Symbolum Nycænum, quod Deum creatorem visibilium & inuisibilium pronunciat: Concilium Lauranense sub Innocentio tertio, cuius verba habet

habentur in cap. Firmiter credimus, de summa Trinitate. Creator omnium visibilium & inuisibilium: Spiritualium & corporalium: qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam, spirituales & corporales: angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam, quali communem ex spiritu & corpore constitutam. Communis Doctorum sententia etiam consentit. D. Dionis. de diuinis nominibus. cap. 4. Damasc. lib. 2. de fide. cap. 3. Gregor. Nazian. lib. 2. suæ Theologiæ in fine. S. Chrysol. hom. 22. super Genes. S. Thom. 1. par. q. 50. art. 1. & 2. S. Bonavent. in 2. d. 8. q. 11. Gabriel. Scor. Richard. Dionis. Carthus. & cõmunis in 2. d. 8. Alexand. Halen. 2. par. q. 34. memb. 1. & hæc est communissima sententia, cui contradicere non caret temeritate. Aristot. etiam 6. metaphys. t. 2 & in lib. 2. de Anima. & in 12. metaphys. & alibi tradit, intelligentias re & ratione à materia esse separatas, & in hac re nulla apud Philosophos est controuersia.

12. Præludium. *Dæmones possunt assumere corpora, & in ipsis apparere hominibus.*

P A T E T ex octauo præludio: Naturalia manserunt integra in Dæmonibus, sicut bonis

Dæmones assumere corpora & in ipsis apparere possunt.

bonis Angelis. Sed boni possunt assumere corpora: ergo & mali, licet ad diuersos effectus. De bonis clarum est.

Gen. 18. Abrahā apparuerunt tres viri, id est, angeli in conualle Mambre; Tob. 5. Tobias inuenit in nem splēdidum cinctum, & ignorans quod angelus Dei esset, salutauit eum, & 9. cap. uocauit Tobias angelum, quem hominem existimabat. Genes. 19. Venerunt duo angeli Sodomam, quibus Lot dicebat, Domini declinate in domum pueri vestri, & lauate pedes vestros, &c. Quod etiam Dæmones corpora assumant, constat. Genes. 3. apparuit in forma serpentis, & Matth. 4. Christo corporaliter apparuit. Cor. 11. Angelus Sathanae transfiguratur se in angelum lucis. Idem patet ex vitis sanctorum, ut Athanasius in vita S. Anthonij ait. Nam & bestiarum & serpentium formas induentes, omnia, ubi vir sanctus agebat, proutinus impleuere phantasias leonum, taurorum, luporum, aspidum, serpentum, scorpionum, nec non partium, atque versorum, & hac singula secundum suam frendebant naturam. S. Martino apparebat forma viri, purpura & diademate ornati, testatur Sulpitius in vita ipsius, S. Hilarioni in forma pueri, ut refert Hieronymus in vita eiusdem.

Et si angeli boni humanam, eamque virilem induant speciem, quando hominibus apparent: tamen maligni spiritus varias pro negotiorum, quæ in hominum perniciem moluntur, varietate formas assumunt: Nunc virilem nunc muliebrē, nunc quadrupedum, nunc reptilium

reptilium: ut exemplis iam positis satis clarum est. Id tamen obseruatum à quibusdam, quod non appareat Dæmones vnquam effigie ouium induisse. Cum Christo domino placuerit se pastorem, & familiam suam oues nominare. Sic in Euangelio oues statuit à dextris, hædos autem à sinistris. Oues enim sunt animalia fructifera, mansueta, humilia, & patientissima, quæ proprietates conueniunt ouibus Christi. Contra verò Dæmon plerumque apparet in forma hirci, ut relatione præsertim eorum, qui maleficam sectam sequuntur, cognoscimus. Hircus enim est animal mero & cornibus terribile, truculentum capite, & suo tempore satis fetidum, quibus proprietatibus mores Dæmonum, & maleficorum designantur. Hanc similitudinem ouium & dissimilitudinem hædotum latius ostendit Dominicus Sotus in 4. Sentent. d. 47. q. 2. art. 5. Sed nec in specie columbe legitur malus spiritus apparuisse, quod diuinx prudentiæ congruit: cum in tali forma spiritus sanctus apparuerit. Columba enim est avis munda, candida & pulchra, quare in tali forma, spiritus sancti operationes designatur. Malus autem spiritus cum sit deformis & ferox, nigra delectatur forma. Sic S. Machario in specie nigri mauri, alteri in corui, alij in nigri canis figura obuiam factus est: multis sagis in specie nigri hirci apparet, præsertim quando defert eas ad congregationem. Tradunt quo-

quoq; Doctores, quod Dæmones non
 quam se præferent in corporibus mortuorum
 sed non bonorum, in quibus spiritus sanctus
 sibi præparauit habitaculū. Quoniam Deus
 in cuius manibus corpora sanctorum sunt
 id Dæmonibus non permittit. Dubium
 esse potest, vtrum Angelus Sathanæ trans-
 figurans se in speciem siue formam Christi,
 que peccato possit adorari? *Tractant Alex. Alex.
 len. 3. par. 9. 30. memb. 3. ar. 1. S. non auent. in. 3. h.
 d. 9. 7. 6 Gabriel super canonem missæ, Lect. 30. m. h.
 ra 2. Bartholomæus à Medina in 3. par. S. Thom. q. 1.
 ar. 3. Iosephus Angles in floribus Theologicarum
 stion. in 2. sent. par. 1. d. 3. difficul. 1. 4. Dicendum*
 Qui existimat vel aduertit esse dæmonem
 forma Christi, & adorat, committit crim-
 idololatriæ, quia sciens & prudens ad-
 Dæmonem, & ipsi tribuit cultum diuinum
 quod est pessimū scelus idololatriæ. Si autem
 quis sit dubius, si tñe verus Christus, vel
 mon, qui apparet, & adorat, mortaliter pec-
 cat, quia exponit se probabili peccandi opor-
 culo: quod quæ amat, peribit in illo, suspi-
 dendus ergo in tali casu actus, vel adora-
 facienda sub cōditione. Si tu es dæmon, non
 adoro: & à Deo cognitio precibus perentio-
 pro veritate. Sic S. Petrus cum videret Chri-
 stum, ignorans eum esse, dicebat. *Matth. 14.
 tu es Christus, iube me ad te venire super aquas.*
 quis verò ita esset ignorans & simplex, vti
 uinc

incibiliter ignoraret esse Dæmonem, talem
 excusari adorando iudicat Medina, & tantum
 materialiter committere idololatriam. Alij
 verò sentiunt ignorantiam nō excusare, quia
 ut hoc peccatum caueremus, præmonuit ipse
 Christus *Matth. 24. Multi venient in nomine meo
 dicentes, quia ego sum, & seducent multos. & Pau-
 lus: Ipse Sathanas transfiguratur se in Angelum lucis.*
 Deinde talis habet orationis remediū, & si
 petat à Deo, non deferetur, quia promisit, di-
 cens. *Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit
 vobis.* Quare in tali casu, qui adorat, & prius
 non orat, non adhibet debitam diligentiam
 ad euitandam ignorantiam requisitam. Dein-
 de cum huiusmodi apparitiones sint multū
 periculosa, non facile sunt admittendæ, sed
 probandi spiritus, an ex Deo sint. Exempla
 ad confirmationem huius rei non desunt: In
 primis Beatissima Virgo cum ab angelo salu-
 taretur turbata in sermone, antequam con-
 sensum præberet cogitabat qualis esset ista sa-
 lutatio. & *1. Reg. 3. Samuel, secundò, tertio &
 quartò vocē Domini vocantis audiuit, tunc
 tandem respondit: Loquere Domine, quia audis
 seruus tuus.* Sic & S. Lucianus presbyter reuela-
 tionem sibi factam per Gamaliclem Pauli dis-
 cipulum, non statim acceptauit nec credidit,
 sed dubius prestitit, donec præmissa oratione
 visio tertio sibi manifestaretur. Non ergo in
 his facile credendū: nam locum habet illud:

Qui facile credit, facile decipitur, & leuis est.
 Habuerunt ergo sancti Patres temper su-
 ctas huiusmodi visiones. S. Martinus, &
 diabolus sub forma Christi ornamentis
 reis prefulgidi appareret respondit, Christi
 nunquam usum aureis ornamentis & sen-
 eum adorare. Alius quidam Pater, cum sel-
 mon in forma Christi offerret, clausis oc-
 dixit, se nolle Christum videre in hac vita
 in caelis. Alius sub simili specie apparenti
 iecit: *Vide ad quem mittaris: neque enim is sum.*
Christum videre mere ar. Gerson in tractatu de spi-
ritibus discernendis admonet cum Petro dicendum:
à me Domine, quia homo peccator sum. Quando-
 tem Deus per visiones vult aliquid reuel-
 talia dat signa & documenta, quibus cog-
 ci potest veram esse reuelationem: vt patet
 reuelatione facta Beatissimæ Virginis, & vi-
 ne pastoribus, in natiuitate Saluatoris, & vi-
 Mariæ Magdalenæ apud monumentum ma-
 festata, &c. Item in exemplo de Samuele
 to. Cùm autem in huiusmodi visionibus
 apparitionibus multi sæpè decipiantur, &
 bandæ sunt secundum sacras literas, & do-
 nam sanctorum, & experientiam hominū
 cretorum. Quare ex hac parte sæpissimè
 minæ decipiuntur à diabolo: cum enim
 curiosæ, & mollioris cōplexionis, facili-
 piunt impressiones à spiritibus, & multi-
 delectantur suam sanctitatem hinc metien-

visiones pe-
viculose:
ideoq; pro-
banda, &
quid ijs oc-
currentib;
faciendum.

Et sic turpiter sæpè in laqueos persecutoris in-
 cidunt. Statim vt insolita & ignota visio ap-
 pareret, muniendum est cor signo sanctissimæ
 crucis, & mens erigenda in Deum, cum inuo-
 catione salutaris nominis Iesu, quod dæmo-
 nibus terribile, fidelibus autem fortissimum
 scutum est contra aëreas potestates. *Regulas dis-*
cernendi huiusmodi visiones, & spiritus qui legere vo-
luerit, videat Gersonem in dicto tractatu, & Bartho-
lomeum Medicum lo. cit. & eundem in 1. 2. S. Thom.
q. 22. artic. vltimo prope finem. Qæret hic quis-
 piam, ex qua materia tam breui tempore cor-
 pora assumunt, & quomodo ad nutum eua-
 nescent? Communis opinio Doctorum do-
 cet, quod corpora assumant aërea. S. Thom. 1.
 par. q. 51. ar. 2. ad. 3. S. Bona. in 2. d. 8. ar. 2. q. 2. Nam
 licet aër in sua raritate manens, nec colorem
 nec figuram habeat, condensatus tamen &
 figurari & colorari potest, vt patet in nubi-
 bus, & aliquando etiam figuræ & visiones pug-
 nantium in aëre conspiciuntur. Aërea etiam
 corpora citò disparent, propter raritatem,
 maximè si virtus agentis & dispergentis fortis
 sit, vt in demonibus. Huiusmodi tamen cor-
 pora à demonibus assumpta, nec habent verā
 formā, aut organizationē, vt phisici loquun-
 tur, completam, sed solum effigiem, quæ potius
 artificialis, quam naturalis est. Ex hoc
 fundamento verum apparet, quod malefici
 alijq; fatentur, esse facile, cognoscere Diabo-
 lum è

Materia
corporū à
Demonib;
assumpta
rum.

vide Dia-
bolos in as-
sumpto cor-
pore cogno-
scatur.

lum è manibus vel pedibus. Item non è difficile, discernere ex membris & corporis constitutione, quando cõsortes criminis in persona, vel representatione, in cursu tractatibus.

Atq; vt id quod certissimum est, latius clarem, sicut iuxta proverbium, leonem vnguiculis iudicamus: ita Dæmonem quando in humana specie apparet, ex pedibus & inferiori parte discernere licet à verò homine. *Alexan. ab Alexand. li. 4. genialium dierum c. 19.* pulchrâ refert historiam ad hoc proposito. Sed ne cui, inquit, hæc vana, vel ficta sermonibus videantur, auctor est Thomas monachus homo minime malus, cuius ego fidem probatamque pluribus in rebus expertus didici, qui seriò mihi retulit, quod cum in monasterio & sacris ædibus, quæ in lucanis montibus sunt, cum pluribus iurgatus foret, & post modica conuicia & rixas, animo perturbatus inde se proriperet, cum per nemora iterum intenderet: speciem hominis, vultu atro, nigra barba, promissis tunicis, vultu atque deformi & seuo obuiam habuisse; quem cum appellaret, quid ille solus per devia erubundus incederet, dixit equum, quo vectabatur, amisisse, atq; in proximos campos euasisse credere: Cumque per sinus inuisionum vna quæsitum pergerent, ad perfluentem, in cuius aluo gurgites magni, & formidabiles

dabiles redundabant, deuenisse. Et cum monachus, vt aquam trajiceret, calceos sibi eximere appareret, illum magnopere coëgisse, & tandè peruicisse, vt super spatulas suas ascenderet, potiusq; à se, qui corpore maior erat, vectaretur. Qui acquiescens, cum super illius spatulas, vt succollaretur monachus, ascenderet, illeq; iam aquam ingredi appareret, dum vada exquirat illius pedes non humana, sed tetra & deformi specie conspexit. Quo animaduerso, horribili terrore percitus, Deum vt sibi præsto adesset, acclamauit. Mox Dæmonem & diram illam speciem, diuino auditu verbo, stridore querulo, & vi maxima, quantæ dici potest, ita è conspectu abiisse dicit, vt imminentem quercum ingenti impetu colliserit, ac per fractis ramis funditus euerterit. Hæc ex Alexandro. *Weissenbeims Anna* dixit suum Amasium, qui se *Federhans* nominabat, asininos pedes habuisse. Pari modo quædam *N.* detenta in custodia Monasterij *S. Martiniæ*, ex pago eidem proximo confessa est, quod non semper in propria persona valent ad congregationem, sed si venire non possint, dent consensum, & tunc Amasius eas representet. Ex hac autem differentia hoc cognoscendum. Cum alium vel aliam representat, in superiori parte similis est homini, quem ex consensu eiusdem representat, in inferiori autem parte pedes habet bouinos, equinos,

aut alterius bestia. Hæc malefica An. Domini iuictijs vbertim fulta. Cæterum ea omnia o-
 1589. 14. Iulij incinerata est. Atq; vt nemo stentationem modò exhibebant, veri suberat
 ter hæc esse à veritate aliena, quæ plurib; conuincitur. In eius verò familiaritatē ad hunc mo-
 fessionibus cõfirmantur, consideret dæmone dum insinuasse ferebatur. Pergebat quãdoq;
 non sine causa nominari à propheta Esa. 34. Menippus Corintho Cenchreas solus. Ecce
 Onocentaurum, lamiam, & simili modo. Phantasma quoddã illi occurrit, qd se in mus-
 Glossa, Beda, Dionis. Carthus. & alij ad phæris speciem conformauerat. Atq; ex manu
 positum exponunt: Quod Onocentaurus apprehendens Menippũ, iam pridē, inquit, se
 animal monstruosum, superius habens et illius amore teneri implicitã. Esse verò se ge-
 giem hominis, inferius autem similitudine nere Phœnissam, & in suburbano iuxta Co-
 alini. Et similiter lamia animal monstru rinthũ habitare, idq; etiam digito monstrans,
 sum, habens in parte superiori speciẽ mul- vt illuc veniret, hortari cepit. Quod si inquit,
 ris, in parte autē inferiori pedes equinos. At feceris, intentam mulcis inuenies me, & vinũ
 etiam ita callidus mille artifex est, quod bibes, quale non sæpè alias, nec te riualis vlla
 mam inferiorem cautius abscondat, nisi qd vellicabit suspicio: Pulchra siquidē pulchro
 bene aduertat, aut eiusdem artis sit pericornteta viuã, & moriar. His blanditijs adole-
 Aliquãdo satis longò tempore potest cõscens delinitus, etiam si philosophiã haud ex-
 fari ita quod verus homo putetur. Lepidus pers, amoribus tamen obniti, oblectariq;e
 ad hoc propositum historiam refert Ludon non valens, vespert ad mulierem pergit, ac
 cus Cælius Rhodiginus lectionum antiqua frequenter deinceps, perinde ac ad suas deli-
 lib. 16. cap. 5, ratione illius Adagij. Serpentias: nec dum enim, cuiusmodi phantasma
 foues, & te serpens. Quod prouerbiũ etiã esset callebat. Id cum esset intuitus vir quidã,
 stris maleficis & sagis accomodari posset, vt ipse interpretor, Magus, aut Philosophus,
 inquit, Menippus Lycius, annos natus qui vt tum creditũ est, & sumã grauitatis, ac pru-
 que & viginti, ingenio haud inscito, corpulentia, primò statuarij instar Menippum in-
 itē multa exercitatione valido, ita vt formospectans, hominem expendebat, cõtemplaba-
 athletæ, liberalisq; speciem præferret. Huius turq;. Vbi verò rimatus abunde est visus: O
 peregrinæ mulierculæ pleriq; amoribus in formose, inquit, & à formolis expetite mu-
 titum putabant. Ea verò, vt tum videbatur, lieribus. Οφω βαλπτει, καὶ οὐ βῆρις, Ser-
 speciosa quidē erat, & permollicula, nec pentem confoues, & is te. Cum in eis mira-
 diunt

bundam animaduverteret Menippum :
 proinde, inquit, dixi : quoniam mulier est
 tibi, quæ vxor non est. Sed rogo te, ecquid
 ab illa amari putas? Per Iouem, inquit, Meni-
 pus, & quidem eximiè. An igitur, inquit,
 eam in matrimonium ascisces? Equidem,
 spondit. Quid enim iucundius, quam ama-
 tem ducere? Quando inquit, ille futuras
 naris nuptias? Citò ait, vel fortasse cras.
 cum vir ille inaudisset, obseruans conui-
 uium, cum iam vocati præsed forent, vbi
 luc & ipse perrexit. Vbi nam, inquit mul-
 ier est, cuius causa conuiuium celebratur
 uenistis? Tunc Menippus, propè adest, inquit
 Tunc is, argentum hoc & aurum, cætera
 domus huius ornamenta, tua ne an mulier
 sunt? Mulieris, inquit, ac semilaceram &
 larem omninò vestem ostendens. Tales me
 inquit, cultus sunt. At ille ad eos, qui aderam
 conuersus: Tantali, inquit, hortos videtis
 qui, sicuti ab Homero proditum est, specie
 quidem præferunt aliquam, cum tamen
 nihil sint. Eiusmodi verò ornatum hunc
 nem concipiatis licet. Neq; enim materia, quæ
 videtis, vlla est, sed simulachrum modò
 ac imago. Quod vt verum sciat, Bellas-
 sponsa vna est ex Empusis, quas lamias
 Mormalycias pleriq; existimant. Hæc dicitur
 auctor. Fuit enim bella sponsa Dæmonis
 forma humana, quod magus alijs oculato

prosp

prospexit, & sic bene lamia appellata, iuxta
 Esaiæ cap. 34. citatum.

Dicet iterum aliquis: Quomodo ergo
 Dæmones loquuntur & conuersantur cum
 hominibus, si nō sunt vera corpora? Respon-
 detur, si propriè loquamur, non loquuntur,
 quia vera locutio est operatio corporis actu
 vitam habentis, & animati anima rationali.
 Tale autem corpus non est, quod à spiritibus
 assumitur. Formant autem impropriè locu-
 tionem, quatenus producunt sonum in aëre
 humanis vocibus similem, non secus atque si
 quis summo artificio in tuba sonum instar
 vocis humanæ redderet.

Quando in antecedentibus dicitur non
 esse vera corpora, in quib; spiritus apparent,
 id sano modo intelligendum est, ne in errorē
 eorum incidamus, qui dixerūt angelos nun-
 quam assumere corpora, vt refert S. Thomas
 in 1. part. q. 51. art. 2. sed omnia, quæ in scri-
 pturis diuinis leguntur de apparationibus, in
 visione imaginaria contigisse, vel in præsti-
 gijs. Sed hoc repugnat intentioni scripturæ.
 Illud enim quod imaginaria visione videtur,
 est in sola imaginatione videntis. Vnde non
 videtur indifferentur ab omnibus, sicut An-
 geli apparentes Abrahæ, visi sunt ab eo, & to-
 ta familia, & à Loth, & ciuibus Sodomorum.
 Similiter Angelus, qui apparuit Tobia, ab
 omnibus videbatur. Et malus spiritus primis

E 5

parenti-

*De locutio
 ne cū Dæ-
 monum ho-
 minibus
 maleficis.*

parentibus apparuit in vera forma serpentis & non in imaginatione, aut præstigij, vt Doctores attestantur. Et CHRISTO Dominum in Euangelio in forma humana reali, vt euidenter colligitur ex textu & Doctoribus idem. Quando ergò dubium incidit, an sint vera corpora, quæ à spiritibus assumuntur, in eis appareant, id sub distinctione intelligendum est. Non sunt vera corpora quantum ad veritatem corporis, quod denotatur vt humani, vel animalis: sed sunt vera & realia quantum ad materiam, ex qua formantur, veram enim & solidam habent corporeitatem. Et licet nõ sint talia corpora in prædicamento substantiæ, quatenus sic efformantur & quasi artificialia, sunt tamen verè aërea. autè vera essent corpora humana, aut bestialia: vera esset caro, vera ossa membris & nervis distincta & coniuncta, quæ nec ita statim ferrent, nec subito euanescerent, quemadmodum nostra corpora post mortem permanent. Corpora autem spirituum ad eorum voluntatem in præiacentem, vt DD. loquuntur, resoluntur in materiam. Si quis autem obiiciat, quomodo legatur in narrationibus patrũ, Dæmones secessisse relicto intolerabili fætere: id quod etiam refertur nonnunquã factum, quando exorcizãdo eiicitur ab homine obsesso: factus autem emissio verum corpus significat videtur. Respondetur ad hoc, dæmonẽ hu-

modi fæctorem in suo discessu producere in aëre, rebus oportunis & tali effectui necessarijs. Quod si quis iterum obiiciat: si verum est corpus à Dæmone assumptum, quomodo non semper ab omnibus videtur? Aliquãdo in loco torturæ Dæmonẽ videtur à malefico, aut saga, ita vt ei signum det, ne confiteatur: Aut etiam in itinere concomitatur, & alij assistentes non vident, Respondetur, huiusmodi apparitiones dupliciter fieri possunt: aut solum in imaginatione & visione, vt in prophetis constat, quibus solis visio fiebat. Daniel. 10. Vidi aut ego solus visione aut in corpore assumpto. Quod si spiritus in corpore assumpto appareat, est in eius potestate, vt ab vno, vel pluribus longè vel propè videatur. Quia eandem potestatem, quam animæ beatorum super corpora propria glorificata habebunt, habent & angeli mali in corpora ab eis assumpta. Anima autem beata talem potestatem habet in corpore suo, vt appareat vni vel pluribus, & non ab alijs videatur, vt patet exemplo Christi, Actorum 9. quando Saulo apparebat in via, quem Saulus videbat. Viri autem, qui comitabantur, stabant stupefacti audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Sic respondet Iosephus Angles in florib. Theol. qq. in 2. sent. part. 1. q. vnica de Dæmonib. Quomodo angelus vni appareat & non alteri: audiatur

ab vno

ab vno, non ab alio licet astante, Respondit Albert. in lib. de quatuor coæuis, & super potentia lib. Quod vnus percipit voces apparentis, non alius, ideo est, quia locutio la extat mirabilis. Quemadmodum enim profertur per materialia organa secundum naturam: ita nec circulariter immutatur, sicut vox naturalis. Huius etiam causa est, quia locutio angeli fit conuersione & ordine ad eum, cui loquitur, idcirco non sonat nisi apud illum. Idem de apparitionibus dicendum. Richard. in 2. d. 8. magis Philosophicam reddit rationem. Diabolus potest facere, vt res quæ præsens est, lateat visum, operando extra corpus nostrum. Quia vt asserit Damascenus lib. 2. visus videt secundum lineas rectas, quæ à visibili procedentes, tendunt in conum, atq; constituunt angelum in loci iudicij virtutis visuæ. Propter quod idem visibile non videtur per easdem lineas à duobus hominibus iuxta se positis, nec à duobus oculis eiusdem hominis. Diabolus autem potest aliquam in medio facere dispositionem quæ lateat visum, impediensq; transitum linearum à visibilibus diffusarum. Cumque talem facit dispositionem oppositam lineamentibus ad oculum alium, videbit idem homo oculo vno, quod videre non poterit oculo alio. Simili modo poterit facere, quod id quod videtur, ab homine vno, non vide-

tur ab alio homine attestante, & item quod duorum visibilibus iuxta se positorum homo videat vnum, non aliud. Si quis obijciat, quod secundum Philosophum sensus proprium semper est, & quod potentia circa proprium obiectum non erret, & quod sensibile proprium est per se notum, ergò visus nõ decipitur circa suum obiectum. Respondetur: hoc verum est per se, nisi fiat aliqua corruptio circa organum: aut ponatur impedimentum in medio, aut ex parte obiecti, vt contingit in prestigijs, Dæmonum illusionibus & apparitionibus.

NUNC PAVLO LATIVS ALIQUA MONENDA, QUAE IN dubium venire possunt circa apparitiones in hac materia.

Primum dubium. *An animæ defunctorum appareant etiam, & immisceant se operibus magorum aut Maleficorum.*

DIFFICULTATEM facere videtur, quia Pythonissa animam Samuelis reuocauit. I Regum cap. 27. Ante resolutionem præcognoscendum est, quod frequenter Dæmones simulant se esse animas mortuorum, ad confirmandum errorem gentilium, qui credebant, quod hominum animæ, qui mortui sunt, Dæmones fiant, vt meminerunt S. Chrysostomus.

folio. homil. 29. in Matth. S. Augusti. lib. de Ciuitate Dei cap. 11. S. Thom. 1. part. q. 1. art. 4. ad 2. Et Iamblichus in lib. de misterio commemorat opinionem Porphyrij, dicitis omnia vaticinia nobis infundi à malis demonibus, quorum natura sit subdola oniformisque atque versatilis, qui Deos & Iames Dæmones & animas defunctorum mulent, vt hac fallacia nobis occurrentes sagia præbeant. Fuerunt & alij illius erroris quod crederent se artibus magicis & diabolicis posse animas ab inferis, aut alias reuocare, vt se præberent oculis humanis vident, loquerentur, aut futura prædicerent. Cuius rei meminerunt Lactant. lib. 7. diuinarum institut. cap. 13. Tertullian. in lib. anima, & alij. Hinc apud Plutarchum in vita Cimonis, Magus consulitur pro reuocatione animæ defunctæ.

Ferunt, inquit, fæminam quandam Iamblichum Cleonice nomine, clarissimo genere ortam, à Pausania in libidinem accersitam parentes vero vj pauoreq; consternatos, per eam sibi virginem prostituisse. Hanc Pausania domum nocte obscura ingressam, subito ab his, qui thalami foribus præerant, thalamine, silentio ad cubile accedentem incaute cepitasse euerfamque lucernam cum stratu sopitum iam Pausaniam excitasse. Iam stratum stilibus se infidijs circumuentum arbitrat

stricto gladio inscius in virginem ruens, eam confodit. Cleonices deinde manes omnem Pausaniæ quietem adimere atque turbare, eiusque vmbra frequenter sibi per somnium visa iratè dicitare Heroicum illud. Is iuritate pœna vocat, mortalibus horror. His ita gestis cum indignitate sceleris, tum virginis pietate concitati in Pausaniam socij illum, sollicitante Cimone, Byzantij obsident: eumque mox vrbe deijciunt. Is tunc inde defugiens virgineis manibus admodum vexatus in Heracleam ad Necromanticum se oraculum contulit: vbi reuocata Cleonices anima, supplex infelice virginis iram lenire nitetur. Quæ in conspectum adueniens, confestim inquit, his malum liberatum fore, cum in Spartana vrbe constiterit. Ea sermonis ambiguitate visa est hominis mortem prædixisse. Multi profecto hanc rerum scriptores historiam tradidere. Sic Plutarchus, pro resolutione huius dubij sit his præmissis.

Prima Conclusio. *Sine dubio anime beatorum non se immiscet operibus magorum aut Maleficorum.*

QVIA cum sint in manu Dei, iuxta illud Sapient. c. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt, nec tanget illos tormentum malitiæ: ad inuocatio-

uocationem & incantationem magorum, maleficorum non egrediuntur, nec in magno subsunt imperio Dæmonum, quorum opera Magi vtuntur in suis operibus. Egrediuntur tamen animæ beatæ aliquando liberè ex propria volûtate, & particulari permissione diuina, ob causas salutem humanam promouentes. Exempla refert S. Gregorius in 4. Dialogorum. Prædictam Conclusionem docet S. Chrysoft. loco citato.

Secunda Conclusio. *Anima in purgatorio commorantes etiam non egrediuntur, vt se immisceant operibus magorum & Maleficorum,*

QUIA non est in eorum potestate egredi cum diuina voluntate & potestate eadem in pœnam suorum peccatorum deueniantur: Et cum sint in charitate, suam voluntatem diuino beneplacito conformant, nec tam peruersis operibus, quæ etiam in vobis detestatæ sunt, desiderant interesse. Si tamen quandoque animæ purgatorij permittuntur exire, ex speciali Dei dispensatione, id fit ad petendum viuorum suffragia, aut ad procurandum aliquod humanum bonum.

Tertia Conclusio. *Anima damnata, & in inferno existentes, neq; se immisc*

miscere operibus magorum & maleficorum possunt, neque hominibus prodesse, aut obesse.

TALES enim animæ perpetuo carceri sunt mancipatæ, neq; vlla arte magica euocari possunt, vt patet ex illo Euangelij de diuite Epulone, qui nõ est permissus redire ad mortales, vt fratres proprios salutis admoneret, ne in locum illum tormentorum venirent: quanto magis potestas denegatur redeundi ad scelera & deceptionem hominum? Hæc Conclusio est S. Chryf. & S. Thomæ loco citato, Francil. Victoriæ in relect. de arte magica num. 17. Iosephi Angles in Florib. in 2. in q. de eadem materia art. 2. difficul. 6. Ex dictis elicitur, quod si quando legantur, aut referantur fuisse apparitiones mortuorum, aut falsa sint: aut si veræ sint, fiant à Dæmonibus, qui frequenter simulant se animas mortuorum, ad confirmandum errorem gentilium, qui hoc credebant, vt DD. citati attestantur. Ad illud de Samuele respondet S. Thom. 1. part. q. 83. art. 8. ad 2. & 2. 2. q. 95. art. 4. ad 2. iuxta sententiam August. lib. 2. ad Simplianum q. 3. quod non est absurdum credere, aliqua dispensatione permissum fuisse, vt non dominante arte magica, vel potentia, sed dispensatione occulta, quæ Pythonissam & Saulê latebat, se ostenderet spiritus iusti aspectibus

Luc. 16.

Gibus regis, diuina eum sententia per-
 rus: vel non spiritus Samuelis à requele
 citatus est, sed aliquod phantasma, & illi
 imaginaria Diaboli machinationibus
 quam scriptura Samuëlem vocat, sicut fo
 imagines rerum suarum nominibus app
 ri. August. lib. de cura pro mortuis agen
 15. & in lib. 8. qq. ad Dulcitiū vtrunq; q
 sensum lectioni conformē probat, sicut
 ad Simplician. At in lib. qq. veteris & nou
 stamenti q. 27. videtur sensum cap. Ne
 rum 26. q. 5. apprehendere. Tertullian
 de anima, & Cyril. de adorat. spiritū.
 helm. Parisien. in 1. part. 2. principalis de
 uerso cap. 80. in fine. & Turrecr. in d. c.
 mirum. putant fuisse phantasma, secun
 posteriorem sensum. Sotus li. 8. de iustit
 iure q. 3. art. 2. Alphonf. Castrenf. li. 1. de
 hæret. punitione cap. 14. & alij alibi vtru
 sensum etiam amplectuntur cum S. Tho
 August. locis cit. Hoc tamen annotauit
 cum Alphonfo, quod si quis cum sensum
 plecti velit, ita vt intelligatur anima Sa
 lis ex Dei permissione reuocata, cauere de
 ne credat, aut suspicetur animā illam pro
 corpori, aut alteri restitutam, vt eam im
 mauerit, sicut antea, ita vt verus homo
 cōpositus ex sua materia & forma inform
 te. Talem enim coniunctionē non potest
 mon efficere ex viribus suis etiam Deo

mittente. Fuit ergo talis forma non vnita per
 informationē, sed solum assiltens, vt motrix
 illius. Nisi velimus dicere, talem animā cum
 corpore vnionem factam ab eo, qui quatri
 duanum Lazarum resuscitauit à mortuis.

DVBIVM SECVNDVM.

*Quid iudicandum de apparitionibus
 nocturnis, tumultibus aut spectris mole
 stantibus certis aedibus, aut locis? An huius
 modi vexationes referenda in Damones,
 aut magos & maleficos?*

QVANTVM ad talium rerum veritatem
 quod aliquando contingant, nemo sa
 mentis dubitare potest, nisi velit sensus &
 Doctissimorum virorum auctoritatem con
 temnere, vt ex sequentibus clarum euadet.

*Prima Conclusio. Certissimum est,
 huiusmodi illusiones, & nocturnas in domi
 bus vexationes non fieri à bonis spiritibus,
 quos nos angelos vocamus.*

QVONIAM hi sunt deputati in hominū
 salutem & custodiam, & non ad illusio
 nem & deceptionem; & indignum est beatis
 spiritibus, tam vilibus & nugatorijs operibus
 vacare.

*Secunda Concl. Ab animabus pur
 gatorij*

gatorij & damnatis non sunt huiusmodi delusiones, & vexationes.

QUIA, vt ex dictis manifestum est, possunt exire, nisi ex speciali Dei missione & ad aliquem finem bonum.

Tertia Conclusio. Huiusmodi delusiones & nocturni tumultus quandoq; sunt fieri magorum, aut Maleficorum opera.

PROBATVREX illa regula Theologorum Quæcunque possunt Dæmones, possunt etiam magi & malefici eorum opera. At Dæmones posse huiusmodi tumultus excitare nemo dubitat, & infra latius patebit. idem facit quod refertur in collationibus Iosophorum, qui magicis artibus inertem fortitudinem & sæuam nequitiam Dæmones frequenter experti erant. Hi despicientes Anthonium, velut Christianum hominem imperitum sine literis, volentes eum de circumuentione Dæmonum perturbare, ritus ei nequissimos immiserunt ad impugnationem. Cumque illo nunc quidem impugnantem pectori suo, frontiq; signaculum cubante, ne approximare quidem dirigerentur.

Dæmones eidem prorsus auerent: atque ad illos, qui eos direxerant, absque vilo reuertentur effectu: & alios in nequitia vehementiores, rursus immitterent: itidemq; ipsis incassum suas expendentibus vires atq; inaniter redeuntibus: potentiores nihilominus aduersus militem Christi victorem iterum destinati, nihil penitus præualerent: eodem proferunt tales tantaq; eorum insidiæ tota arte magica qualitæ, vt per hæc euidentissimè comprobarent, magnam professioni Christianorum inesse virtutem. Vnde non est dubitandum, quandoq; ope magorum posse fieri perturbationes & tumultus nocturnos, quando Deo disponente non amplius possunt hominibus nocere.

Quarta Conclusio. Talia spectra, delusiones, tumultus & perturbationes nocturnæ ut plurimum fiunt à Dæmonibus.

Conclusio constabit ex dicendis.

Quinta Conclusio. Hæc spectra, delusiones, & nocturni tumultus in certis quibusdam locis cõtingunt, & non in alijs, & ita plerunque loca & non personas sequuntur.

HANC Conclusionem tradit Didacus Couarru. clarissimus Iurisconsultus lib. 4.

variarum resolutionū cap. 6. Probatur C^onam malignus spiritus erubuit, & eandem
 cluf. D. Gregor. li. 3. Dialogorū cap. 4. re^oomum ad exhibenda monstra, quæ con-
 quod cum Datus Mediolanen. Episc^oauerat, vltius non intrauit. Et postmo-
 causa fidei exactus ad Cōstantinopolitanum domus fidelium habitaculum facta est,
 urbem pergeret, Corinthum deuenit. Quia dum eam vnus veraciter fidelis ingref-
 dum largam domum ad hospitandum quis est, ab ea protinus mendax spiritus atque
 reret, & vix inueniret, aspexit eminus dom^o fidelis abscisit. Haud diūsimile exem-
 congruentis magnitudinis, eamq; sibi præsum narrat Alexander, ab Alexandro Iurif-
 rari ad habitandum iussit. Et cum incoler^oconsultus Neapolitanus libr. quintò Geni-
 ci dicerent, eum in ea habitare non posse, quum dierum capit. 23. Nota & vulgata res
 iam multis annis eam Diabolus inhabitat, ait, ædes qualdam Romæ, quas ego inco-
 & ideo eam vacuam remansisse: Episc^oui, euidentissimis ostentis ita infames, vt ne-
 Datus respondit. Ideò hospitari in domo illas incolere ausus fuerit, quin assiduis
 eadem debemus: si hanc spiritus malignus umbrarum illusionibus, & tetrīs imagini-
 uasit, & ab ea hominū habitationem repul-
 sus, noctibus fere singulis inquietentur, in
 Eam sibi parari præcepit, securusque antiochibus præter nocturnos tumultus, quos
 hostis certamina toleraturus intrauit. medio ferè noctis silentio audiebamus, &
 que intempestæ noctis silentio, viro horrendos fremitus cum eialatu, stridulo-
 quiescente, hostis immensis vocibus, magis que vocis sono, quibus lachrymari, & tre-
 que clamoribus cepit imitari rugitus inere videbatur, speciem hominis squali-
 num, balatus pecorum, sibilos serpentum, da facie, vultu minaci, nigro corpore, &
 porcorum stridores. Tunc Datus bestiam spectu formidabili, nomen suum exprimen-
 vocibus excitatus contra hostē magnis rem, & opem implorantem cernebamus.
 vocibus clamare, dicens: Bene tibi contine^oSed ne quis hoc fabulosum, aut commen-
 miser. Tu ille es, qui dixisti. Ponam sed titium putet, auctor est NICOLAVS Tu-
 meam ad Aquilonem: & ero similis alibi, vir multæ & expertæ fidei, qui cum
 mo. Ecce per superbiam tuam porcis, & serci explorandæ gratia cum nonnullis doctis
 cibus similis factus es, & qui imitari Dem^ouuenibus, prima facie ad nos aduentas-
 indigne voluisti: Ecce vt dignus es, bellent, cupido incesit animo, hæc quæ à me
 imitaris. Ad quam eius vocem deiectione promebantur, verò testimonio experiri;

& an vera essent, intueri. Et ne quid in-
 tum relinquerent, noctem peruigilem
 mecum, vt rem notam exploratamq; ha-
 rent, neq; eos opinio sefellit. Nam cum
 censis luminibus peruigiles flarent, huius
 procul hæc species dira, terribilique faci-
 vultu tetro repræsentata est, quam ipsi
 multuari, & diris nos vocibus agitare
 bant. Cumque omnia clamore & tumu-
 streperent, post multa oculorū ludibria
 tum formidinis pauorisq; intulit, vt ten-
 & trepidi vix mente incolumi satis consue-
 & cum totæ gdes gemitu funesto misceretur
 singulisq; cubiculis pestis illa importuna
 feruaretur, dum propius accederemus, illud
 retrocedere, & querula voce lumen effu-
 cernebamus. Demum cum multū diu
 gemtuata fuisset, haud multò post, vbi
 noctis processit, visio illa omnis dilapsa
 Sed præ cæteris, quæ ibi expertus sum,
 omittam miraculum ingens, quod mihi
 nè vigilantia maiore aliquantò trepidatū
 haud multò post obuenit. Nam cum
 obortis, cubiculi fores obserassem firmam
 iaceremque in lectulo nulla adhuc
 composita, lumine accenso, horribilem
 speciem foris iam tumultuari, & cubiculi
 res manibus pulsare sentiebam. Nec
 post simulachrum illud, opertis additis
 foribus, per cõmissuras & rimas in cubiculo

intromisit: quod sub lectulo meo iacens,
 cum Marcus alumnus & cliens meus, utpote
 qui è conspectu cubabat, tetra & dira facie
 aspiceret, pauore subito cõsternatus, luctu &
 gemitu omnia opplebat, ipsamque intromis-
 sam nõ sine formidine clamabat: Id quod mi-
 cum clausum cubiculi ostium aspicerẽ, vix
 credibile videretur: interim dirum illud si-
 mulachrum, quod sub lectulo iacebat meo,
 manum & brachium portendere, lumenque
 quod iuxta erat, extinguere vidimus: Quo
 extincto, libellus & quicquid rerum erat,
 querula voce misere, ac omnia euertere nõn
 destitit. Mox cum ad tumultum exciti socij,
 se contulissent, lumenq; intromissuri ob-
 seruarentur vestibulo, interim ipsam, opertū
 cubiculi ostium manu aperire & foras effuge-
 re vidimus. Erat enim ipsius species, vt planè
 perspeximus, simulachro hominis nigerrimo
 non ablimilis. Illud utiq; mirum fuerit, di-
 figuram illam, dum no-
 dictum sic luctaretur, cum fores cubiculi re-
 serasset, ab his, qui lumen intromisere, mini-
 mè conspectam: sed cum primum cubiculi
 elapsam ex oculis, ilico discessit
 & in auras euauisse. Plinius l. 7. Epist. Epi-
 stola ad Suram, recenset Athenis domū fuisse
 paciosam, pestilentem tamen, & infamem,
 quod nocte sonus ferri, strepidus vinculorū
 longius primò, deinde proximè reddeban-
 tur,

tur, mox apparebat idolon, senex facie squalore confectus, proluxa barba, horrida capillo, qui cruribus compedes, manibus tenas gerebat, quatrabatq;. Deinde ob terram spectri illius domus ab hominibus relicta fuit. Proscripta tamen extitit publicè, quis emere, aut conducere vellet, Athenoribus philosophus quidem, cui vitia domestica perta erant, eam conduxit. Cumq; nocte lentio animo ad scribendum intento inuicem illam vidisset, minimè territus fuit, eam vocauit, & secutus est, donec in arde domus dilapsa comitè deseruit. Philosophus signū loco posuit, & postero die magistratus adijt, de fossoque eius mandato loco, inueniunt ossa implicita & inserta catenis, quae putrefactū nuda & exesabat spiritus, & sic cepi rem habere suspexerat vinculis, quibus ossibus collectis & publicè sepultis, domus postea ritè condita, nibus, spectris & terroribus liberata extitit, etiam historijs proditū est Tamesiam Londiniam Italiam urbem à genio quodam minime perturbatam, ita ut ciues, quo eam pestem fugerent, sæpè patriam relinquere cogitarent, donec responso Apollinis accepto, plerumque si lumē adferatur, fugit. Occasione spectrorum Dæmonem iussi sunt vnus virginis oratione, quam in templo genio illi dicat, liceat conductoribus à conductis aedibus migrare, tandem Euthymi cuiusdam re, ex eo quod huiusmodi spectris & tumultibus titudine & magnanimitate genius deuotè inquietetur, ita ut nō teneatur soluere mercem urbē reliquit. Hinc natū prouerbiū videtur ab eo tēpore, quo domū inhabitauerunt. Et

conclu-

concludunt licitum esse, & pro hac parte mel atq; iterum iudicatum fuisse in Re-
prætorio Granatensi. Didacus Couarr. loco
citato attestatur.

Sexta Conclusio. *Quare huiusmodi
perturbationes fiant in his locis, & non
illis, ratio certa non semper reddi potest.*

COVARR. loco citato. Quia cum
mones nihil operari possint sine per-
sione particulari Dei, cuius iudicia occu-
sunt multa, iniusta nulla, vt dicit S. Aug.
lib. 18. de Ciuit. Aliquando huiusmodi
mones mittuntur in pœnam peccatorum,
aliquando ad exercitium: Aliquando ob
sam aliquam occultam, quam nimis
inquirere non debemus.

Septima Concl. *Aliquando huius-
modi spiritus & spectra tantum illudunt
& ioculationes exercent sine villo damno
aut saltem magno.*

CONCLUSIO probatur ex collatione
septima cap. 32. vbi diuersa studia
monum explicantur, & dicuntur non
ioculatores, qui certa quæq; loca iugiter
sident, neque tormentis eorum, quos per-
reuntes potuerint decipere, delectentur:
de risu tantummodo & illusionem contem-
fat

fatigare eos potius studeant, quam eis nocere
Guilhel. Parisiensis in 2. par. 2. partis princi-
pali de vniuerso, cap. 8. testatur se vidisse ioculato-
rem, cum quo ludebat quidam ex huius-
modi spiritibus. Permittebat enim eum
intrare lectum, non patiebatur eum quiesce-
re, aut dormire: aut enim tumultu, quem
lapidibus ad parietes allisis, aut vasorum col-
lisione inuicem concitabat, quietem huius-
modi, aut somnium impediēbat: aut raptō
coopertorio, & in linteis ipsum in lecto vexa-
bat: aut extracta vehementer calcitra de lecto
eum detruēbat: & in mediam domum pro-
iciebat, lationem verò nullam aliam ei infe-
rebat. Præterea dicit ad se adductam mulie-
rem, quam spiritus paruis lapidibus petierat,
laciones modicas ei inferendo. His addi po-
test quod Michaël Psellus in lib. de Dæmoni-
bus refert, proprium esse Dæmonum subter-
raneorum lapides in occurrentes iacere, sed
illis irritis.

Octaua Conclusio. *Quidam sunt
spiritus, qui maiorem molestiam Deo per-
mittente hominibus inferunt, grauius
quandoq; lædunt lapides præcidiendo, aut
percutiendo, aut aliqua frangendo.*

CONSTAT Matth. 8. In regione Gerasa-
norum occurrerunt Christo Domino
duo

duo habentes Dæmonia, de monumentis euntes, sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam. Sic spiritus malignus coccinatus quatuor angulos domus Iob. Et in collata multa ad idem probandū adferuntur. Abdias Babiloniæ Episcopus lib. 3. historia Apostolicæ scribit in Nicæa ciuitate, sepelita Dæmonia inter sepulchra delituisse, quæ tereuntes lapidibus impeterent & interirent, quæ eo adueniens D. Andreas à populo rogatus. Præcepit in loca arida & infructuosa abire, neue vlli nocerent.

TERTIVM DVBIVM.

Quomodo Dæmones, cum nec manus nec apta instrumenta habeant, ianua aperiant, claustra referent, lapides projiciunt & corpora moneant?

CERTVM est ex sacris litteris, historica experientia, talia fieri: sed nunc est addendum de modo. Tractant hoc Theologus Thomas quodlibeto 6. art. 2. Ioan. Capreolus in 2. d. 7. q. 2. Durand. ead. d. q. 5. Guillelmus Parisiens. prima part. secundæ principalis 125. de vniuerso & alij alibi.

Dux in hac re sunt sententiæ. Prima Aureoli & aliorum apud Capreolum, sententium in angelis, aut Dæmonibus præcedere intellectum & voluntatem, quandam potestatem

tiam motiuam distinctam, quæ dicitur executiua imperij voluntatis, quæ exequitur motum, quem voluntas imperat. Secunda sententia cõmuniõ S. Thom. Capreoli & aliorum est, quod angelus moueat per imperiũ voluntatis. Quia omne agens operatur per aliquã potentiam. Cum autem in Angelo non sit alia potentia, præter intellectũ & voluntatẽ, oportet vt per vnã istarũ operetur. Sed nõ operatur per intellectũ, cum hæc potentia non sit operariua, sed cognitiua. Neq; etiam Deus ad extra, vt Theol. loquuntur, executiue sciendo operatur, sed volendo: iuxta illud psalm. 113. Omnia quæcũq; voluit fecit. Ergo sequitur, quod per voluntatẽ operatur angelus. Quãuis autem nõ sit alia potentia præter voluntatem, quæ mouendi vim habeat, nõ tamen omnia corpora mobilia ita spiritualis substantiæ voluntati plenè subiiciuntur, vt moueantur quãdo & quomodo libuerit. Hoc enim diuina & omnipotenti voluntati cõpetit, quæ nullis terminis cõcluditur, eũ infinita sit, & sicuti vbiq; est, ita vbiq; operatur pro suo beneplacito. Spiritualis autem creaturæ essentia finita est, & ita etiã eius potẽtia motiua limitata est, nec se extẽdit ad omnia corpora mobilia, sed tantũ in distãtia suæ virtuti pportionata. Requiritur enim cõiunctio, vel vt aliqui dicunt simultas mouentis & mobilis, & quædã quasi assistentia operantis ad operatũ, sicut nauẽ ad nauẽ

S. Thom. in q. de potentia Dei, q. 6. art. 1. dicit, in quamcunque partem voluerint, & allegante Capreolo, asserit sententiam quantumcunq; voluerint: quando potius esse, quod substantiæ separatae moueantur, verisimile est, limitatam esse ac determinatâ, imperio localiter non solû cœlestia, sed etiam vel à natura, vel ab ipso creatore virtutem alia corpora, Deo ordinante & permittente, eorum in ista parte. Nondum enim peruenit Quod si quis obiiciat Articulû Parisiense ad me, aliquam ex huiusmodi substantijs totum qui dicit, quod Angelus moueat corpora tantam terræ molem, motu, qui terræ motus intellectum & voluntatē solum; error indicitur, concussisse, neq; totum mare: licet spondet Darand. quod non est contra particulares huiusmodi cōmotiones eas fecissolum. Quia licet Angelus non habeat alio manifestum sit, ex narrationibus certissimopotentiam motiuam nisi voluntatem, tamen quæ de miraculis Christianorû, apud eos tamen subijcitur voluntati suæ ad actum inueniuntur. Ex libris etiam historicis & uendi, quicquid ei subijcitur, quoad actum magicis multa huiusmodi colligi possint, & volendi: vnde nō potest mouere quæstus saxa enim ingentia, & montes eos prorupisse, res, nec qualitercunque vellet, sed detestabiles tempestates concitasse, nauesq; submersisse, nato modo, secundum gradum & proportionem narrationum huiusmodi scriptores scripserunt de huiusmodi substantijs. In corpora quamuis voluntas non distinguatur realiter, verò cœlestia nullam habere potestatē videndam à potentia motiuâ, ad plura tamen se extendit, neq; aliquid apud me huiusmodi audiendum volendo quam mouendo. Quia actio voluntatis limitatur secundum modum essentiam. Non tamē mihi probatur, quod dictus Guilhelmus sentit de angelo bono, qui propheta Dani. 14. culi Parisiensis, quod voluntas angelica ab acuc arreptum in vertice capitis in Babyfit efficax ad mouendum, quicquid positionem portauit, quando existimat quod preuelle mouere, & qualitercunq; vellet motu virtutem motiuam angelicam adfuerit re, vel in quacunq; distantia, sed requirit noua virtus superaddita creatoris, cuius iustproportio debita inter agens & patiens. In hoc factum narratur. Non enim putat, re rectè Guilhelm. Parisiensis loc. cit. ait, quod capilli capitis tantam vim naturaliter intendo per hoc sic omnia plenè subditi habuerint, vt pondus corporis prophetæ ferquantumlibet magna corpora mouere non potuerint, neq; etiam ipsi capilli adeo tenaciter

citer adhærebant capiti ipsius, vt tanto
& pondere non auulsi essent ab ipso. Ha-
tiones mouent Guilhelmum ad dicendam
virtutem superadditam ibi fuisse. Sed
propter dicta est necessitas ponendi ista
tutem, cum virtus naturalis angelica à
tore indita, sufficiens fuerit ad portandam
prophetâ, & huic doctrinæ concordat textus
scripturæ, cum dicit. Et apprehendit
angelus Domini in vertice eius, & portauit
eum capillo capitis sui, posuitq; eum in
bylonem super lacum in impetu spiritus
ergo non in virtute de nouo addita. Ad-
tina. Iussio Dei nullam vim de nouo im-
fit, aut angelo, aut capillis Abacuc, sed
diuinam voluntatem significauit. Et si-
lus apprehenderit capillis, pondus tam
poris, non ita deprelsit, vt vim capillis
dolorem capiti inferret. Quia licet ad
apprehensio fuerit tantum capillorû, vt
tamen motiua se extendit ad totum corp
His consentit Dionysius Carthusianus in
14. Danielis. Angelus, inquit, in assum-
corpore, se ostendens similitudine manu
præhendit prophetam in vertice capitis,
los capillos, vel vnum duntaxat crinem
tis eius tenuit manu, ad insinuandum, quod
facilè eum ferre potuerit. Virtus autem
lica non tetigit pilos duntaxat, sed totum
bacuc corpus, mouens illud facillimè, cum

angelici spiritus celestia moueant corpora ra-
pidissimo motu: quorum comparatione to-
ta terra est tanquam punctum. Itaq; appre-
hensio Abacuc per capillum, ille capillus non
tulit corporis grauitatem, sed virtus angelica
fluxit in illud, & tulit. (Impetu spiritus sui)
id est, celerrima actione suæ spiritualis po-
tentia.

Octaua Concl. *Secundum prædicta
iudicium sumendum de spiritibus, nocte,
per modum exercitus & bellantium appa-
rentibus, & exercentibus hastiludia, vt
vocant.*

AD huius conclusionis comprobationem
facit, quod in sacris literis legitur etiam
bonos angelos apparuisse in specie exercitus
& pugnantium 4. Regum cap. 6. Cum mini-
ster Elisei vidisset exercitum in circuitu ciuita-
tis, & equos & currus aduersariorum, nuncia-
uit Eliseo dicens. Heu heu Domine mi, quid
faciemus. At ille respondit: Noli timere: plu-
res enim nobiscum sunt, quam cum illis. Curas-
que orasset Eliseus, ait; Domine, Aperi oculos
huius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos
huius, vt videat. Et ecce mons plenus equo-
rum, & curruum igneorum in circuitu Eli-
sei. Iosue 5. Iosue vidit virum stantem contra
se euaginatam tenentem gladium, perrexitq;
ad eum

ad eum, & ait: noster es, an aduersariorum? respondit. Nequaquam, sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio. Vir tenuaginatum gladium erat Angelus Domini. Hoc ergo modo cum boni angeli ad bonum finem quandoq; apparuerint, non est negandum malos etiam quandoq; Deo permittere sub tali forma posse apparere ad malum, quem semper intendunt. Aduertentamen, quod quando arte magica instruunt faciant apparere numerum militum, ut quandoq; narratum est, aut sunt praestigiae, aut demones sub forma militum euocati ex pacto quod Magus habet cum superiori Dæmone, cuius imperio alij subsunt. Nec etiam tauri equites aut milites tam damnabili arte campum ducti vulnerant, aut vulnerant. Quia si nocere possent, ut Guilhel. Parisiensis in parte vltima de vniuerso cap. 22. ait, non turrem, nulla munitio posset homines tuere huiusmodi hostibus, cum nec muro, nec vale quantumq; forti arctari & prohiberi possint, saltem aliqua hora, qua homines dormierint, aliquos iugulassent.

DVBIVM TERTIVM principale.

*Quid remediij esse potest, quando a
quis locus ita molestat, aut vexatur
spiritibus*

spiritibus, an aliqua potestate valeant pelli?

PRAEMISSO eo, quod certissimum est: demonem nihil posse sine permissione Dei, in cuius potestate est eum soluere & ligare, praesens dubium per conclusiones plenius resoluendum erit.

Prima Conclus. Quae remedia valent ad expulsionem Dæmonis à corporibus obsessis, ea etiam prosunt ad expellendum à loco. Quia est par ratio.

Secunda Conclus. Oratio, ieiunium, Eleemosina, & alia penitentiae opera valent ad expellendas huiusmodi molestationes.

CONSTAT. Matth. 17. & Marci. 9. Hoc genus non eijcitur, nisi per orationem & ieiunium. & cap. Si per fortiaras. 33. q. 1.

Tertia Conclus. Sacrificio corporis Christi, quod Ecclesia Catholica ab initio usq; in praesens tempus, Missam vocauit huiusmodi vexationes quandoq; pelli.

EST S. Augustini lib. 22. de Ciuit. cap. 8. Vir tribunitius Hesperius, qui apud nos est, inquit, habet in territorio Fussalenti fundum Cupedi appellatum, vbi cum afflictione

animalium & feruorum suorum, domus
suam spirituum malignorum vim noxi-
perpeti comperisset, rogauit nostros, me-
fente, præsbyteros, vt aliquis eorum illi
geret, cuius orationibus cederent. Perre-
vnus, obtulit ibi sacrificiū Christi, orans
tum potuit, vt cessaret illa vexatio, Deo
protinus miserante, cessauit. Idem conui-
ratio. Non est enim cōuentio lucis ad te-
bras, secundū Pauli sententiā. At in sacrifici-
missæ introducitur lux vera: pellit ergo
cipem tenebrarū. Cum enim fortior illa
perueniens vicerit eum, vniuersa arma
auferet, in quibus cōfidebat. Ad idem con-
mandū facit consuetudo Eccles. cuius me-
nit S. Chrys. hom. 3. de incōprehensibili
natura contra Anomeos, quod agitati De-
nijs tempore missæ adducantur, & hom. 4.
dem eiusdē consuetudinis meminit. Quae
eadē consuetudo adhuc hodiē magna cū-
de & fructu seruatur apud S. Hubertū in
denna, qui locus omnib⁹ dēmonib⁹ terris
est, cum plurimi ibidē expellantur. Tempus
sacri, Energumeni ad Eccles. deferūtur, &
dē relinquūtur, donec sacrificiū absoluantur.

Quarta Conc. *Reliquia sancte p...*
in loco aliquando etiam pellunt tales
scitationes & perturbationes.

AVG vs. lo. ci. Quare subiungit, dicens
Acceperat autē ab amico suo terrā sanctā
de Hierosolymis allatā, vbi sepultus est Chri-

de Hierosolymis allatā, vbi sepultus est Chri-
tus, die tertio resurrexit, eamque suspenderit
in cubiculo suo, ne quid mali etiā ipse patere-
tur. At vbi domus eius ab illa infestatione
purgata est, quid de terra illa fieret, cogitabat:
quā diutius in cubiculo suo reuerentię causa
habere volebat: Fortē accidit vt ego & collega
tunc meus Episc. Synicensis Eccles. Maximi-
nus, in pximo essemus, vt veniremus rogauit,
& venim⁹. Cūque nobis omnia retulisset, etiā
hoc petiuit, vt infoderetur alicubi, atq; ibi o-
rationū locus fieret, vbi etiā possent Christia-
ni ad celebrāda, que Dei sunt, cōgregari. Hęc
August. & Act. 19. sudaria & semicinctia Pau-
lō posita super languidos, spiritus nequā pelle-
bant. S. Chrys. in lib. cōtra gētiles de vita S. Ba-
bylē martyris & Antiocheni Episc. post multa,
ait. Ea est enim sanctorū potestas, vt illorū su-
perstitū dēmones, ne umbras quidē, aut vestes
terre possint, vita autē sanctorū loculos qui-
dem reformidant. Ad idē propositum adfert
S. Hieron. in hom. 66. ad populū Antiochenum. & in
serm. in adorationē venerabiliū catenarum &
ceterarū S. Apostol. principis, Petri & in serm. de
virtutibus & vitijs. Hieron. contra Vigilā-
tium sacrarum reliquiarum hostem. Grego-
rius Nazianze. orat. in laudem S. Cypr. martyris.
Huc referri potest quod historiarū scriptores
narrant, q̄ cum Iulianus apud Pythium Da-
phniaum responsa peteret de Parthici belli

victoria, Dæmon responsa dare nequibat. Sacerdotes Dæmonis silentij causam reddunt. Babylæ martyris sepulchrum prope assilum & idèd responsa non reddi. Sic Iulianus in corpore transferri. Huius historiarum meminerunt, Eusebius lib. 10. historiarum Ecclesiasticarum cap. 35. Tripartita lib. 6. cap. 31. Theodoretus 3. cap. 11.

Quinta Conclusio. Exorcismis sine oratione Dæmones etiam effugantur & expelluntur.

EXorcizare autem nihil aliud est, secundum Augustinum lib. 1. de vita beata, quam per uiam uirtutem immundum spiritum adferendo expellere. Probatur Conclusio Lucæ discipuli septuaginta duo à prædicatione uersi, cum gaudio Saluatori dixerunt; in nomine, etiam Dæmonia subijciuntur nobis. hoc etiam Christus Marci ultimo promissum futurum. In nomine meo Dæmonia eiicientur. Luc. 11. Si ego in digito Dei eiicio Dæmonia filij vestri, in quo eiicientur? & Actor. 19. hoc determinatur in cap. Si per fortiaras. 33. Augustinus lib. 10. de Ciuit. ca. 22. statim à principio. Vera pietate homines Dei, aëream testatam inimicam contrariamq; pietatis exorcizando eiicient, nõ placando, omnes uisiones aduersitatesque eius vincunt, et

orando ipsam, sed suum Deum aduersus ipsam. Non enim aliquem vincit, aut subiugat, nisi societate peccati. In eius ergo nomine vincitur, qui hominem assumpsit, egitq; sine peccato, ut in ipso sacerdote & sacrificio fieret remissio peccatorum, id est, per mediatorem Dei & hominũ, hominem Christum Iesum. Atq; hoc est quod in euangelio dictum, in nomine meo dæmonia eiicient. Sic legitur Ioannem Euangelistam Dæmonem è Diana templo, qui iam ducentis & quadraginta nouem annis ibi habitauerat, propulsa, his uerbis. Interdico tibi in nomine Iesu Christi Nazareni, ne ultra hic habites: & confestim reliquit locum. Lactantius lib. 2. de errorum origine, cap. 16. exorcismi & adiurationis in nomine Dei uiui in expellendis dæmonibus fatetur. De exorcismo autem, qui baptismo præmittitur, scribunt sancti patres Augustinus lib. 2. de nuptijs & concupisc. cap. 18. & 29. & lib. 4. de Symbolo ad catechumenos, cap. 1. Chrysostomus in homil. de Adam & Eua, Dionysius c. 2. Ecclesiasticæ hierarchiæ. Rabanus lib. 2. de institutione clericorum cap. 27. Isidorus lib. 2. de officijs Ecclesiarum cap. 20. S. Thomas 3. part. q. 71 art. 2. & 3. & alij alibi.

Sexta Conclusio. Verba exorcismorum non habent ita infallibilem vim & efficaciam ad cogendum & arcendum Dæmones

mones, vt semper suum effectum consequantur.

RATIO esse potest: Quia verba & signa ex sua natura non habent talem efficaciam, sed virtute diuina, Deus autem lege ordinaria non alligauit potestatem suam ita sacramentalibus, vt infallibiliter operentur, sed operantur ad gloriam suam, & vtilitatem credentium, Matth. 17. & Marc. 9. Accesserunt discipuli ad Iesum secretò, & dixerunt: quare nos non potuimus eicere illud? Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem vestram, &c. Et Acto. 19. Quidam de Iudeis exorcistis inuocabant super eos, qui habebant malos spiritus nomē Domini Iesu, dicentes. Adiuro vos per Iesum, quem Paulus prædicauit. Respondens autem spiritus nequam, dixit eis. Iesum noui & Paulum scio, Vos autem qui estis? Et insiliens in eos homo, in quo erat Dæmonium. Super hac conclusione videndus Victoria in relectione de arte magica.

Septima Conclus. Quod exorcismi non consequantur suam vim quandoq; prouenit ex mala dispositione & defectu fidei in exorcizante, quandoque ex praua affectione Dæmonium sustinentis.

Hanc

HANC conclusionem docent Petrus Cluniacensis li. 2. de miraculis cap. 6. & cap. 14. & 16. Doctores mallei maleficarum 2. par. q. 2. cap. 6. Iosephus Angles in q. de arte magica diffi. 5. dub. 5. & alij alib. Prima pars constat ex locis scripturæ in sexta conclusione citatis. Secunda probatur. Matthæi. 19 increpauit Saluator incredulitatem offerentium lunaticum. Et redditur ratio Conclusionis à Petro Cluniacens. Tabes latente interius, vnguenta exhibita extrinsecus nihil proficere possunt. Tabes hic dicitur peccatum mortale. Quod quàm diu in latebris conscientie latuerit, nullius exterioris sacramenti perceptio effectum consequitur.

Octaua Conclusio. Interdum permittit Deus Dæmonem operari.

AD exercitium honorum, vt in fide confirmantur, & in virtute patientie confortentur, ne grauius iudicium sustinere cogantur. Augustinus tractat. 7. in Ioannem. Hinc non voluntas eius, cuius potestas in bonos datur, sed eius voluntas, à quo hæc potestas confertur, charissima esse debet. Occulta sunt etiam quandoque iudicia in his operibus.

Nona Concl. Ab angelis bonis etiam quandoq; coguntur Dæmones.

Victo

VICTORIA in Relectione de arte Magico num. 22. Quia angeli boni virtute diuina preualent, & Angeli ex superioribus etiam potestate naturali vincunt multos Dæmones inferiores. Quare vt S. Thomas tradit in qq. de potentia Dei q. 6. ad ordinem potestatum spectat, Dæmones cogere. Et hoc pacto angeli tutelares & custodes non raro arcent dæmones à suis clientibus: & præfides prouinciarum frequenter impediunt: ne nocumenta inferant certis locis in agris & fructibus, & alijs bonis.

Decima Concl. *Magi virtute diabolica possunt aliquando Dæmones cogere & è suis sedibus pellere.*

CONSTAT Conclusio, Dæmones Deo permittente possunt, vt apertum est ex illa calumnia Iudæorum. Luc. II. In Beelzebub principe Dæmoniorum eiecit Dæmonia. Hæc autem coactio Magorum, non ascribenda est, virtuti alicui naturali, aut verbis Magi quia verba huiusmodi, & signa cum sint de genere rerum inferiorum, non habent vllam potestatem in Dæmonem, cui nulla potestas in terris potest comparari. Magi autem sic cogunt, quando habent fœdus & pactum cum superiori Dæmone, qui fortitudine & naturali virtute vincit inferiorem. Ad imperium fortio-

fortioris inferiori morem gerit & locum relinquat. Sic Lucianus in Dialogo Philopseude narrat Corinthi domum quandam habuisse Eubatidem, in qua nemo auderet habitare ex ea causa, quod habitatores spectris quibusdam territi à Dæmone quodam ita molestarentur, vt eam præ nimio terrore & periculo ingredi non fuerint ausi, donec Arignotus quidam Platonicus Magicis, & Aegyptijs quibusdam carminibus Dæmonem illud in locum quendam detruferit; à quo primùm exierat. Arignotum varijs imaginibus territare conatus, quandoque vt canis, nunc vt Leo, vel taurus ipsum inuadens, quo quidem loco die sequenti defosso corpus hominis mortui repertum est, eoq; alibi sepulto domus illa libera deinde ab huiusmodi elusionibus permansit. Hic dubium resolui potest.

An Dæmones à corporibus obsessis, vel à vexatione possint propelli virtute melodie, herbae alicuius, aut lapidum?

TRACTANT Nicolaus Lyranus in ca. 16. primi Regum. Paulus Burgen. ibidem in additionibus, Ioan. à Turrecremata d. I. can. Voluissent. §. Deniq; vt perspicue. Guilhelmus Parisiensis in 2. par. par. 2. Principalis de vniuerso, c. 20. Ioseph. Angles in q. de arte magica diff. 8. & alij alibi. Pro resolutione fit. Vndeci-

Vndecima Concl. *Dæmon non potest à corporibus obsessis expelli, aut à vexatione excludi melodia, herba aliqua, aut lapidis alteriusve rei sensibilis virtute.*

RATIO est, Dæmon est substantia separata à materia & corpore, eiusq; potestas altior & fortior est omni corpore. Minor autem potestas non habet vim agendi in superiorem. Quare nulla res sensibilis & corporalis virtute sibi à natura indita potest cogere Dæmones. Hanc conclusionem tenent Lyrannus, Turrecrem. Iosephus Angles loc. citatus Pelbartus in aureo Rosario Theologiæ in verbo Dæmones 4. §. 83. Albert. super Luca. Quod verò Richardus de media villa in q. 3. q. 8. existimat tam parvam posse contingere Dæmonis afflictionem, tantamq; esse lapidis, aut herbæ virtutem, vt non solum mitigare, sed profus etiam tollere possit Dæmonis afflictionem: Id verù puto, si intelligatur de vexatione exterius impugnantis, & nõ obfidentis. Si enim mania, aut melancholia, contingere potest, impugnantis, aut vexantis malitiam promoueat, si naturalibus medicis talis indispositio tollatur, non est absurdum, quod etiam omnino possit cessare vexatio.

Duodecima Concl. *Melodia, herba, lapis, aut aliqua res sensibiles possunt Dæmonem*

Dæmonis vexationes indirectè mitigare, & leuiiores reddere, ita vt vexati eas minus sentiant.

HÆC Concl. est cõmunis DD. citator. Hoc autè non est difficile. Dæmon tanquam peritissimus medicus corporum completiones perspicit, & eis perspectis cõuenientes vexationes obijcit. Reperit aliquè mania, aut abundantia melancholia laborare, eum inuadit: cum homines talis complexionis apti sint ad vexationem. Si ergò naturalia remediã adhibeantur, quæ cõplexionem superantè ritè disponant, & ad æqualitatè reducant, mitigabitur vexatio, non quidè ex parte Dæmonis vexantis, cum nõ sit modus naturalis agendi in eum, sed ex parte dispositionis subiecti. Si cogitationes dissipentur, & abstrahantur aliqua dulci melodia, nõ sentitur in tanto gradu afflictio, ac quando sensatio sibi presens est, sic etiã si purgationib; & medicinis sanguis purgetur, aut cerebrũ confortetur, nõ est dubiũ, quin fiat aliqua alleuiatio. Dæmon enim cum nõ informet corpus, quod obsidet, nõ est totus in toto, quemadmodũ anima rationalis, sed in determinata corporis parte: nũc in collo, q; mirabiliter torquet, nunc in venis, quas motione spirituum & humorum extendit, nunc in cerebro, q; aut debilitat spiritibus viã intercludèdo subtilitate suę potentie, aut planè perturbat phantasiã imitando. Si ergò

corpore

corpore afflicto remedia ex medicorum a
 præscripta adhibeantur, afflictio minuitur
 Ex dictis intelligitur, quod in Euangelio
 Dæmoniis Lunaticis refertur: Secundum
 variam lunæ dispositionem magis vel minus
 vexantur. Quoniam motus lunæ agit in
 midum cerebrum. Quidam enim tempore
 crescentis lunæ magis vexantur: Alij de
 scente luna. Dæmon enim obseruat oportu-
 nam tentandi occasionem. Ait S. Hieron.
 Matth. 4. Demones obseruantes lunaria ten-
 pora cupiebant creaturâ infamare, vt in cre-
 torem blasphemiam redundarent. Ad eandem
 expositionem accedit Origen. in Matth. 17.
 tract. 3. Scripturæ loca, quæ prædictis vide-
 tur cõtraria, sic soluenda sunt. 1. Reg. 6. Quan-
 docunq; spiritus Domini malus Saul arripie-
 bat, Dauid tollebat citharam, & percutiebat
 manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius ha-
 bebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus.
 Non enim expulsio Dæmonis fiebat virtute
 melodiæ, sed potestate diuina immediate,
 mediantibus angelis sanctis, ob meritum Da-
 uidis, qui laudes diuinas pro salute Saul in-
 thara canebat. Sic etiam Tobia 6. de lecto
 piscis posito super carbones legitur. Non
 nim fumus iecoris expulit Dæmonem, sed
 meritum orationis Tobia, quod per fumum
 significabatur, & Angeli Raphaelis virtus.
 vltima conclusione à contrario infertur, De-

Math. 4.
 & 17.

monem posse etiam aliquando in homine
 virtute lapidum, aut herbarum, Deo permit-
 tente, tentationes accendere & efficere. Quia
 cum dispositione tentati cognoscat potest
 per contactum lapidum, aut herbarum, in
 quibus magna virtus est, quam perspicacis-
 sime nouit, tentationi fomenta præstare, sicut
 enim de Smaragdo & Topazio dicitur, quod
 libidinis ardorem mitigent. Ita fortasse à con-
 trario erit alius lapis, qui æstum libidinis au-
 geat. sic tradunt Alphons. Castren. lib. 14.
 contra hæreses, in verbo. Tentatio. & Ioseph.
 Angles in q. vnica de Dæmonibus. 1. par. in
 sent. art. 6. dub. 2.

DVBIVM QVARTVM.

*Quid sentiendum de apparitionibus,
 & mirabilibus operationibus aliquando
 contingentibus circa corpora mortuorum?*

SUNT autem huiusmodi apparitiones, ex-
 empligratia: Conseruatio corporum ab
 incineratione post mortem, augmentum vn-
 guium, & barbæ, & capillorum in mortuis,
 emanatio sanguinis de corpore occisi ad oc-
 uloris presentiam, Exhumatio corporum, &c.
 Huiusmodi enim mirabilia referenda
 sunt in Deum, aut spiritum, aut hominem
 cuiusmodi naturam rebus inditam.

mona

H Prima

CONSTAT Conclusio. Hoc enim in
ces Italiae, Galliae & Germaniae omni
pore obseruarunt, & confessions sunt liq
dae, & oculari inspectione verum esse con
pertum est, vt alibi latius tractabitur. Ex
mant enim corpora, & eis ad nefanda sceler
abutuntur. Sic Jacob. Cuiacius Iuriscōsul
ait, Rubricam de sepulchro violat. Statim
C. subiungi post titulū de maleficis & ma
eo quod malefici saepe sepulchra violent,
abutantur corporibus mortuorum.

*Octaua Conclusio. Emanatio san
guinis occisi ad praesentiam occisoris vi
tur soli diuino miraculo in horrorem &
testationem tanti criminis tribuenda.*

GENESIS. 4. de sanguine Abelis dicit
minus ad Cain. Vox sanguinis fratris
clamar ad me. Iuris periti ita verum hoc
tuunt quod cadauer occisi emittat sanguin
coram occisore, vt ponant indicatiū sufficien
ad torturam. Boërius in decisione 166. Par
de puteo in tractatu Syndicatus in verbo
Tortura. cap. An fletur dicto torti. Alleg
ad hoc illud Apocal. Posthæc vidi animas in
terfectorum, clamantes ad Deum & dicente
vique quo Domine nō das iudicium, & vin
dicas sanguinem nostrum de interfectoribus
nostris, Menochius lib. 2. de arbitrarijs Iudic

99. ca.

99. ca. 270. & Boërius plures auctoritates &
experientias adducunt. Marcellus in practica
riminal. §. Diligenter. num. 181. videtur cau
sam referre in diuinationes & incantationes,
cum ait. Ex istis diuinationibus & incanta
mentis saepe animus hominis inclinatur &
inducitur ad credendum aliquid esse, vel nō
esse: & sic ait. Memini me alias tempore iu
uentutis meae vidisse rem mirabilem & stu
pendam, dum eram gubernator ciuitatis Al
binganæ in partibus lanuensium ultra Saou
nam per 30. miliaria. Nam fuerat mortuus
quidam homo nocturno tempore & nescie
batur à quo: Attamen multi erant suspecti
de morte sua, & quidem homo senex dixit
mihī: Domine gubernator, si vultis scire veri
tatem huius homicidij, faciatis coram vobis
portare cadauer illius mortui, postea faciatis
vocare illos, qui sunt suspecti de illo homici
dio, & veniat vnus post alium, vbi est cadauer
illud, tunc cum superuenit verus homici
da, vulnera ipsius fluent sanguine de nouo:
Quo audito feci coram me portare illud ca
dauer, & feci vocare illos suspectos de vno in
vnum, & cum superuenit verus homicida,
vulnera illius cadaueris inceperunt effluere,
& emittere sanguinem, de quo sum mē sui ad
miratus: Attamen nihil dixi non praestans fi
dem tali rei, quæ nullibi probatur: Attamen
ex post per plures dies reperta sunt indicia

H 3

sufficien-

sufficiencia ad torturam contra illum verum reum, quem capi feci: qui habita copia indiciorum, absque tortura confessus fuit se occidisse illum hominem, &c. Dicit autem Boërius de Hippolito Martilio, quod hoc indicium in exemplo relato nullibi dicit probari, eo forte quia Doctores non vidit. Multi autem Doctores sunt pro hoc indicio, quod refert Boërius. Causa autem non videtur nisi referri posse in diuinam dispositionem iuxta Conclusionem positam, quam approbat Iosephus loc. citat.

An male. 13. Præludium. Cum in hoc peccatis illata concurrant homicidia, cades animalium & damna in temporalibus, aliæque iniustitia species, nascitur obligatio restitutionis, quam Reus facere tenetur, si potest & eius rei confessarius eum admonere debet.

Hoc præludium resoluitur ex eis, quod Doctor Nauarrus in manuali confessionum cap. 15. num. 25. Interrogatus à quodam Patre Illustrissimi ordinis Societ. Iesu Respondet: An homicida, latro, aut alius reus, quem Iudex puniuit, teneatur ad soluendum damnum, quod parti intulit: & respondet, quod teneatur. Quia lex naturalis & diuina obligat ad restituendum dam-

num parti: antequam à iudice puniantur. Et illa punitio, quæ in vindictam publicam irrogatur, est compensatio iniuriæ reipublicæ illatæ, cap. Vt famæ. de sentent. excommun. l. Ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. quæ non liberat à debito, quo parti tenetur. Quia qui duobus res diuersas debet non liberatur soluendo vni, quod ei debet à debito alterius. Ex quo sequitur, quod hæredes eius, qui decollatus est, aut incineratus per sententiam, si bona defuncti ad eos peruenerunt, obligentur ad refarciendū damnum parti illatū, sicut ad alia debita. Imò & Fiscus, si boni confiscata fuerint, tenetur prius satisfacere de damno dato l. Non possunt. Et l. In summa. de iure Fisci. Confirmo latius dictam doctrinam, cap. In literis, secundum cōmunem DD. sententiam, & textum clarū, de Raptoribus & incendiarijs, statuitur vt incendiario mortuo, cōpellantur eius hæredes satisfacere damnis datis per incendiū, aut alio modo, contra iustitiam. Ad idem propositū est cap. fin. de sepult. His accedit communis opinio Canonistarum tenentium, hæredes ex delicto defuncti teneri ad damni illati compensationem. Communem attestantur Panormit. in d. cap. In literis & cap. fin. de sepult. Aretin. in Rubr. ff. de acquir. hæredit. Anthon. Burgensis in cap. 1. de Emptione & vendit. Didacus lib. 3. variar. Resolut. cap. 3. Iulius Clarus

lib. 5. sentent. §. fin. cap. 51. num. 16. Sylu-
 in verbo. Hæreditas 3. & alij alibi. Sicut enim
 heres tenetur in conscientia satisfacere debita
 defuncti, sic etiam damnis ab eo datis, iuxta
 Glossam receptam in Regula. Peccatum, de
 Regul. Juris in 6. & res ita manifesta est ex
 Regul. Juris in 6. & res ita manifesta est ex
 tione, vt rectè Couarr, ait, Et iure manifestis-
 simum est, eodem attestante, quod damnum
 illi proximo à defuncto restitutio, inter ve-
 rè debita computanda sit. Nemo autem qua-
 cunq; occasione, si sit soluendo, liberatur
 debito restitutionis. Et hoc aduertendum
 quod aliud est restitutionis obligatio, siue
 debitum; aliud est pœna. Pœnæ enim regul-
 riter tantum tenent suos auctores, nec gra-
 uant hæredes, nisi in aliquibus delictis, ad
 debitum transit, sicut onus cum honore. Si
 male est aduèrtere in sacramento pœnitenti-
 Non per hoc, quod quis adimplet satisfactio-
 nem siue pœnam à Confessario impostam
 absoluitur à restitutione debitorum, & com-
 pensatione damnorum datorum. Commu-
 nior tamen est opinio DD. quos citat Couarr,
 ruuias loc. d. num. 8. quod hæres in his etiam
 non confecto inuentario, non teneatur
 plus, quam ad ipsum peruenit, vt possit con-
 tingere in criminibus, in quibus locum
 habet confiscatio. Tunc enim Fiscus, vt tradit
 est, obligatur, aut Dominus succedens in

quisitione bonorum. Quia bona restitutio-
 ni obnoxia, non fiunt eius, qui succedit, sed
 contra spectant ad creditores & damnum pas-
 sos. Atq; hæredes possunt compelli à Iudice
 Ecclesiastico, ad huiusmodi damnorum re-
 stitutionem, & coram eodem conueniri, vt
 probant canones in d. c. In literis, & c. fin. de
 sepult. Panormit. ibidem & in c. A nobis 2.
 cum Hostien. Anthon. de Butrio, & Ioan. ab
 Anania, & communis in d. c. In literis. Anth.
 Burgens. c. 1. de empt. & vend. nu. 14. & alij
 alibi. Qua de causa cõsului superiori tempo-
 re monasterium quoddam posse conuenire
 coram Iudice Ecclesiastico, hæredes cuiusdam
 malefici, qui satis notabilem substantiam re-
 liquerat, eò quod sanguine sibi iunctam mo-
 nialem veneficijs, ita infecerat, & debilitarat,
 quod inutilis esset monasterio, & damna in-
 idem satis graua redundarent, eò quod sem-
 per fere necessarium esset alere personam pro
 necessitate monialis veneficio infectæ: atque
 dictus maleficus confessus fuit, se damnum
 consanguineæ intulisse ex quodam odio. Ta-
 les enim hæredes in conscientia tenentur ad
 recompensationem damni illati, vt dignè sa-
 tisfaciant pro salute animæ defuncti, ex d. c.
 In literis, & communi sententia ibidem. His
 adiungo, cõtra quorundam praxim, qui ma-
 gis quandoq; suæ bursæ, quam salutis animæ
 defuncti fauent, iniusta lucra & damna resti-
 tuenda,

tuenda, antequam legata expediantur, vt tradunt Syluester, in verbo, Hæreditas 3. quæ Vdalricus, Hostiensis, Glossa, Raimundus, ab eo citati, & alij alibi. Etsi hæredes prius satisfacere velint legatarijs, protrahendo damnorum & iniuriam passos, non absoluuntur, in foro conscientie, vt idem Syluester. rectè dicitur. Si autem esset ignorantia, excusarentur. Scilicet milis est ratio, si legatarij prius venirent, & hæreditas sufficeret ad satisfactionem omnium, & nõ esset dolus, quod vellent sine causa protrahere cum iniuria aliorum. Præterea dicitur maleficorum crimine, hæredes non solum in iure canonico, & in conscientia teneri, sed etiam quandoq; de iure ciuili, ad restitutionem damnorum Reipub. illatorum, quando videlicet in damno illato resultat commodum eis, vt in textu clarissimus, & DD. consentiunt. C. de delicto defunctorum, l. 1. Vbi sic definitur. Post litis contestationem, actiones ex delicto defuncti transeunt ad hæredes, & tenentur in solidum. Alioquin in quantum ad eos peruenit, conueniri iuris absolutissimi est, ut alieno scelere dicitur. Hac ratione dicitur etiam de iure Ciuili quosdam Dardanarios, quos aliquando sectæ maleficorum adherent, vt hoc infelicitissimo tempore experimur, obligatos esse ad restitutionem magnæ partis substantie relictæ, quam hæredes eis successedentes acquirunt, & sic obligantur

ad restitutionem non solum iure canonico, sed etiam ciuili, iuxta L. d. Sunt autem tales hi, qui congregationi maleficorum adfuerunt in cursu & conuentu, & proponunt, & statum & consilium de perditione frumentorum, & nascentium terræ: vt, pro dolor, non raro fieri plurimis confessionibus discimus, aliosque inducunt ad consentiendum, quamuis Deo disponente, rixas miscendo aliquando re non confecta discedant. Dardanariorum autem intentio in tali consilio est, quando agitur de destructione frumentorum, vt quoniam ex eorum improba negotiatione, horrea sibi frumeto abundant, & cellaria vino plena sunt, fiat penuria in Reipub. quæ cum annorum sterilitate, & nascentium destructione inducta est, Ipsi sua horrea & cellaria aperiunt, vendunt maximo, quo possunt, & quali volunt, pretio, & paucis annis præter iustum rerum cursum suas fortunas augent, & citius quam humana & moralis prudentia dicit magnas diuitias acquirunt. Voco autem Dardanarios hoc loco eam Vlpiano & DD. in l. Annonâ. ff. de extraordin. criminis, qui annonâ mercesq; coemptas & collectas tantisper supprimunt, dum carius eas vendendi occasio se offerat, tunc vendunt pretio quâ maximo possunt. Ab his non longe absunt ex ead. l. Locupletiores, qui suos fructus æquis pretijs vendere nolunt, mi-

nus vberes proventus expectant, ab vtrisque
 annona oneratur, & eorum exercitium auaritia
 efficit, ex d. lege. Dardanarij autem dicitur
 sunt à Dardano, Mago contaminatissimo & pe-
 pessimo, à quo etiam magicæ artes vocantur
 Dardaniæ à Columella. At si nulla valet ma-
 dicina repellere pestem, Dardaniæ veniant in-
 res. Huius magi: & eius scriptorum meminit
 Plinius libro trigésimo historiae naturalis ca-
 1. Dardanarios autem eos videntur vocare
 ges, qui ita supprimunt annonam coemptam
 quia arte magica Dæmoni coniuncti perpe-
 cta, ab eodem, qui ob subtilitatem suæ natura-
 melius, quam vllus Astronomus, potest co-
 gnoscere constitutionem causarum natura-
 lium, & rerum copiam, vel inopiam, qua
 cognitione sterilitatis hauriant, vt sic in tem-
 pore congregent, & coemant, vt deinde
 rius vendant, & pauperum inopia ditentur.
 Damnant horum mercimoniam & negocia-
 tionem leges in d. l. Annonam, & ff. de peccatis
 in l. In Dardanarios, & alias l. ad hunc finem
 allegat Bonifacius Vitalinus in tractatu maleficorum,
 in Rubrica. Ad l. Iuliam de Annona. Sunt autem
 Dardanarij puniendi poenae arbitrariae, pro rei
 qualitate, exercitij frequentia, & damni quantitate,
 vt tradit Menochius de arbitr. Iudicium qq. casu 384.
 Quod autem Dæmon, tanquam perspicacissimus
 Astronomus, possit prouidere rerum fertilitatem

terrae sterilitatem & suos clientulos admone-
 re, confirmat illud lepidum de Talete Milesio
 philosopho, relatum à Diogene Laërtio in
 eius vita, & ab Aristotele lib. 1. Polyt. cap. 7.
 Cum enim dicto philosopho obijceretur phi-
 losophiæ studium, quasi inutile & infru-
 ctuosum, prospexisse illum ferunt per Astro-
 logiam, oliuarum sterilitatem futuram. Cum
 quæ coegisset parum pecuniæ, hyeme adhuc
 rigente, oleum in Mileto & Chio emit pro
 paruo admodum pretio, utpote nemine plus
 offerente, & arras dedit. Anno sequenti mul-
 tis subito quærentibus oleum, ipse vendidit,
 quanti voluit, cum alij non haberent, ac ma-
 gnam vim pecuniarum lucratus est, quam
 amicis ostendit, significans per facile esse Phi-
 losophis ditari si vellent, sed hoc non esse illis
 cura. Sunt enim aliqui Dardanarij ita auari-
 tia excæcati, vt sordidi lucri odorem more
 scarabæorum in rebus vilissimis & sordidis
 simis sectentur, & quarant. Nunc, vt ad pro-
 positum reuertar, quando Dardanarij sectam
 maleficorum sequuntur, & sunt principales
 in conuentibus, quando tractatur de fructuum
 perditione, vt ipsi lucrum consequantur, &
 re publica damnum patiat, si eorum conti-
 nentione, & experientia constat effectum sub-
 iectum: secundum legem naturalem, diuina-
 nam, & canonicam tenentur ad restitutionem
 damnorum, quæ obligatio etiam transit ad
 hære.

hæredes, si aliquid ad eos pervenit. Quod etiam locum habet in hoc casu de iure civili d. l. i. C. ex delicto defunctorum: ob rationem legis. Ne alieno scelere ditentur. Et magis corroboratur: turpia lucra ab hæredibus extorquenda. ff. de calum. l. in heredem. ff. de dolo. l. in heredem. & ff. Quod metus causa. videmus. At quis dubitat huiusmodi esse turpia lucra, quæ cum alieno damno, proprio scelere acquiruntur? Cum autem huiusmodi damna redundent in singula membra Reipub. proportionaliter, & sit difficultas modus restitutionis, restitutio esset faciendus si prudentia diceret in singulari fieri non posse singulis damnâ passis, ad aliquod opus publicum, aut pium, ita ut resultaret commodum etiam ad membra singularia Reipub. Malè ergo faceret Dominus, aut Iudex, si suum propriû usum referuaret, quod ex communi damno provenit, & singulis membris esset distribuendum, pro compensatione proportionis damnorum. His omnibus ad id, quod Navarrus loc. citat. tradit: Quod si pars læsa vellet, ut delinquens per poenâ temporalem non solum Reipub. sed etiam satisfaceret, cessaret obligatio restitutionis. arg. l. i. ff. Qui satis dare coguntur. & l. Si quis ff. Omnis ff. de pignor. act.

De foro cõ 14.

Præludeum. *Crimina maleficorum*

fortilegiomm, Magie & similia sunt communis fori.

petit maleficorum sagarum.

VT tradunt Panor. in c. r. de sortilegijs & alij Doct. Alphonsi. Castr. lib. i. de iusta hæret. punitione c. 16. prope finem Iul. Clar. l. i. §. hæresis. vers. Successivè quero. Qua parte enim maleficia spectant ad hæresim, vel sapientem hæresim, cognitio ad Ecclesiasticum iudicem spectare potest, ut patet ex lib. 6. de hæret. c. in fidei favorem, & cap. Accusatus. §. fabrica. & ex praxi Ecclesiæ, & Bulla Innocentij octavi præfixa malleo Maleficorû. Quatenus verò admiscerentur homicidia, cedes animalium, tractatus contra bonum Reipublicæ damnaque contra iustitiam & communem pacem, immittere se possunt ad inquirendum & puniendum iudices sæculares. Et ita nunc consuetudo fere ubique obtinuit. In aliquibus tamen locis inquiruntur ab Ecclesiasticis, & post cognitionem traduntur brachio sæculari, sicut in crimine hæreseos fieri consuevit. Quando autem sortilegia, divinationes, maleficiaque sapiant hæresim manifestam, vel spectent ad hæresim, legendi sunt Panormitanus loco citato, numero. 4. Petrus Ancharanus in eod. Tit. cap. Ex turp. num. 6. Paulus Grill. li. 2. de Sortilegijs l. i. s. i. m. q. 10. numer. 5, 10. & 18. Franciscus Squillacensis in tractatu de fide Catholica, à cap. 8.

à ca. 8. qui habetur in 3. vol. Oceani iuris, l. 1. Oldradus de ponte consil. 210. num. 2. accipiente, Regularis habet traditio. Philippus Francus in l. 6. ca. Accusatus. §. sane. de hærese Geminian. & alij ibidem. Ex horum Doctorum opinione & sententia certum est, quod manifestâ sapiant hæresin, abrenunciare sacrificia offerre diabolo, eundem adorare, obedientiâ eidem præstare, expressa pacta cum eo inire, &c. Peius enim est, vt docet Grillæ loc. citat. num. 18. adorare diabolum, quam esse hæreticum. sic etiam committitur hæresis in abusu sacramenti Eucharistiæ, iuxta Gloss. in d. §. sanè. Quare euidentissimum est, communiter ea, quæ nostri malefici operantur, manifestam sapere hæresim, & consequenter præhendi sub d. c. Accusatus. §. sanè. Dicitur aliquis, cum hoc crimen ad hæresim referatur, vt constat ex dictis, & etiam pro pœna eius patet ex lib. 3. C. de malef. & mathe. Confiscatio bonorum sit statuta: quomodo bona non confiscantur? Responder Iulius Clarus & tradit loco citato: hanc pœnam de consuetudine non seruari, & sic in iudicio præsumi esse. Possumus nos dicere sic in hoc crimine, sicut in alijs multis, abrogatam esse iustissimè. Constitutionibus Imperialibus Caroli V. confiscationem bonorum, vt est videre in artic. penult. Sed sicut in omnes constitutiones etiam iustissimè, ad obuiandum fraudibus

iniustis

iniustitiæ, inuectas, humana auaritia dolo inducit: sic etiam in executionem causarum criminalium. Quidam enim iudices cum ex confiscatione bonorum nihil habere possint, sub alijs coloribus vel expensarum vel vacantiarum aut laborum in rei veritate, quod abominandum est, & contra iustitiam & æquitatem, ita confiscant Reorum bona, vt pupilli & viduæ non raro ad summam necessitatem redigantur. Quare cum honore, rebus temporalibus, omniq; consolatione priuentur, noua præbetur diabolo ad tentandum occasio. Quibus autem tales iudices comparantur qui pro executionibus sic sub cæco titulo pauperes emungunt, quamq; iustè faciunt, videat qui voluerit, in Constitutionibus Criminalibus Caroli Quinti, in articulo 105.

Vlt. Præludium. *De causis dispositiuis ad crimen maleficorum.*

Præsupponendum Dæmones esse infensissimos humani generis hostes, & quicquid moliantur quocunque colore vel arte, dirigere in perniciem hominum. Huius autem odij principales duæ sunt causæ. Vna, odium Dei, cuius acerrimi sunt inimici, vtpote à summa fœlicitate peccatis exigentibus detructi in per-

Generalis
causa dispositiua in
Dæmonibus odium
Dei & hominum.

si in perpetuam miseriam. Cum verò diu-
 Maieſtati nihil nocementi inferre poſſit
 hominem ad ſimilitudinem Dei creaturæ
 deli odio infectantur; non ſecus, vt Baſil.
 ait, ac pantheræ, quæ cum immani odio
 homines à natura incenſæ ſint, in homin-
 ſimulacra furibundè irruunt, nec aliter
 effigiem, quam homines ipſos, dilacerant,
 hoc odio Ioan. in Apocal. Vah terræ & ma-
 quia deſcendit diabolus ad vos, habens in
 magnam. Altera cauſa eſt, quia cognoscit
 homines aſſumendos ad cæleſtem beatitu-
 nem, quam ipſi perdidit, inuidet boni-
 tibus tantum bonum; quare omni modo
 impedire conantur, ne illud conſequantur.

Tandem cum eius ſint naturæ dæmon-
 vt nunquam dormiant, aut dormitent, ſe-
 per diſcurrunt quærentes quem deuore-
 cautè perluſtrando complexiones, naturas
 fectus, curas, conſuetudinesq; vniſcuuſq;
 vt ſingulorum complexionibus, affectionibus
 & moribus oportunas & affines tentationes
 accommodent, more peritiſſimi & exper-
 tiſſimi medici, qui antequam remedia adhibe-
 pulſum infirmi tangit, membra contrectat,
 lateribus manus admouet, linguam inſpicit,
 oculorum colorem attendit, omniaque
 aut ſanitatibus, aut morbi indicia perſcrutat,
 vt cognita infirmi complexione, aut mor-
 natura, conuenientes medicinas præbeat.

Diab.

Diabolus lætis luxuriæ; cupidis auaritiæ; tri-
 ſtibus iracundiæ vel inuidiæ; ambitioſis in-
 nis gloriæ; curioſis pernicioſæ ſcientiæ faces
 admouere conſuevit. Sic atteſtatur Gregor.
 ſuper Iob. 38. cap. in illa verba: Diuiditur
 ætus ſuper terram. Prius enim, ait, comple-
 xionem vniſcuuſq; antiquus aduerſarius
 perſpicit, & tunc tentationis laqueos appo-
 nit. Alius namq; lætis, alius timidis moribus,
 alius elatis exiſtit. Quò ergo occultus aduer-
 ſarius facilè capiat, vicinas conſperſionibus
 deceptiones parat. Quia enim lætitiæ volu-
 ptas iuxta eſt, lætis moribus luxuriam propo-
 nit. Et quia triſtitiæ in iram facilè labitur, tri-
 ſtibus poculum diſcordiæ porrigit: Quia ti-
 midi ſupplicia formidant, pauentibus terro-
 res intèrat. Et quia elatos extolli laudib; con-
 ſpicit, eos ad quæq; voluerit blâdis fauoribus
 trahit. Singulis ergò hominib;, vitijs conue-
 nientibus inſidiatur: Et S. Auguſt. lib. 21. de
 Ciuit. cap. 6. his breuibus verbis. Maximè au-
 tem poſſident (loquitur de dæmonibus) cor-
 da mortalium, qua potiffimū poſſeſſione glo-
 riantur, cum ſe tranſfigurant in angelos lucis.
 Illuſtrat hoc diaboli ſtudiū apparitiō illa, de
 qua in vitis patrum, vnde eam narrat Marcus
 Marulus li. 5. de ratione bene beateq; viuendi
 c. 7. Apparuit B. Machario in ſpecie medici ma-
 lignus, multas habēs vitreas ampullas circū ſe
 pendētes; & interrogat⁹ quò pergeret, quidq;

1

2

lib

sibi vascula illa vellent: Ad proximum monasterium iter se habere respondit, vt frater singulis offerret portiones pro eorum appetitu, quas si haurirent, sibi obnoxios redderet. Non multò post Macharius inde uertentem conspiciens, quid egisset, quaeruit. Cui ille respondit, vnum tantum, nomine Theodosium, ampullæ veneno delinitum. Macharius statim monasterium adiens, venentem rei inuenit, & effecit vt frater totum quod venenum imbiberat, medico tam infausto propinante, medicina salutari sumptu à sancto viro euomeret, seque emendaret. Nunc de causis particularibus, quarum:

Particula-
vis 1. causa
dispositiua
est cleri in
sciitia.
Osee. 4.

Prima sit, vt à summa incipiamus. Ignorantia in ministris Ecclesie, qui salutem hominum promouere debent.

ATQVE hanc indicat Oseas, dicens: Quia non est scientia Dei in terra, ideo maleficio, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt: Vbi certè propheta loquitur de ignorantia Sacerdotum, nam statim subiungit: Quia tu scientiam non pulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Quod & Christus in Euangelio innuit. Matth. 6. Si lumen, quod in te est, tenebrae sunt, ipsae tenebrae quantae erunt? Atq; vt haec causa intelligatur, sciendum, vt possumus, hanc, secundum Apostolicam doctrinam Ephe-

6. & rei veritatem, aduersus insidias diaboli, spiritualia nobis necessaria sunt arma. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus.

Cum igitur hostes, cum quibus nobis assidua pugna est, sint spirituales, corporalibus armis laedi non possunt: spiritualia ergo arma comparanda. Quod idem Apostolus cum profequitur, significat. Propterea inquit, accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare: stete ergo succincti lumbos vestros in veritate, & indui lorica iustitiae, & calceati pedes in preparationem Euangelij pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei; haec Paulus. Ex his patet, gladio verbi Dei & sacrae scripturae in hac militia spirituales hostes esse feriendum, Verbum enim Dei detegit fallaciam & mendacia, quibus mortales fallere, in suos laqueos perducere, in falsam spem, perniciosam incredulitatem siue superstitionem, tristitiam aut desolationem, aliasq; eius generis affectiones pertrahere solet. Cum itaq; haec armatura ex sacris literis, doctoribus atque mysterijs nostrae

fidei petenda sit, ignota est indoctis & ignorantibus Ecclesie ministris. Quomodo enim præclariorum mysteriorum fidei, virtutum præclariorum effectus, sacramentorum efficaciam, ac sacramentorum salutarem usum, quæ omnia sunt arma contra aëreas potestates, rudi & simplici populo explicabit, proponetque rudis scientia sacrarum literarum? Atque sic contingit, cum ignoti nulla sit cupiditas, nec appetitus noster nisi in bonum ab intellectu cognitum feratur, quod simplex populus nullum ex spiritualibus rebus percipiat fructum, nec earum usu salutifero delectetur: & margaritæ sparguntur ante porcos.

Ad hæc sicuti exercitissimi duces in militaria est, explorata habere hostium consilia eorum nouisse fortitudinem, copias, & strategemata, vt suis possit prouidere de securitate, & inimicis pro oportunitate occurrere, aut insidias declinare: sic spiritualis Imperator munus est spiritualium inimicorum callide insidias, potentiam, crudelitatem & in pugando peritiam, vt suos oportunitis armis ad pugnam aptis instruat, ne cum vitæ periculo se tradere, aut desperatione de victoria concepta, turpi fuga sibi consulere cogantur. At hæc scientia longè abest ab indoctis sacerdotibus, qui ne quidem à limine salutarum sacra eloquia, & sanctorum patrum monumenta, ex quibus cognitio diaboli fraude

discernendi habentur. Quis etiam ita à sensu alienus est, qui non animaduertat, ex tenebris ignorantie in sacerdotibus, sequi etiam opera tenebrarum in conuersatione & moribus? Ex quo fonte fluit, vt rudes ex populo, quando tentationibus inimicorum pulsantur aut vincuntur, pudore & timore suffundantur, nec audeant secreta suorum interiorum aperire: vel certe si aperiant, ignorantia efficit, vt congrua remedia & salutis consilia habere nequeant. Atque hanc ministrorum Ecclesiarum ignorantiam astutissimus artifex studiosè procurasse videtur, vt eo melius contra simplices triumphet, dum inermes sunt, & ad certamen inepti. Hoc Dæmonum strategema diuina historia significat: Philistæi in lib. Regum, callidissimè curarunt, ne esset faber ferrarius in Israël, qui arma fabricaret: quare effectum est, vt cum Philistæi instructi acie ad pugandum contra filios Israël procederent, solus Saul & Ionathas eius filius armati inuenti sint. Simili arte instructi spirituales Philistæi nostris temporibus curarunt, vt non sint fabri, id est, legum interpretes & doctores in populo Dei, qui arma cudant, quibus fideles muniti, hostes profigent. Fabri rectè intelliguntur Doctores, vt pulchrè secundum mysticum sensum tradit Pagninus in Isagoge ad mysticos sacre scripture sensus, lib. 3. c. 1. Ex his causis sequitur, vt in sciētia & moribus in pluribus locis,

1. Reg. 13.

sicut populus est, sic & sacerdos, ut propheta
prosequitur.

2. *Causa,*
magistra-
tus negli-
gentia. **S**ecunda causa: *Somnus in ma-*
stratu diuturnus.

DVM Magistratus dormit in vtramque
aurē, & oculis clausis pertrahit maleficia
tanquam somnia, nihili reputans, sed negligens
inimicus homo superfeminat Zizania, & ager
suum dilatat. Officium enim praesidentium tam ex lege diuina, quam humana
est, inquirere scelera & maleficia, ut Respublica
purgetur à malefactoribus, ex L. Cōgruit
de offic. praesid. & gladium magistratus portat
in vindictam malorum, laudem vero bonorum.
Quem finem si nō attendit, sine cura
gladium portat, & feuerissimum diuinae
maiestatis in se concitat furorem, cum numerus
impiorum crescat, bonorum vero societas
diminuatur, scandalum patitur, atque per
uertatur, praesertim cum maleficorum secta
cum diabolo in hominum subuersione con
spiret, & sicut annulus annulum, ita maleficia
sociam trahit, ut ex ipsarum relatione & factis
discimus. Hinc videmus aliquando integram
familiam infectam, & quod horrendum
dictu, matres quandoque Daemone consecrare
infantes necdum natos. Ex puniendi tarditate,
& dissimulatione quomodo Deus maxime
in hoc crimine offendatur, ex sacris literis

ROM. 13.

clarissime, si oculos aperiamus, perspicimus.
Sic enim, cum fornicatus esset populus cum
filibus Moab, & adorasset Deos earum, &
Principes punire dissimulassent, furore con
citus Dominus dicebat ad moysen; Tolle
cunctos principes populi, & suspende eos co
tra solem in patibulis, ut auertatur furor meus
ab Israël, & occidat vnusquisque proximos
suos. Quibus auditis Phinees zelo diuino
corruptus, vltione sumpta Dominū placauit,
& cessauit plaga à filiis Israël, cum perijissent
viginti quatuor milia hominum: quanto
quæso, furore Dominus concitatur? quan
tis plagis afficiemur? (quamuis etiam maxi
mas ut pote sterilitatis, depopulationis agro
rum, famis, pestilentiae, & plurimorum peri
culorum poenas oculis nostris cernamus)
quod Magistratus dissimulet multis in locis
fornicari multos cum diabolo, eiq; sacrificia
offerre: Deum verum contemni, & nefandis
sceleribus irritari, aliaque plurima flagitia, quae
nemo cogitatione comprehendere, nisi à dae
mone instructus sit, potest, committi.

Ad hæc, si Dominus præcipit Iudici, ut fal
sum prophetam & somniatorem seducentem
populum post Deos alienos, sine mora inter
ficiat, & filios Belial cum affectis suis gladio &
ignibus persequatur, & sollicitè inquirat, ad
uertendum furorem suum: Quomodo ira
non commouetur Deus, quod multi iudices

Num. 25.

Deut. 12.

somnatores nostros, Magos & maleficos, filios non solū Belial, sed etiā socios Beelzebub, Beemoth, Astaroth, aliorumq; monstrorum multos non solum ex vrbibus, sed omnibus locis seducentes ad demones, & eorū miseram seruitutē, somnolentia oppressi desinant inquirere? Atq; cum verba Deuteronomij maximā vim & Emphasim ad presentem materiam quasi diuino nutu accommodata habeat, placet ea subiungere. Si audieris, inquit, in vna vrbium tuarū, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad inhabitandum, dicentes aliquos Egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis suæ, atque dixerunt, Eamus & seruiamus Dijs alienis, quos ignoratis, quere sollicitē, & diligenter rei veritas perspecta, si inueneris certum esse, quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniaq; quæ illa sunt vsq; ad pecora, &c. Congregabis in medio platearum, & cum ipsa ciuitate succendes, &c. Et non ad hærebit de illo anathemate quicquā in manu tua, vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicetq; te, sicut iurauit patribus tuis. Hæc summi legislatoris verba iudices attentè considerent. Audiunt, & experientia cognoscunt, filios Belial & aliorum demoniorum frequentissimè egredi de medio populi, &

auerte

uerrere multos habitatores, atq; inducere ad sacrificandum demonibus, & in conuentibus alia abominanda perpetrare, & inueniūt certum esse, quod dicitur, & tamē non sollicitē, sed negligenter inquirunt: nec statim, sed tardè ad executionē iustitiæ procedunt, & ex cōtextu notandū, ad auertendū furorem Domini necessariū esse, ita tales extinguere & delere, vt ne reliquæ quidē maneant: tunc Dominus miserebitur, & multiplicabit bona.

Tertia causa est, Infidelitas.

QUAE innuitur in c. Episc. 26. q. 5. Quando enim mentem, inquit, per infidelitatem sibi subiugauerit, per multa denia deducit. Fides enim est scutum, quo mediante homo Christianus potest omnia tela nequissimi ignea repellere, hanc infidelitas & falsa credulitas labefactant, & dæmonibus portū tentandi aperiant. Ad infidelitatem reducere possumus superstitionem, quæ infidelitatis quædam protestatio est, per cultum exteriorē: sicuti religio, qua Deo debitum cultum impendimus, fidei veræ signum est. Quare rectissimè S. Bonaventura docet, quod sicut in fide intellectus captiuatur: sic in superstitione errore inflatur, & eleuatur. Nec mirum videtur, quod superstitio præludium & quædam dispositio ad maleficia sit, cum nulla sit superstitionis species, qua non procedat ex quadam

ex quadam pestifera & dolosa societate cum
Dæmone. Qui autem tam infelicem socie-
tatem contrahit, quomodo non decipietur?
Callidissimus est dæmon, non procedit
extremo ad extremum, sed à minimis incipit
& paulatim ad maxima perducit. Sic per
perditionem in primis mentem eò impellit,
vt sibi fides habeatur, & veræ fidei fundamen-
tum infirmius reddatur. Atq; cum mater
superstitionum affinis sit maleficio, aliqui
latius de superstitionibus adijciendum.

*De super-
stitione,
quid sit,
quot eius
species.*

Superstitio est peccatum contra primum
præceptum Decalogi, quo præcipitur reli-
gio, quæ homines ordinat ad colendum
honorandum Deum debito modo, tanquam
primum supremumq; principium creationis
& gubernationis: Superstitio autem inducit
homines ad reddendum Deo cultum per-
ciosum, vel superfluum, vel ipsi creature,
citè vel expressè. Quatuor sunt superstitionis
species, quas ponit S. August. lib. 2. de doctri-
na Christiana cap. 20. & explicat S. Thom.
22. q. 92. art. 2. Idololatria, Diuinitas, Inde-
bitus Dei cultus, & vana obseruantia. Idolola-
tria est, quando alteri quàm Deo diuini
cultus exhibetur, & est grauissimum peccatum,
vt patet passim ex libris veteris testamen-
ti. Hanc malefici & sagæ exercent, quando be-
lialem monem adorant, vel ei sacrificium offerunt,
aut homagium præstant. Ex dicta definitio-

*Idolola-
tria.*

ne elicitur non esse idololatriam, sanctis cum
Christo regnantibus honorem debitum im-
pendere, quia ipsis inferior cultus & non di-
uinus exhibetur.

Diuinitas, est rerum occultarum, vel fu-
turarum, quæ via humana sciri non possunt,
per virtutem dæmonis, eiusq; auxilium, co-
gnitio, vel prænunciatio. Ad hanc speciem
pertinent præstigiū, Somniorum obserua-
tio, Necromantia, Gæromantia, Hydromantia,
Aëromantia, Astronomia illicita, Augurium,
Omen, Chiromantia, Spatulantia, Sortilegiū,
&c. de quibus videndi sunt Isidorus lib. 8.
Etymolog. cap. 9. & S. Thomas 22. q. 95. art. 3.

Diuinitas.

Indebitus Dei cultus est, quando homo
colit Deum modo indebito, & est duplex.
Falsus, vt si quis nunc Deo offerret sacrificia
veteris legis, vel in diuinis vteretur cæremoni-
is infidelium: & superfluus, qui perficitur cære-
monijs, quæ neq; ad Dei gloriam, neq; ad hoc
vt mens Deo subiiciatur, aut carnalis cõcupis-
centia refrenetur, secundum Dei & Ecclesiæ
institutionem approbatam, ordinantur.

*Indebit⁹.
Dei cult⁹.*

Vana obseruantia est, in qua semper tacitè
inuoatur dæmon, quando videlicet causæ
vel mediæ assumuntur ad effectus producen-
dos, qui nec virtute diuina, nec naturali, aut
Ecclesiastica institutione habent ordinem ad
tales effectus. Ad hanc spectant ars notoria,
obseruantia sanitarum, Incantatio, obser-
uantia

*Vana ob-
seruantia.*

uantia futurorum effectuum, &c.

Cum superstitiones sint laqueus & insidiae antiqui hostis, quibus genus humanum depere nititur, vt refertur 26. q. vltima. cap. de monest: placet exemplo S. Augusti lib. 3. doct. Christi. cap. 20. qui sui temporis multas enumerat, nostri etiam aliquas oculis subterere, vt boni cognoscant & euitent: mali vero videant, quibus vinculis ligentur, & fraudibus decipiantur. Hi sequentes omnes sunt superstitiosi, nec solū exercentes, sed etiam dem habentes. Nam similes illis sunt, qui decipiunt, & omnes qui confidunt in eis.

*Exempla
superstitio-
sum.*

1. Qui dæmones adorant, sacrificium eis offerunt, honorem impendunt, expressè, vtiuocant: consilium, auxilium, aut faciliorem ab eis quærunt.
2. Qui futura prædicere volunt, vel magis accedunt, aut Ariolos, aut incantatores, vti culta cognoscant, vel secreta reuelent, vel consilium præstent.
3. Qui aliquam virtutem somnijs tribuunt, vt quia somniū habuerunt tale vel tale, fecerunt citatis aut infortunij quippiam euentum credunt.
4. Qui per inspectionem membrorum, et partium animalium, futura prædicunt, aut de rebus futuris, ex euentu præcedentium, pronuntiant.
5. Qui accedunt ad vagabundos illos, quos

Galli Aegyptios, Itali Cingaros, Germani gentiles appellant, vt ex figuris manuum, faciei constitutione, vel corporis statura fortunam faustam, vel infaustam annuncient.

Qui obseruant dies aliquos certos Conuersionis Pauli, Vincentij, Urbani, Martyrū, vel aliorum, in quibus si pluat, vel cælum serenum sit, serenitatem, fertilitatem, sterilitatem, vini copiam, vel inopiam, vel per spacium aliquot dierum continuam pluuiam prædicunt. Qua de causa superstitiosi sunt versus illi, de festo Conuersionis S. Pauli.

Clara dies Pauli bona tempora denotat anni,

Si nix, aut pluuia, designat tempora cara:

Si fuerint venti, designat praelia genti.

Si fuerint nebulae, percutit animalia quaesq̃.

Qui colligunt herbas in die S. Ioannis Baptistae ad singulares quosdam effectus, credentes tales esse maioris virtutis: vel inferunt arbores ipso Annunciationis Mariæ, existimantes hoc melius: Aut in festo S. Stephani, ex eadem causa diminuunt sanguinem equorū, & de similibus simile est iudicium.

Qui oblationes faciunt sanctis ex bonis Elemosyna petitis, credentes eas maioris esse virtutis ad consequendum effectum: aut crucem S. Bernardi emptam ex Elemosynis, sanctiorem putant: aut offerunt in honorem sanctorum cæram, vel aliam rem coniunctam crinibus animalis ægrotantis.

Pium

Pium autem est, & ab vniuersali Ecclesia receptum, in templis post impetratam san-
tem oculorum, aut pedum, aut manuum, aut
animalium, aliarumq; rerum simulacra
spendere ex auro, argento, cæra vel alia mate-
confecta, ad laudem & gloriam Dei & san-
rum, vt sint adeptæ sanitatis manifesta in-
cia. Gratiſſimè namq; accipit Dominus eor-
qualiacunq; sunt dona, nec exigua, nec vil-
dedignatur: quippe qui ea pro ferentis fa-
cultate metitur. Hæc itaque omnium specta-
culo exporrecta, testantur morborum de-
pulsionem, cuius ipsa certissima signa sunt
sanitatem consecutis allata. Hæc, sepulchro
ibi martyrum quæ sit virtus, ostendunt,
optimè tradit Theodoretus, Cyrensis Ep-
copus, lib. 8. de curatione Græcarum a-
ctionum.

9. Qui obseruant quosdam dies faustos, et
in faustos ad ingrediendum iter: aut conti-
tuunt differentiã, an quis manè surgens dex-
tro vel sinistro pede in primis terram tangat
aut quem postponat aut anteponat, egre-
diendo limen ædium. Ad hunc ordinem
ferre possumus eos, qui obseruant modum
capiendi Sagas, vt eas vel in lecto capiant, vel
eleuent in altum, ne terram calcent, qui-
quid quidam doceant: cum, vbi eadem ratio
militat, idem ibi ius statuendum sit.

10. Qui vel quæ submergunt imagines

quæ pro pluuia habenda, vel faciunt quas-
dam ligaturas & diabolicas ceremonias, ne lac-
integro anno vaccis subtrahatur opera male-
ficarum: aut certis diebus summo diluculo
scopis olera tangunt, ne eruca, ciniphes, vel
alia imperfecta animalia oleribus & herbis
nocumenta inferant.

Qui, cum herbas colligunt medicinales,
& eas vulneribus adhibent, fiduciam ponunt
in modo ligaturæ, vel numero partium, vt
numerus par vel impar sit: vel in herbis colli-
gendis obseruant, vt ante solis ortum id fiat,
vel certo die; vt die veneris, aut solis, vel ta-
cendo colligant, &c. Quod autem medicus
herbas colligat potius in Maio vel Aprili, quã
in Augusto, aut hyeme, id non superstitionis,
sed medicinæ est: quia tam ratio naturalis,
quam medicina dicitur, quibusdam anni tem-
poribus, virtutem in herbis esse potentiorẽ
ad naturales effectus.

Qui certam fiduciam constituunt in qui-
busdam nominibus scriptis, vel verbis etiam
seris, aut characteribus, vt non vulnerentur,
mutilentur, aut occidantur: aut qui, (quod
horrendum dictu est) in die Parasceues fan-
stodeunt crucem aliquam in biuio, vel tri-
tuo, & bombardam post terga in crucẽ emit-
tunt, vt deinde quemcunq; velint scopum
attingant: aut in nocte S. Ioannis certas quas-
dam herbas diabolicis ceremonijs colligunt,
quibus

- quibus ad detestabiles effectus vtantur.
13. Qui metiuntur cingulum ægrotant, cognoscatur, quis sanctus sit honorandus, consequendam sanitatem, certis adhibitis: aut bipenni stramen diuidunt, ad curandum tumores manuum & digitorum, aut ad sanandos certos morbos animalium, pellent gregem in ignem ex singularibus ignis instructum, vel per circulum ducunt tunc animal, quod primum fortè sortitur locū in transeando, offerunt in honore sanctorum. His accedunt, qui pro curandis, ad porcorū lintrē, in nomine tris, & Filij, & Spiritus sancti, collū applicant.
14. Quicumque credunt maiorem virtutem inesse aquæ benedictæ Dominicis sequentibus quatuor tempora, quam alijs, ad specialem quosdam effectus: aut nolunt die Venę vngues præscindere, aut Sabatho filare, & terim ab alijs seruilibus operibus nõ abstinent.
15. Qui fidem adhibent probationi ferricæ dentis, vel aquæ frigidæ in maleficis cogitandis, de quibus prope finem infra latet. Nec non etiam qui admittunt & fidem habuunt, quod quidam tortores siue carnifices quosdam potus ad eliciendum confessionem maleficorum adhibent.
16. Quicumq; cum audiunt picam vociferantem circa ædes alicuius, mortem prædicant.
- breui imminere: aut quia canem audiunt ululantem, pestem præsagiunt: aut quia obuiam venit lepus, mali aliquid instare opinantur. Similes & alias multas vanas superstitiones & magicas artes solent exercere, qui artem venatoriam sequuntur.
- Huiusmodi & similes artes nugatorię, vel noxię superstitiones ex quadam pestifera societate hominum, quati pacta infidelis & dolose amicitię constituta, penitus sunt reprobandę & fugiendę Christiano, vt decernitur 26. q. 2. cap. illud ex August. Atq; hoc addiderim, superstitiones tanto esse periculosiores, quanto plures res sacrę adhibentur. Quia hoc Diabolus maximè intendit, vt vel sub specie pietatis decipiat: aut res sacras ad humanam salutem ordinatas, in peruersum usum dirigat.
- Dicit aliquis: Eueniunt tamen aliquando effectus in dictis operibus. Quandoque enim futura prædicunt, aut agris sanitatem restitunt, &c. Respondetur in cap. Nec mirum 26. q. 5. ex August: hoc fieri permissione Dei, vt ipsi, qui hoc audiunt, vel vident, probentur, & appareant, qua fide & deuotione sint erga Deum, an etiam faciliè moueantur & sequantur Deos alienos, sicut in Deuteronomio Moyses ex verbo Dei populum instruit, cum inquit: Si surrexerit in medio tui propheta, &c. De varijs superstitionibus obserua-

obferuationibus dierum, collectionibus
 barum, diuinationibus, augurationibus
 & incantationibus; ex Auguft. 26. q. 7. c.
 Non obferuetis, dicitur: Qui aut talibus
 dunt, aut ad eorum domum euntes, aut
 domibus introducunt, aut interrogant, sci
 fe fidem Chriftianam & baptifmum
 caffe; & vt paganum & apoftatā, id est,
 abeuntem, & Dei inimicum iram Dei
 ter in aeternū incurrifse; nifi Ecclefia
 nitentia emendatus, Deo reconcilietur.

us: aut fi fides postulat ad productionem
 effectus, fuperftitio iudicanda est.
 Tertia. Si res naturales, vel artificiales,
 r imagines, figna, vel characteres adhibean-
 tur ad productionem fupernaturalium effec-
 tum, vel motum liberi arbitrij flectendum,
 vel diuinandum, aut ad efficiendum fpiritu-
 les effectus tam in nobis quam alijs, nifi fiat
 modo in prima regula fignificato, fecundum
 facram fcripturam, Ecclefia definitionem,
 aut approbatam confuetudinem: fuperftitio-
 fum erit tenendum.

Quoniam his addi poffent, iuxta D.
 guft. doctrinam lib. 2. de doct. Chriftiana
 20. & quotidianam experientiam, millia
 manifiimarum fuperftitionum, nec facile
 gnoscantur à multis, placuit ex Doctore
 fententia regulas fubiungere, quibus digno
 eatur, an aliquid fit fuperftitiofum, vel
 quarum fit

Quarta. Quando quis vtitur verbis fa-
 oris, aut etiam orationibus, alijsq; pijs operi-
 bus, in rebus vanis, neq; ad diuinum honore
 cultum pertinentibus; est fuperftitio, quia
 callidus ferpens mifcet vanis & malis bona &
 pia, vt simplicibus cautiùs fub fpecie pieta-
 tis imponat.

*Regule
 dignofcen-
 di fuperfti-
 tiofa à non
 fuperfti-
 tiofis.*

Prima. Quoties aliquis effectus rei
 buitur, qui non conuenit ei fecundum
 naturam inditam, fi per Ecclefia definitio-
 nem, facram fcripturam, aut laudabilem
 fuetudinem non conftat fieri à Deo; vt
 dit in facramentis & facramentalibus: Hab-
 dum erit tanquam fuperftitiofum.

Quinta & vltima Regula: Quando quis exer-
 cet aliquod opus, ad aliquam abftinentiam,
 vel corporis exercitium pertinens, videndū
 est vt refrenet carnalis concupifcentia motū,
 modo virtuti congruo, fecundum Ecclefie
 ritum & moralem doctrinam.

Secunda. Si effectus naturalis tribuitur
 alicui rei, quem conftat habere ex natura
 non est fuperftitio. At fi attribuitur alijs
 bus rebus, vt ignis, vocibus, vel characteri-
 bus,

De materia fuperftitionum legendi funt.
 Auguftinus lib. 2. de doctrina Chriftiana à
 cap. 20. S. Thomas. 2. 2. à q. 92. per aliquot qq.
 Ioannes à Turrecremata fuper decreto, 26.
 caufacum textu. Syluefter Prieras in fuma,

verb. Superstitio, Incantatio & maleficium
Martinus Arles in Tractat. de superstitionibus,
qui habetur in Oceano Iuris vol. 1.
Martinus Nauarrus in manuali Confessionari-
um, cap. 11. à num. 22.

4. causa dispositiua est curiositas, quæ his portentis illudat per Dæmonum fallacias, quando id impudenter appetit scire, quod ei nulla ratio competit inuestigare. ex d. cap. Nec mirum.

HAEC potestas immundis spiritibus id datur, vt peruersos sibi aptent, hęc prauos homines seducant, illos scilicet, qui spernunt veritatem, & credunt mendaciam nec sanam doctrinam ferunt, sed ad sua desideria coaceruant sibi magistros pruriens auribus, & ad fabulas conuertuntur, onerosos peccatis ducuntur varijs desiderijs, semper inscutes, nunquã ad scientiæ veritatem peruenientes, iuxta Pauli sententiam. Hinc in cap. Nec mirum, ministerio Dæmonis in partibus à Chaldæis tenditur inuenta magia, quod ipsi cæteris essent magis curiosi. Augustin. lib. 10. de Ciuitate cap. 9. incantationes & carmina nefariæ curiositati tribuuntur. Consentit his pulchrè Guilhelmus Parisiensis in lib. de legibus, folio 35. columna 2. Sæculo 10, inquit

inquit, quia omne genus peccati idololatricam prouexit: Sicut euidenter apparet de curiositate, quæ est libido sciendi non necessaria. Tanta namq; libido sciendi futura, & illa cordium occulta, quorundam hominũ inflammauit animos, vt huius scientiam, execrabili animarum suarum cõmercio, à Dæmonibus mercarentur. Propter quod & ipsi naturæ humana inimicissimi dæmones, sacrilega opera excogitauerunt: eisq; se placari, & induci posse hominibus suggererunt: Impetrariq; posse ab ipsis scientiam futurorum & aliorũ occultorum. Inde processerunt nefandissima illa opera, quæ etiam vulgò nominatissima sunt: videlicet inspectio speculi, inspectio spatulæ, inspectio vnguis, videlicet vt furta, & alia occulta inuenirentur, in quibus omnibus Diabolicorum sacrificiorũ impietas partim latet: & partim omnibus manifesta est, si perfectè scripta inueniantur. Ex hac eadẽ peste curiositatis processit liber maledictus, & execrabilis, qui dicitur liber sacramentus. Similiter & alius, qui dicitur (speculum) ab omnibus, in quibus præterita, præsentia & futura videri ipsi auctores eorum Dæmones promiserunt. Sunt & aliqui huius pestis innumera, per quas curiositatis initium stragem animarũ inestimabile fecit: hæc Guilhelmus. Atque occasione curiositatis arbitror non raro doctos & magnos ingenio capi à dæmone.

Tentat enim eos curiositate, vt velint cognoscere, videre, & experiri noua, inusitata, & rara. Quare Apostolus admonet Rom. 12. magis plus sapere, quàm oportet. Curiositati adiungi potest latens in multis cordibus intolerabilis superbia quæ Domino Deo in summo gradu displicet, & demonibus maiorem modum placet.

5. causa
est, auari-
tia.

Quinta Causa est, insatiabilis amor congregandi diuitias.

1. Tim. 6.

QUAM satis superque; S. Paulus indicat, ait: Qui volunt diuites fieri incidunt tentationem, & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nocua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum cupiditas, quam quædam appetentes, errauerunt à fide. & inseruerunt doloribus multis. *Hæc Apostolus.* Avaro enim nihil scelestius, qui etiam propriam animam venale exponit, vt pecunias congreget. Quod dæmoni optime constat, atque sic insatiabilis appetitui tentationem congruam obijcit, & in laqueum eum pertrahat. Inueniuntur quædam ita auaritia excæcati, & miseri, quæ manonæ Deo nummorum sacrificent, vt diuites efficiantur, quorum meminere Ioannes de Friburgo in summa Confessoriorum li. 1. tit. 11. q. 25. & Paulus Grillandus lib. 2. de Sor-

legijs, q. 11. num. 25. Auaris & alijs, qui rerum inopia laborant, vt supra significatum est, Demon quandoque diuitias promittit, sed non præstat. Confessa est etiam inter alia puncta Meissenbeins Anna, cuius supra mentione fecimus, quod si in principio sui casus non nimis bonis temporalibus acquirendis dedita fuisset, & Mamona inferuisset, faciliter secum gratia Dei ad cor reditura fuisset. Remedium contra hoc malum subiungit Apollolus, cum ait. Tu autem homo Dei. hæc fuges: sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.

Sexta Causa est, Luxuria, seu carnis voluptas.

6. causa
luxuria.

HÆC multum efficax est ad hominem capiendum & detinendum. Sic Balaam. ca. 24. & 25. in lib. numerorum: filios Israël mediante fornicatione cum filiabus Moab, induxit ad idololatriam. Hoc enim vitium sapientes & insipientes, ignobiles & potentes deijcit. Quis enim Salomone sapientior, & Samione fortior? & ramen vtrunque vicit luxuria: bene ad hoc propositum facit illud Eccle. 19. Vinum & mulieres apostatate faciunt etiam sapientes, & luxuria Salomoni causa fuit colendi Deos alienos, vt constat ex lib. 3. Reg. c. 11. Tobia 6. Audi me, & ostendam tibi, qui sunt quibus

quibus Dæmoniū præualere potest. Hi namque qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se & à sua mente excludant, & suæ libidinis ita vacent sicut equus & mulus, quibus nō est intellectus, habet potestatem dæmoniū super eos. Quomodo hoc peccatum non solum caute incidendi, sed etiam perseverandi in malo optimè ex sacris literis tradit Gulielmus Peraldus, Episcopus Lugdunensis, in summa virtutum & vitiorum, tomo. 2. tract. 3. cap. Atq; id Isidorus lib. 2. de summo bono cap. 39. satis etiam attestatur, dum ait. Maximè per carnis luxuriam humanum genus subditur diabolo, quam per cætera vitia. Dæmones scientes pulchritudinem esse animæ, caritatem, & per hanc hominem angelicis meritis, è quibus illi lapsi sunt, cœquari libenter percussi inuidiæ, iniiciunt per sensus corporis opus desideriumq; libidinis, quatenus à celestibus deorsum deiectam animam perterrant, secumque quos vicerint, gloriantes in tartara ducant. Nouit optimè dæmon, vbi mentisimum esse carnis ardorem, & animam quem occupauerit, nō facile liberari. Etiam vt S. Ambrosius ait. in cap. 4. Lucæ. quasi clauis quibusdam suffigitur anima corporis volatilibus, & cum semel adhæserit cupiditatibus demersa terrenis, difficile in altum potest de descendit sine Dei fauore reuolare. Adhuc enim suorum vincula laqueis, & deliciis

secularium illecebris obnoxia iam tenetur. hanc Ambrosius.

Septima est, execratio, vel maledicendi siue imprecandi rabies.

7. Causa
maledicendi
di rabies.

QUOD quidem peccatum multis vsitatissimum est, vt minima occasione & aduersitate oblata, se suosq; demonibus, & diris, omnibus deuoneant; & tunc aliquando iusto Dei iudicio malum euenit, quod imprecantur. Quare prouerb. 8. dicitur: sicut auis ad alta transuolans, & passer quolibet vadens; sic maledictum frustra prolatum in quempiam superuenit: & in psal. 108. Dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Hinc compertum est experientia, diabolū sumpsisse quandoq; hanc occasionem perducendi ad maleficium.

Octaua, quæ frequentissimè in mulieribus sexu locū habet, est desolatio, siue nimia tristitia, aut pusillanimitas in aduersis.

8. Causa
nimia tristitia,
tra.

DVM enim sceminæ in aduersitates, calamitates, aut perturbationes incidunt, animū abijciunt, maximè quando non est qui consoletur, aut consilio iuuet. Hanc oportunitatem Dæmon perferutat, atq; sub fictæ personæ forma, auxilium, consilium, & patronium promittit, cum maxima deceptione. Huius

Huic adiungere possumus immoderatam
qua multi se vindicare de alijs per fas & nefas
cupiunt: quod quando propter fragilitatem
non possunt, malignus se offert, & in spiri-
tibus vindictæ modos. Sed nunc cum contingat
ter alias vnâ esse causam præcipuâ perseueran-
tiæ in tam graui atque intolerabili dæmoni-
iugo, de hac paulò latius aliquid dicendum
pro remedio contra hoc durum vinculum.

9. *Causa,*
conuersio-
nis, despe-
ratio. *Nona Causa perseuerantiæ in tam*
scelere, est error quem Diabolus opinio-
nis, despe-
ratio. *hominum, quos capit, imprimit, ut si*
persuadeant, fieri haud posse, ut ad san-
cor conuertantur.

16. *Legimus in lib. Iudicum, quod Philisti-*
Samsonem fortissimum captum quamprimum
oculis priuarunt, priuatum ad pisistrinum
legarunt, & molere fecerunt, omnibusque
Iudibrijs & illusionibus affecerunt. Hos Phi-
listæos maligni spiritus sequuntur; quam-
primum hominem Christianum arte sua quocum-
que occasione aut specie deceperunt, om-
nesque eius vires effodiunt, atque persuadent
impossibilem esse reditum ad Deum, cuius
dem abnegauit; sicque hominem oculis pri-
uatum ad pisistrinum, id est suam grauem
intolerabilem seruitutem, atque si molere
id est, suis imperijs in omnibus satisfic-

solit, verberibus, minis & terroribus cogunt
atque ludibrijs efficiunt. Atque vt melius li-
gatum dæmon teneat, imperat sub maxima
pœna, vt infœlix homo omnia sua peruersa
consilia, & sceleratissimas suggestiones in se-
cretò teneat, nec vlli mortalium extra suam
societatem reuelet.

Altutissimus inimicus imitatur in hoc
negotio mores callidissimi alicuius amatoris,
qui honestam aliquam bonorum parentum
filiâ, aut honesti viri vxorê intendit seducere.
Is omni cura industriaque laborat, vt sua verba
facta, & consilia non deueniant in notitiam,
nihilque magis timet, quam ne puella paren-
tibus ea patefaciat, cognoscês hoc pacto paren-
tum prouidentia suos conatus frustrandos &
irritandos esse. Eodem modo diabolus in hoc
tam occulto, & ab hominum sensibus alieno
scelere omni ratione procurat, vt homo, quê
cepit, fraudulenta sua cõsilia nemini detegat.
Ad quem effectum consequendum minas in-
tentat, timorem incutit, & pudorem obijcit
his nodis anima miseri hominis intricata, se
expedire non potest; cum careat bono cõsilio
& tam Dei, quam hominum prudentû auxi-
lio destituatur. Ex hoc capite cõtingit paucis-
simos esse maleficos, aut sagas, qui in confes-
sione sacramentali hoc crimen confiteantur,
hincetiam sequitur exiguum esse numerum
eorum, qui vel quæ sua spontè conuertantur
ad Deum,

*Remedia
contra de-
spirationis
errorem.*

ad Deum, relicta diabolica societate, antequam
ad manus publicæ iustitiæ deueniant. Exa-
dem quoque causa oritur, quod nunquam
foemine potius optent & eligant mortem, quam
vitam, timentes ne iterum reducantur ad labi-
riosum illud molendinum. Cōtra hunc Dia-
bolicum errorem, & simplicium fallam opo-
nionem veritas statuenda est, quæ tenebras
fallitatis & erroris depellat. Veritas autem est
quod homo quicumque etiam à Diabolo de-
ceptus, cum gratia Dei potest per poenitentiam
redire ad gratiam, Diaboli iugum rumpere,
tam fœdam societatem relinquere, etiam qua-
cumque tempore. Hanc veritatem probant
mores Domini ad peccatores, Ezech. 8. pro-
cite à vobis omnes prauaricationes vestras,
quibus prauaricati estis, & facite vobis cor
nouum, & spiritum nouum: & quare mori-
mini? quia nolo mortem morientis, dicit Do-
minus Deus: reuertimini, & viuite, Eccles.
Impietas impij non nocebit ei, in quacunque
die conuersus fuerit: Hieremiæ 8. Nunquam
qui cadit, nõ adiciet vt resurgat? & qui auer-
sus est, non reuertetur? Quare ergo auer-
sus est populus iste, in Hierusalem auer-
tentiosa? apprehenderunt mendacium, & re-
luerunt reuerti, & cap. 3 in eodem propheta.
Tu autem fornicata es cum amatoribus meis:
tamen reuertere ad me, dicit Dominus
Esaia 55. Derelinquat impius viam suam, &

iniqui-

iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad
Dominum, & miserebitur eius, &c. quoniam
multus est ad ignoscendum. Eandem verita-
tem probant scripturæ, quæ attestantur Do-
minum soluere & rumpere vincula peccatorum.
vt David in psal. Dirupisti Domine vincula
mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Et iterum
in alio loco. Dominus soluit compeditos:
Dominus illuminet cæcos. Ad idem propo-
situm faciunt, quæ misericordiam & gratiam
Dei erga peccatores ostendunt: hæc Cōcionator
facile congregabit contra prædictum erro-
rem. Quicumque ergo à Diabolo decipitur, aut
deceptus est, & sub tam dura seruitute agit,
quantumcunque fidem infideli addixerit, obe-
dientiamque præstiterit, redeat ad cor, fran-
gat perfidiam, poeniteat, inuocet Deum: cœlestis
curiæ reginam, desolatorum aduocatam B.
Virginem, Angelum custodem, & sanctos: resis-
tat aduersario in fide, & vincet. Tanto autem
facilius tam abominabilis status relinquitur,
quanto citius deseritur. Optimum consili-
um est, vt homo quamprimum se delusum cog-
noscat, ingemiscat, peccatum confiteatur bono
& prudenti confessario, & fidei nostræ armis
fortiter se muniat cōtra aduersarium, eiusque
insule forti & constanti animo repellat. Pleri-
que enim, qui his laqueis victi tenentur,
multis molestijs afficiuntur, si iugum abijcere
diabolicum, & fœdera infidelis amicitiae rumpere

per-

pere contendant. At si constanter se Dæmonum insultibus opponant, induendo armaturam Dei & scutum fidei arripiendo, victriam obtinebunt, neq; tam graues patiuntur tribulationes. Vt hoc rectius intelligatur, firmitus animis inhaereat, similitudine dicitur, quod Dæmon aduersarius noster terram & mores habet muliebres, quantum imbecillitatem viriū, & animi peruicaciam. Sicut enim femina mala cum viro rixans, si eum conspiciat erecto animo, & constanti vultu resistere, & verbis verbera obire, ilico animum abijcit, & terga vertit, deinceps facile aliquid simile tentat. Si autem maritum timidum, meticulosum, fugacemque deprehenderit, in extremam surgit auidiam, & virum ferociter inuadit. Similiter hostis noster facere consuevit, si quem perit timidum & inconstantem in tentationibus, & animum abijcientem in tantis insultibus, non est bestia super terram ferocior, audacior. Vnde in nostro proposito timidi & tristibus minatur, & non raro intentat verbera, ni morem gerant suo imperio. Sed si incidat in militem fortem & imperterritum, hilari vultu repugnantem, dissidens de victoria fugit, & eum in pace relinquit. Hoc optimè ait S. Gregorius: Diabolus cum fortiter resistitur, debilis est vt formica: Cuius vero suggestio recipitur, fortis est, vt leo. Non ergo in hoc deceptionis genere crudelitatem sauiantis, quam minis & verberibus committit, pertimescat, sed confidendo in Dei misericordia & auxilio, viriliter in fide repugnet, sic tandem triumphabit, & dæmon confusus discedet. Inflammat ad hoc nostros animos, exemplū magni illius spiritualis ducis S. Anthonij, quem nouitium in eremo sauisimis excepit verberibus, ita vt semianimis relictus ad proximum vicum curandi causa deferri debuerit. At Anthonij aliquantulum conualescens ad primum locū denuò se contulit adseruiendū Deo, paratus ad noua verbera pro beneplacito Dei, nec vlla iniuria diaboli à proposito deterrebatur. Hac animi constantia virum sanctum munitum nequissimi spiritus cum accedere non auderent, varias formas induentes, ferarum more alij rugiebant, alij ululabant, alij dentibus frendebant, alij flammas ore, naribus, auribusq; emittebant, vt terrorem incuterent, cui verbera inferre nequibant, ad impediendum ipsum in via salutis. Sed vbi fortissimum athletam nec verbera curare, nec horrenda spectra pertimescere cognouerunt, se victos & confusos confestim discesserunt. De his Athanasius in vita Anthonij. Hoc tamen adhuc referre non pigebit ex vita eiusdem sancti, quod relata dignum est: ferunt de eo, dum verbera terroresque perferret, lucem ei diuinitus apparuisse,

qua expauefacti dæmones diffugere: Anthonium verò eo splendore recreatum erexit se, & quasi præsentem Dominum aspiceret, dixisse. Vbi eras bone Iesu, vbi eras: respondit: acceperis: Aderam Anthoni, sed euentum pugnae tuae præstolabar, quam quoniam imperterritus, immotusq; viriliter sustinisti, manet te victoriae tuae indeficiens in caelestri triumphus, præmiumq; sempiternum: Omnis ergo Diaboli vis atq; decertatio, constantis & pij animi continuatione destruitur. Similia in vita Hilarionis refert S. Hieronymus. Plurima sanctorum exempla, qui fortitudine & constantia Diabolo restiterunt, qui videre voluerit, legat Marcum Marulū de religiose viuendi institutione lib. 5. ca. 7. Postremo, ut huic præludio finem faciamus, si quis hac arte Diabolica captus est, confiteatur sacerdoti prudenti, & reuelet in confessione malū, quo detinetur: poeniteat, & in futurum armis muniat spiritualibus. Scriptum est enim Prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: Qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Et ut S. Hieronymus ait in cap. 10. Ecclesiast. in illa verba: Si momorderit serpens in silentio, Si quem Diabolus occultè momorderit, & nullo conficio eum peccati veneno infecerit: Si tacuerit qui percussus est, & non egerit poenitentiam, nec vulnus suum fratri & magistro

volus

voluerit confiteri, magister qui linguam habet ad curandum, facile ei prodesse non poterit: si enim erubescat ægrotus vulnus medicum confiteri, quod ignorat, medicina non curat. Molestissimè fert inimicus, quod homo sua consilia manifestet, & impedit quantum potest, obijcit timorem & pudorem. Sed tu sequere consilium Ecclesiast. cap. 4. Pro anima tua non confundaris verum dicere. Sancti patres tanquam firmam obseruarunt regulam, euidenter diabolicam esse cogitationem, quam inior seniori confunditur aperire. Vnde Cassianus ait. Non poterit Diabolus circumuenire vel deicere iuuenem monachū, nisi eum, quem viderit aut per superbiam, aut per verecundiam suas cogitationes seniorē celare.

16. Præludium. *Diabolus, qui ab imitatio similis esse voluit altissimo, adhuc in suis operibus ad hominum deceptionem diuina opera imitari contendit, & similitudinem quandam Dei affectat.*

Hinc summo operè desiderat adorari, quod diuinae maiestati competit. Matth. 4. Hęc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, & 25. q. 5. c. Nec mirū. Atq; hoc tritum est apud omnes Theologos & canonistas, ut Grilland. attestatur de Sortilegijs. q. 7. nu. 9. Ex eadem causa dæmones sacrificia expetunt Aug. li. 20. contra Faustū, c. 21. Cui & Philoso. consentiūt:

L a

Apuleius

Apuleius in lib. de Deo Socratis, (quem et
 eius teste Augustino 8. de Ciuit. 14. de De-
 mone Socratis intitulasset) dicit, ex Dæmon-
 bus alios diurnis sacrificijs gaudere, alios no-
 cturnis: esse qui lætioribus: esse qui tristio-
 ribus hostijs, ritibus & ceremonijs delectentur.
 Porphyrius lib. 2. de abstinentia animalium
 subindicat ciuitatibus interdum opus esse
 Dæmonibus sacra facere, ne frugibus, ne diu-
 tijs, ne vrbi ipsi noceant. Nam rata est, inquit,
 apud omnes fides, eos læsuros genus humanum,
 si irascantur, propterea quod negligantur, ne-
 que cultum legitimum nanciscantur. Sic Au-
 gust. d. lib. cap. 13. tribuit labeoni, quod ma-
 iora mala cruētis victimis placari existima-
 uerit: & ibidem cap. 16. Ex Apulei platonice
 sententia mores Dæmonum depingit, qui
 dixit eos eisdem, quibus homines animi per-
 turbationibus agitari, irritari iniurijs, obli-
 quijs donisque placari, gaudere honoribus,
 diuersis sacrorum ritibus oblectari, & in eis
 quid neglectum fuerit cōmoueri. Hoc fun-
 damento præsupposito, facilè multa intelli-
 guntur, quæ Dæmones expetunt à maleficijs:
 vt, quod disciplina in conuentu rectè seruetur,
 quam si quis violauerit, malè ab ipso, vt
 suis ministris tractatur, & irascitur. Sic Hele-
 nam quandam ex pago S. Mathiæ, quæ morti
 sententiã & eius executionē accepit An. Do-
 mini 1589. 15. Iulij, dæmon, qui se Beelzebub
 nomine

nominabat, in faciem ita malè percussit quod
 aliquot diebus ægrotauerit: eò quod cum
 prima vice ad conuentum cursumque venisset,
 & multitudinem personarum vidisset,
 dixerit Domine De^o, quomodo huc veni. Sic
 Annam quandam ex pago S. Medardi prope
 monasterium S. Mathiæ, quæ mortis suppli-
 cium subiit 11. Augusti, Anno Domini 1590.
 per gradus deiecit, ita quod quatuor in cor-
 pore vulnera acceperit eò quod ei morè gere-
 re nolebat. Sic etiam sæpe si in aliquo offen-
 dant per alias maleficas aut sagas eas cædit, vt
 suprà exemplis declaratum est.

17. Præludium. *Sicut unicuique ho-
 mini ab ortu natiuitatis sue, ad tutelam
 & custodiam, deputatus est bonus Angelus,
 secundum sacras literas, & sanctorum pa-
 trum doctrinam: Ita etiam ad exercitiū
 ac tentationem malus spiritus destinatus
 cuilibet, vt Doctores sentiunt.*

ANGELORVM custodiam calumnia-
 tur. Caluinus in institutionibus sect. 7. c.
 14. & in cap. 18. Matth. & alibi quem sequun-
 tur eiusdem farinae homines: sed Catholica
 Ecclesia angelorum tutelam firmiter am-
 plectitur. Nunc probatur prima preludij pars
 Psal. 90. Angelis suis mandauit de te. & Psal.

33. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Genesis 48. iacob dicit: Angelus, qui pascit me, & liberauit me à iniquitate mea. Ecclesijs. Ne dicas coram angelo non est prouidentia, ne fortè iratus contra sermones tuos, discipet cuncta opera manuum tuarum. Vbi S. Hieron. Non enim in ventum dicta transeunt, sed à præsenti angelo, qui vnicuique adhæret comes, statim perferuntur ad Dominum. Matth. 18. Videte ne condemnatis vnū ex his pusillis, dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, Actuum 12. Puella Rhode, cum nunciaret Petrum stare ante ianuam, Astantes dixerunt: Angelus eius est. Consentiant Doctores & Theologi S. Hieronym. in d. c. Matth. Magna, inquit, est dignitas animarum, vt vnaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum de legatum. August. in soliloquijs c. 27. Chrysostom. hom. 60. in Matth. & hom. 3. in Epist. ad Thessalonicen. Basil. lib. 3. contra Eunomium his verbis: Quod singulis hominibus ad vitam dirigendam, nemo contradixerit, qui verborum Domini recordatur. Angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris, &c. Inde psalmista dicit. Castrametatur Angelus Domini in circuitu timentium eum. Et, Angelus, qui me eruit de iuuentute mea,

& quæ

& quæcunq; talia: Hæc Basilus. Origen. hom. 5. in Numeros, & hom. 35. in Lucam, Gregorius Nysenus in lib. de vita Moyfis. Bernard. serm. 11. super Psalm. Qui habitat: in verba vers. Angelis suis mandauit de te. Hilarius, Theophil. OEcumenius & alij communiter in cap. Matth. 18. Casianus in coll. 8. cap. 17. S. Thomas 1. parte q. 113. S. Bonaventura cum Magistro Sententiarum, & omnibus DD. in 2. d. 11. Custodiæ angelicæ plures sunt effectus, qui à Doctoribus ex sacris literis colliguntur. Tres autem generales assignari possunt: defensio contra aduersarij violentiam, ne opprimat: Eruditio & directio contra eius astutiam in decipiendo & seducendo: Exhortatio & inductio ad bonum, ne blanditijs moueat voluntatem ad consentiendum. Sunt autem multi particulares, de quibus auctoritates scripturæ legendæ Concionatoribus apud S. Bonaventuram, Albertum & Gabriel. in d. dist. 11. & latissimè apud Franciscum Feuardentium in appendice ad libros Alphonsi Castrenf. de hæresibus lib. 1. in verbo. Angeli. hæresi 3. Si quis dicat. Cum Angeli boni etiam virtute naturali præditi sint, & dono gratiæ adiuuentur, quomodo non vincunt Dæmones, & prohibent ne homines tentatione superent. Responderetur, hoc non prouenire ex defectu angelicæ custodiæ,

L 4

sed

sed ex nostra voluntate libera, quæ non acquiescit consilijs & suggestionibus angelicis. Angelorum custodia & directio non cogit hominem ad bonum, voluntati vim inferendo, sed excitando & persuadendo mouet pro natura voluntatis liberæ. Cōtingit etiam aliter quando ex ordine diuinæ iustitiæ & prouidentia. quæ modum & ordinem angelorum custodiæ præscribit propter demerita custodiri.

Quantum ad secundam partem præiudicij quod etiam quisque homo habeat Dæmonem exercentem delignatum, tradunt S. Gregorius loco cit. apud Magistrum in 2. d. 11. Chryl. siue auctor operis imperfecti hom. 40. in Mat. Lactantius li. 2. de Origine erroris ca. 15. Celsianus loco citato. Magist. & DD. in d. d. probat Celsian. Si, inquit, consideremus illum, qui B. Iob expetiit, apertissimè instruemur illum fuisse, qui semper insidiatus ei, nunquam eum ad peccatum potuerit incitare: & idcirco potestatem à Domino poposcisse: velut qui non virtute illius, sed Domini defensione, qui illum semper protexerit, vinceretur. De Iuda quoque dicitur, & diabolus stetit à dextris eius. Ad hanc doctrinam platonici accedunt. Apuleius multa scripsit de Dæmone Socratis. AEGiptiorū doctrina traditum est, ab Dæmonum præside Deo, pro ratione propositæ vitæ, Dæmonem assignari, nō ab astris

Psal. 108.

ant Planeta: quod sensisse Porphyrius putatur, vt auctor est Iamblicus. Philosophorum varias sententias de Dæmonibus cuiq; assignatis refert Cælius Rhodiginus, lectionum antiquarum lib. 1. c. 31. Hinc illud pulchrum apud Plutarchum, in lib. de Romanorū fortuna exemplum. Cum Marcus Antonius & Augustus, singulari amicitia & beneuolentia iuncti, habito otio, sæpè lusibus inter se diuersis transmittere tempus soliti essent, & M. Antonius semper victus abiret: Quidam apud eum diuinandi peritia clarus, audacter ita admonere cepit O Anthoni, quid nam tibi cum adolescente isto? Refuge ipsum, & vincta. Tu quidem illustrior es, natu item grandior, sed pluriū quoq; imperator, bella multa exantlasti, peritia rerum præstātor es. At nescio, quo pacto huius ipsius Dæmonem Dæmon reformidet tuus. Quin tua quidem fortuna ampla est ex se, sed fortunæ adolescentis subblanditur. Quod ni abieris procul, ad illū defecturam apparet. *Dubium esse potest: An mutato loco, mutetur & Dæmon?* Quidam enim absurdum arbitrantur, eodem referente Cælio, lib. d. cap. 32. quod Dæmon vnus ita in mancipium venerit, vt ne latum quidem vnguam à nobis discedat, quantumuis longinqua terrarum spacia abierimus: Qui etiam in ea sunt opinione, ex eadem radice, quod homo in vno loco sit fortunatior, quam in alio.

L 5

Quia

Quia cum in qualibet Dæmonū decuria, plura sint dignitatis & virtutum discernicula, variatis locis varij sunt rerum euentus. Sic felicitior & fortunatior erit in loco, qui potentiorē Dæmonem adeptus fuerit, infelicitior qui inferiorem & debiliorem, vt exemplo à Plutarcho relato ostenditur. His annotationis vt propositū prosequamur: bonus Angelus, & spiritus malus circa hominis actus in custodia & exercitio sibi aduersantur. Contrarij enim principiorū & formarū contrarij sunt effectus & operationes. Angelus custos & tutelarīs rectē agentibus adest, salutaria consilia suggerit, ad bonum incitat, ne in peccatum cadat, aut si ceciderit, statim resurgat, sollicitat. Dæmon susurrando semper ad peccatum instigat, mala consilia proponit, ad malū instruit, teporē & soporem immittit, mentem excæcat, vt homo in peccatis fordescat, laborat, omnia media fallacia adhibet, donec manibus pedibusq; ligatum miserum hominem teneat, & pro sua peruersa voluntate regat. Bonus Angelus dux & auctor homini existit, vt Dei noua creatura in baptismo fiat, Deo in perpetuum, vt iustum est, suam seruitutem & cultum impendat, & addicat: Diabolo & pompæ eius abrenunciet. Dæmon proprius in hoc detestabili malefici opere instigator est, vt homo in primis confessioni in baptismo factæ abrenunciet, Deo

B. Virgi

B. Virgini & omnibus sanctis valedicat, sibi suam operam addicat, obedientiam præster. Et sicut Iudith clarissima, herois, angelum itineris sui & castitatis directorem inter prophetarū barbaras atq; impuras manus propugnatorem habuit: sic dæmoni cura est vt hominem ad impurissimam libidinem inducat. Deinde quemadmodū Angelus Abacuc Prophetam in Babylonem tulit, vt prandiū Danieli in lacu leonum traderet, & iterum in Iudeam expedito negotio cōfestim reportauit, & in locum suum restituit: Ita dæmon suum maleficum, ad conuentū defert, & per acta tragædiae magica, reportat ad locum in quo suscepit. Imò etiam sicut Angelus B. Petrum, percusso latere eius excitauit è somno: Ita Dæmon malefici etiam suum clientem è somno excitat, vt multorum confessionibus didicimus, vt congregationem & cursum adeat, quando præscripto tempore conueniendum. Vbi & hoc occurrit notandum. Sicut Abacuc, qui nec Babylonem viderat & lacum nesciebat, vt scriptura attestatur, à bono angelo ad locum longè situm & ignotum deferrebat. Ita malefici à suis Martinetis, aut Martinellis vt aliqui vocant, nostri autem vt plurimum Amasios appellant, aliquando deducuntur ad loca ignota, & multum remota, cū tamen putent, quod sint profectum ad conuentū vicinū. Martinetus enim non

orum

Iudith. 13.

Actor. 12.

Dan. 14.

eorum voluntati obsequitur, sed suæ nequitia, aut sui præsidis imperio studet satisfacere. In conuentibus enim non rarò vnus superior Dæmon toti multitudini præsidet, cuius præscripto omnia diriguntur: Sicut etiam in Polytica republica, multi sunt ministri, consiliarij, rectores & executores, quibus vnus supremus præsidet, & cuncta moderatur & dirigit: Atq; hoc etiam satis conuenit eis, qui sacræ literæ de bonorum angelorum culta dia & præsentia tradunt. Daniel meminit angeli Græcorum, Persarum, & Michaeli patroni filiorum Israël; Moyse angeli castrorum, Ioannes in Apocalypsi Angeli Ephesi, & Smyrnæ, &c. Sicut ergo vni prouincia, exercitui aut Ecclesiæ præest vnus Angelus bonus, licet singuli suos habeant tutelares; Sic etiam vnus Dæmon præsidet, alicui congregationi maleficorum & Martinetorum. Hinc qui de naturis, differētij, officijs & præsentia Dæmonum scribunt, tradunt Dæmonem nomine Bathyn ducem magnum & fortem cursu velocissimo homines transferre de regione in regionem, cui subsunt triginta legiones. Idem opus tribuunt alteri Principi cui nomen Gaap, vel Tap, cuius imperio etiam multæ legiones in obsequio sunt. Sed Dæmonum nomina & distincta officia, & numerum subiectorum nemo scire potest, nisi ab ipsis didicerit secundum doctrinam Augustini

Justiniani lib. 21. de Ciuitate Dei cap. 6. Neque enim, inquit, potuit nisi primum ipsis docentibus disci, quid quisq; eorum appetat, quid exhorreat, quo inuitetur numine, vel cogatur.

Hac de præludij. Nunc prior quæstionis pars per conclusiones resoluitur.

I. Conclusio. *Malefici, Magi, diuinatores, vel quicumq; alij pactum cum Dæmonibus habentes, nulla vera possunt facere miracula.*

Magi, Malefici nulla vera faciunt miracula, sed tantum mirabilia.

PROBATUR Conclusio, quia facere miracula vera, est argumentum diuinitatis, & arguit infinitam potentiam: ergò solum cõpetit Deo, iuxta illud Psalmi. Qui facit mirabilia magna solus. Deinde, facere miracula, excedit ordinem totius naturæ creatæ, ergò non est in potestate Dæmonis: Hanc conclusionem probant S. Thomas 1. par. q. 110. art. 4. & q. 114. art. 4. Alexand. Halen. 2. part. q. 45. S. Bonauent. & alij Doctores in 2. sent. dist. 7. & habetur in 26 q. 5. cap. Nec mirum, ex August.

Dictum in conclusione (vera miracula) Quia Dæmones etiam possunt facere mirabilia, quæ homines mirantur, quia eorum facultatem & cognitionem superant. Sic Magi Pharaonis veros serpentes & ranas fecerunt per virtutem dæmonis, vt attestatur August.

lib. 20.

lib. 20. de Ciuit. cap. 18 non tamen rationem veri miraculi attingerunt, cum fecerint per applicationem actiuorum naturalium ad talem effectum. Ad maiorem Conclusionis huiusmodi aduertendum ex doctrina S. Thomae par. q. 110. art. 4. ad. 2. quod miracula simpliciter loquendo, dicuntur, quando aliqua sunt præter ordinem totius naturæ creatæ. Et quia non omnis virtus naturæ creatæ est nobis nota, idè cum fit aliquid præter ordinem naturæ creatæ nobis non notæ per virtutem creatam nobis ignotam, est miraculum quoad nos: Quia eius causam non cognoscimus, licet sit sub ordine naturæ creatæ & limitatæ. Sic quando Dæmones aliquid faciunt sua virtute naturali, quæ maxima in ipsis est, & maior quam vt à nobis comprehendatur, miraculum non est simpliciter, sed quoad nos. Ignari sæpe multa admirantur, cum causam non cognoscant, quæ docti causarum cõcursum & coniunctionem perspicientes pro cõmunibus habent. Ex hac radice nota est illa distinctio Magiæ, qua diuiditur in eam, quæ fit ministerio substantiæ separatæ, quam omnes Christiani semper damnarunt, & in aliam naturalem, quæ quædam pars est Philosophiæ naturalis abditæ & secretioris docens res summa admiratione dignas efficere ex applicatione mutua agentium & patientium naturalium. Hanc distinctionem amplectun-

tur D.

tar D. Hieronymus in cap. 2. Danielis super illis verbis. Præcipit rex vt cõuocarentur Haruoli & magi & malefici, &c. Iustin. Martyr in lib. qq. à gentibus propolitarum q. 24. & 26. Victoria in Relectione de arte Magica numero 7. & alij alibi. Qua ratione nomen Magiæ absolute non significat artem illam magicam, quæ Dæmonum auxilio & scientia vitur, sed artem & facultatem faciendi opera occulta & mirabilia non solùm extra solitum rerum cursum, sed supra hominum communem opinionem & captum. Insunt enim rebus naturalibus mirabiles virtutes, quas non omnes homines, sed ij tantum qui longo tempore & mira experientia abditas rerum causas perferutati sunt, cognoscunt. Huius Philosophiæ secretioris Chaldæi fuerunt studiosissimi, cuius terminis cum non essent contenti, sed ex curiositate plus cepissent sapere, quam oportet, spirituum inspiratione tracti inciderunt cum primis in damnatas artes Magicas. Quare cum Francisco Victoria sic rectè Magia poterit defini, quod sit effectrix & operatrix multorum operum & effectuum, quorum ratio comprehendi & intelligi mente non potest. Quod sic intelligendum, non quod eorum ratio simpliciter nõ possit intelligi, sed quod nisi ab illis, qui summam nauarunt operam in rimandis secretioribus rerum causis, &

si hæc

si hæc philosophiæ pars more aliarum scientiarum vulgaris fieret in scholis, & communis multis redderetur, nomen magiæ amitteret, & Physicæ naturaliq; scientiæ ascriberetur. Huiusmodi naturalia exempla ponit Augustinus lib. 21. de Ciuit. cap. 4. Salamandra in ignibus viuit. Quidam Siciliæ montes semper per flammis æstuant, non tamen consumuntur, sed integri perseverant. Et de magnetibus refert, quod quando iuxta eam ponitur Adamas non rapit ferrum, & si iam rapuerit, & appropinquauerit, mox remittit. Sic nauis in mare nauigantes in Indiam referunt magneticas in quibusdam locis esse, quæ medio cursu nauigia, si quid in eis ferri sit, vel clauus vnus, sistant, detineant, & attrahant. Quare qui illac sunt præternauigaturi postes nauium ligneis clauis compingunt. In cap. 5. alia exempla refert. Apud Carantes fons fertur esse tam frigidus diebus, vt non bibatur, tam feruidus noctibus, vt non tangatur. Et in Epiro est alius fons, in quo flammæ, vt in cæteris accensæ extinguuntur, sed non vt in cæteris accenduntur extinctæ. In Perside lapis nomine Solenites gignitur, cuius interior candor cum Luna crescit, atq; deficit. Alia plura rerum naturalium exempla ponit S. Augustinus, quæ Ludouicus Viues ex aliorum naturæ inuestigatoribus Plinio, Lucretio, Herodoto, Mela, Solino & similibus illustrat.

Multa

Multa similia exempla naturalis Magiæ ponit Guilhelmus Parisiensis in 2. parte 2. principalis de Vniuerso cap. 21 utpote quod lapis laphis fuget serpentes. Quare aquilæ ponunt illam in nidis suis vt per ipsum terreant, & abigant serpentes. Lapis Gagates nominatus virginitatem perditam prodit. Vnde redactus in puluerem in potu sumi non potest à muliere corrupta. Hoc experimento in maiori Britannia probare consueuerunt, qui pueri, quæque puellæ virgines essent. Arboris, quæ agnus castus dicitur, famosissima virtus est ad conseruandam castitatem, vnde & nomen accepisse videtur. De lapide Elyroïda naturales scripserant ipsum posse contra colorem, cuius operationem ita impedit, vt gestantem illum videri non sinat: de his latius Guilhelmus Aristoteles in lib. de mirabilibus quoq; attestatur in monte Egero herbam Charissiam reperiri, quam si mulier portauerit, homines ad amorem pelliciet.

Damon autem tam mirabiles effectus cum Magis vel maleficis triplici potissimum modo operatur.

Tripliciter malefici demonis ope mirabilia faciunt.

1. Vel effectus per naturam, aut artem factos aliunde trahendo, ita vt hominibus videantur in præsentia mirabiliter effecti.
2. Vel de nouo occultè faciendo, per applicationem causarum naturalium actiua passiuè coniungendo, & accelerando actiones,

M

quan-

quantum natura patitur, & suę potestatis subtilitas valet.

3. Vel secundum apparentiam tantum, deludendo sensus per præstigia & illusiones phantasmatum. Si enim ipse Sathan potest parere in corpore assumpto: quare non potest formas aliarum rerum effingere, & suis sibus hominum obiscere?

2. Concluf. *Magi vel malefici non possunt transmutare materiam ex una forma in aliam: vel clarius, Malefici non possunt immediatè virtute Damonis, in rebus naturalibus siue corporalibus aliam quam imprimere formam naturalem.*

HAEC Conclufio est contra quosdam Platonicos, qui posuerunt formas corporales deriuari à substantijs spiritualibus, per modum participationis: & quosdam alios in hac materia, de quibus in sequenti conclufione.

Probatur Conclufio: Dæmones non possunt: ergo nec magi, nec malefici: quia ipsorum opera Diaboli adiuti operantur. Antecedentis veritatem astruunt August. lib. 3. de Trinitat. cap. 7. & 8. S. Thom. 1. par. q. 65. art. 4. & q. 110. art. 2. & q. 114. art. 4. ad 2. & lib. 3. contra Gentil. cap. 103. Alexand. Halen. par. q. 43. art. 1. & 2. S. Bonauent. in 2. ser.

dill.

dill. 7. par. 2. art. 2. q. 1. & 2. Francif. Victoria in Relect. de arte Magica à num. 35. & Aristot. lib. 7. Meraphysicæ à textu 26. Vbi tradit formas non imprimi in materiam ab aliqua substantia separata, sed reduci in actum de potentia materiæ, per actionem formæ in materia existentis, quia simile fit à simili sibi: sed quod propriè fit, est compositum, ergo fit à composito, & non à substantia separata. Vnde omnia quæ fiunt in hoc mundo, fiunt à similibus causis, effectus enim virtute est in causa. Qua ratione cum omnia sint eminenter in Deo, & non in alijs creaturis spiritualibus, ipseque sit infinitæ potentia, potest transmutare res de forma in formam, creare, annihilare, & producere, absque vilo adminiculo alicuius causæ particularis, vt etiam fecit in rerum omnium creatione & productione. Atque tunc suo imperio, quod nulla creatura immutare potest, virtutem & naturam naturalibus agentibus indidit, vt suos effectus producant. Vnde sicut de terra dixit: Germinet herbam virentem, & non hominem: Ita de homine: Crescite & multiplicate, vt in Genesi scriptum est. Sicut ergo terra germinat herbam virentem: ita homo hominè, & ignis ignem producit. Ex hac Concluf. sequitur.

3. Concluf. *Magi vel malefici virtute Damonis nec se, nec alios homines*

At 2 verè

*verè & realiter possunt transformare in
lupos, cattos, vel aliam quamcunque
bestiam.*

HAEC Conclusio non solum est vera se-
cundum veram philosophiã: sed etiam
fidei veritatem, ita vt si quis cum pertinacia
contrarium credat aut dicat, sit hæreticus &
infidelis. Dictum (verè & realiter) quia per
illusionè & apparentiam bene fit. Conclusio
est contra Ioannem Bodinum, lib. 2. de Magi-
cã, cap. 6. & alios ab eo cita-
tos. Ipse enim multis exemplis probare inten-
dit, Lycanthropiam, vt vocat, id est, trans-
formationem hominis in lupum: nostra autè
Concl. est in contrarium; & eam tradunt Au-
gustinus lib. 18. de Ciuitate Dei. cap. 17. & 18.
vbi expressè tenet omnia talia fieri phanta-
sticè & per præstigias; & sic soluit fabulas illas
ex Varrone & poëtis de socijs Vlyssis mutatis
in bestias, & à Circe & Arcadib⁹ in lupos con-
uersis Chrylost. hom. 29. in. Matth. tom. 4. ad
Thomas 1. par. q. 114. ar. 4. ad 2. S. Bonau. loco
citato Franciscus Victoria in Relect. de arte
Magica propè finem. Alfonso à Castro lib. 1.
de iusta hæreticorum punitione cap. 14. Bar-
tholomæus Spineus, sacri pallatij Magister, lib. 1.
q. de strigibus cap. 8. Malleus malefic. 1. par. c.
10. & alibi. Iosephus Angles in floribus Theo-
logicarum quæstionum, ad Sixtum Quintum
prin-

prima parte in 2. sentent. in q. vnica de arte
Magica, difficultate 9. Ioan. à Turrecremata
in 26. q. 5. cap. Episcopi. Vlricus Molitor in
dialogis de Pythonicis mulieribus ad Sigif-
mundum Archiducem Austriae, cap. 10. deter-
minatione tertia. quare malè eum Bodinus
pro se allegat. Lambertus Danæus in dialogo
de sortarijs. ca. 3. Paulus Grillandus Iuriscon-
sultus in lib. de diuersis criminibus lib. 2. de
Sortilegijs q. 7. cuius opera sunt in volumine
4. oceani Iuris. Et hæc veritas expressè defini-
tur in dicto cap. Episcopi: his verbis. *Quisquis
credit posse fieri aliquam creaturam aut in
melius, aut in deterius commutari, aut trans-
formari in aliam speciem, vel in aliam simili-
tudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fe-
cit, & per quem omnia facta sunt; proculdu-
bio infidelis est, & pagano deterior: & ibidem
in c. Nec mirum, ex Augustino de Ciuit. Et
probatur euidenti ratione. Si homo potest
transmutari in cattum, lupum, aut aliam bes-
tiam; aut mutatur, secundum corpus vel ani-
mam, aut secundum vtrumque. Si primum:
ergo talis homo moritur, quia mors nihil ali-
ud est, quam separatio animæ à corpore. Si
moritur: ergo nõ potest operatione demõnis
coniungi iterum anima cum corpore, hoc
enim est opus diuinæ potentia: Dominus
enim mortificat & viuificat. Si secundũ dica-
tur, ita vt fiat transmutatio totius in totum:
ergo*

ergo homo definit esse, quando incipit esse bestia, quia generatio vnus est corruptio al-
terius: ergo de nouo creatur homo, quando
bestia redit ad naturam hominis, nec est
idem numero homo, qui erat prius: & alia se-
quuntur falsa contra veritatem & fidem.

Quod ergo de hominū in lupos, aut alias
bestias conuersione refertur, nihil veritatis
habet, & omnino ridiculum est, quod scribitur
de se Lucianus in dialogo de asino, nimirum
quod cum in Thessalia discenda Magiæ causa
versaretur, mutatus fuerit in asinum, cum
fieri optasset auis. Non enim hoc dixit, quia
ita verè putaret, sed quia talibus argumentis
delectabatur. Simile est quod Apuleius in li-
bro de asino aureo narrat sibi accidisse, quod ve-
neno accepto, humano animo permanente
Asinus fieret. Sic Ouidius lib. 1. Metamorph.
Lycaonem Arcadiæ regem à Ioue in lupum,
ob sua scelera mutatū finxit. vbi sic loquitur,

*Colligit os rabiem, solit aq̄ cupidine cadis.
Vtitur in pecudes, & nunc quoq̄ sanguine gaudet.
Fit Lupus, &c.*

Sic etiam Vergil. Eglog. 8. Merim veneti-
cis & herbis se potuisse in lupum transfor-
mare canit. Multa ex historijs de his adfer-
re Bodinus, sed à Catholica veritate non est ide-
recedendū, Plinius suo tempore etiam refer-

has fabulas fuisse in opinione quorundā li. 8.
naturalis historiæ cap. 22. vbi ait. Homines in
lupos verti: rursumq̄; restitui sibi falsum esse
confidenter existimare debemus: aut crede-
re omnia, quæ fabulosa tot seculis comperi-
mus. Vnde tamen ista vulgò in fixa sit fama
in tantum vt in maledictis versipelles ha-
beant, indicabitur. Euantes inter auctores
Græciæ non sprete tradit, Arcades scribere,
ex gente Antæi cuiusdam sorte familia ele-
ctum ad stagnum quoddam regionis eius du-
ci: vestituq̄; in quercu suspenso tranare. at-
que abire in deserta, transfigurariq̄; in lu-
pum, & cum cæteris eiusdem generis congre-
gari per annos nouem. Quo in tempore, si ho-
mine abstinerit, reuerti ad idem stagnum, &
cum tranauerit, effigiem recipere, ad pristinū
statum, addito nouem annorū senio. Mirum
est, inquit Plinius, quo processit Græca cre-
dulitas. Nullum tam impudens mendacium
est, vt teste careat. Itaq̄; Copas qui Olympio-
nica scripsit, narrat Demarchum Parrhasium
in sacrificio, quod Arcades Ioui Lyceo huma-
na etiam cū hostia faciebant, immolati pueri
exta gustasse, & in lupum se conuertisse. Me-
minit etiā huius narrationis S. August. li. d. c.
17. & cap. 18. suam sententiā rectè profert de
hac mutatione, quæ cum multū faciat ad in-
structionē pro fidei veritate, placet eius verba
paucis ascribere. Sic incipit ca. 18. enumeratis

in c. 17 incredibilibus hominum commutationibus ex Varrone. Sed de ista tanta ludificatione Dæmonum, nos quid dicamus, qui hæc legent, fortassis & expectât, quid christiani agere debeant, quando inter idola gentium miracula fieri asseruntur. Et quid dicimus, nisi de medio Babylonis esse fugiendum? Quod præceptum propheticum ita spiritaliter intelligitur, vt de huius seculi ciuitate, que profectio & angelorum & hominum societas impiorum est, fidei passibus, quæ per dilectionem operantur, in deum viuum proficiendo fugiamus. Quanto quippe in hæc ima potestatem Dæmonum maiorem videmus, tanto tenacius mediatori est inherendum, per quem de imis ad summa conscendimus. Si enim dixerimus ea non esse credenda, non desunt etiam nunc, qui eiusmodi quædam, vel certissima audisse, vel etiam expertos se esse asseuerent. Nam & nos cum essemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium, vbi stabularias mulieres imbutas his malis artibus, in casco dare solere dicebant, quibus vellent, seu possent viatoribus, vnde in iumenta ilico verterentur, & necessaria quæque portarent, postque perfuncta opera iterum ad se rediret, nec tamen in eis mentem fieri bestialem, sed rationale humanamque seruari. Sicut Apuleius in libris, quos Asini aurei titulo inscripsit, libris bipsi accidisse, vt accepto veneno, humano

animo

animo permanente, a sinu fieret, aut iudicabit, aut finxit. Hæc vel falsa sunt, vel tam inuisitata, vt merito non credantur. Firmissime tamen credendum est, omnipotentem Deum omnia posse facere, quæ voluerit, siue iudicando, siue præstando, nec Dæmones aliquid operari secundum naturæ suæ potentiam, quia & ipsa angelica creatura est, licet proprio sit vitio maligna, nisi quod ille permiserit, cuius iudicia occulta sunt multa, iniusta nulla. Nec sanè Dæmones naturas creant, si aliquid tale faciunt, de qualibus factis ista vertitur quæstio, sed specietenus quæ à vero Deo sunt creata commutant, vt videantur esse, quod non sunt. Non ita solum animum, sed nec corpus quidem vlla ratione crediderim Dæmonum arte, vel potestate in membra, vel lineamenta bestialia veraciter posse conuertere, &c. Ex his Augustini verbis clarè ostenditur, non esse veras, sed phantasticas transformationes. Ad idem fortiùs confirmandum facit ratio naturalis alia, quam facit Alphons. Castren. loco citato. Nulla forma substantialis potest alicui materiæ velut illius forma vniri, nisi à solo illo agente, qui possit illam producere. Agens quod non potest formam substantialè producere, nec potest etiam illam materiæ vnire. Quoniam sic vniedo videtur ipsum compositum ex materia & forma producere. At ineptia est maxima dicere,

M 5

quod

quod aliquod agens producat aliquod compositum, cuius nec materiam, nec formam producere potest. Deus igitur, qui solus animam hominis producere & creare potest, etiam solus potest illam postquam à corpore suo fuit separata, iterum eidem corpori unire. Nam alius ille, qui animam corpori uniret, hominem illum fecisse diceretur, quod nefas est dicere Demonem facere posse: Quia dicente Deo, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: Apertè nos docuit, ipsius hominis productionem tantam esse, ut propagatione conclusa, soli Deo convenire possit. Deinde (quod etiam August. in dictis verbis insinuare visus est) anima humana tantè nobilitatis est, ut non nisi corpus humanum & organicum informare possit, ut constat. Nam si quælibet forma substantialis exigit certas dispositiones in materia, ut illam informare possit: Anima humana profectò, quæ est nobilissima forma, maiores & nobiliores etiam requirit dispositiones, ut corpus organicum & lineamentis distinctum, ut illud informet. Quod autè arte Dæmonis tale corpus organicum verum, & potentia vitam habens tanta celeritate formari queat, ut anima ei uniat, non est credendum. Dei autem potentie non repugnat, cui omnis materia subiacet, qui etià de non esse omnia produxit: At creaturæ vlli tribuere, hoc est Deo proprium ei adimere, & creaturæ potentiam creatori

creatoris ascribere, quod ad blasphemiam spectat.

Quod aut Bodinus magnam vim ponat in cap. 4. Danielis de Nabuchdonosore, qui ex hominibus eiectus, & fenum ut bos commedit, nihil probat, quamuis Iosephus ante Bodinum occasione istorum verborum, quæ dixit (Et figura mea reuersa est ad me) putauerit Nabuchdonosorem regem non solum in amentiam versum, sed & in bouem mutatum, ita quod exteriorem figuram amisisset, indueritque bouinam. Sed Hieronymus in illud cap. Epiphanius & cõmuniter Doctores Catholici tenent cõtrarium, ut rectè Dionysius Carthusianus in d. cap. attestatur, & dicunt Nabuchdonosorem non formam, sed mentem & mores amisisse. Nec textus dicit, quod in bouem mutatus fuerit, sed contrarium apertè significat his verbis. Eadem hora sermo completus est super Nabuchdonosor, & ex omnibus eiectus est, & fenum ut bos commedit, & rore cœli corpus eius infectum est: donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & ungues eius quasi auium. Igitur post finem dierum ego Nabuchdonosor oculos meos ad cœlum leuaui, & sensus meus redditus est mihi, & altissimo benedixi. Ex his verbis cõstat Nabuchdonosorẽ non verè mutatũ in bouem, sed septem annis in amentiam versum, feno & herbis more bouis in lo-

in locis ab hominum conuersatione remotis vixisse. Quod adfertur illud Genes. 19. & Lucae. 17. de vxore Loth, quæ in pœnam peccati versa est in statuam salis, nihil ad propositum est: Quia id diuina potestate, non creata virtute factum est, Deus enim, vt supra significatum: cum sit omnipotens, potest vnâ substantiam in alteram transmutare. Fuit autem vxor Loth potius conuersa in statuam salis, quàm aliam substantiam, vt pœna corresponderet peccato, & vt in quo peccauerat etiam puniretur. Nam vt refert Nicolaus Lyranus secundum Hæbreos, fœmina ista vespere præcedenti noluit suo marito porrigere sal ad condimentum ciborum pro angelis, quoniâ instar conciuum suorum Sodomitarum affectum ad peregrinos non habebat, idcirco in statuam salis est conuersa. Nec etiam iterum statua salis mutata est in hominem, sed mansit in sua natura: Et sic Iosephus lib. 1. Antiquitatum Iudaicarum cap. 19. testatur se eam vidisse his verbis. Vxor Loth cum respiceret sæpe ciuitatem, & eius curam haberet interdicente Domino, ne faceret, in statuam salis conuersa dignoscitur. Vidi siquidem eam, hætenus enim manet.

Dicit aliquis: Cùm huiusmodi transmutationes verè & realiter non fiant, quomodo igitur apparent? Respondetur secundum Doctores, quod tantum secundum apparentiam fiunt,

sunt, & hoc potest contingere dupliciter: Vno modo ab interiori, potest enim dæmon mutare phantasiam hominis, & etiam sensus corporeos, vt aliud appareat obiectum, quam sit. Id quod experientia constat fieri etiam ex causis naturalibus. Nam videmus quod quandoque laborantes vehementissimis calidissimisque febribus, cadant in phrenesin, vel mentis alienationem, & dicant se esse, quod non sunt: & cum dæmon Deo permittente possit agere in corpora, nihil vetat, quo minus medianibus causis naturalibus, varias phantasias possit inducere. Alio modo ab extrinseco, ex parte sensibilis. Potest enim circumponere cuicumque rei corporeæ quamcumque formam corpoream, vt in eius specie videatur: vel res etiam veras supponere. Exemplum extat in vitis patrum. Quædam iuencula ita extitit maleficiata à quodam Iudæo, ad instantiam cuiusdam iuuenis, cuius turpitudini satisfacere volebat, vt omnibus videretur equa: ducta pro remedio ad sanctum Macharium, cuius sanctitatem rei veritas nõ potuit latere, qui mulierem esse cernebat & sic orans detegebat illusionem: & iterum, ab omnibus iuencula cognoscebatur. Dicebat autem vir sanctus id idèd iuenculæ contigisse, quod non vacaret rebus diuinis, & Ecclesiasticis mysterijs.

4. Concluf. *Magi & malefici pof-
funt ope demonum* sunt potestate Damonum facere ranas,
imperfecta animalia imperfecta serpentes, Ciniphes, limaces, & similia
facere animalia. animalia imperfecta, quæ secundum philo-
sophiam generantur ex putrefactione.

Sic docent August. lib. 3. de Trinit. cap. 7.
& 9. S. Thomas 1. parte q. 114. art. 4. ad 2.
S. Bonauent. in 2. d. 7. loc. citat. Alexan. Ha-
lenf. 2. par. q. 43. membro 2. & Magister ten-
tent. in 2. dist. 7. propè finem. Et constat
quod Magi Pharaonis ranas serpentesq; fece-
runt. Vbi autem ad Ciniphes ventum est, de-
fecerunt, & dixerunt. Digitus Dei est hic.
Aderat dominatio (inquit August.) prohi-
bentis per spiritum sanctum. Idem patet ra-
tione: Quæ generantur ex putrefactione,
qualia sunt huiusmodi imperfecta animalia,
faciliùs generantur, & quasi à casu, vt docet
Aristoteles lib. 7. Metaph. tex. 23. & ex causis
naturalibus: ergò Dæmones, per applicatio-
nem causarum naturalium, citiùs & celerius
potentia suæ virtutis possunt disponere ad
formæ vltimæ inductionem: & hoc vult
Augustinus loc. cit. cap. 8. quando dicit: Si-
cut nec parentes dicimus creatores hominû,
neq; agricolas frugum, quamuis eorum ex-
trinsecus adhibitis motibus ad ista creanda
Dei virtus interiùs operetur: Ita non solùm
malos, sed nec bonos angelos fas est putare
creatores,

Exod. 7.
& 8.

creatores, sed præ subtilitate sui sensus & cor-
poris, semina ista rerum nobis occultiora no-
uerunt, & ea per congruas contemperationes
elementorum latenter sparserunt. Atque ita
gignendarû rerum, atq; accelerandorû incre-
mentorum præbuerunt occasiones. Atq; in
hac autoritate, vt rectè notant quidam Do-
ctores, creationem intelligit August. vltimæ
formæ introductione. Hoc etiam aduerren-
dum, hanc conclusionem duabus præceden-
tibus non repugnare: quia hac intelligitur,
non quod malefici vel magi virtute diabolicæ
imprimant formam in materiam, sed tan-
tum dispositiuè, mediantibus agentibus na-
turalibus, concurrant.

5. Conclusio. *Malefici vel malefica Dæmones
rem veneram habent cum Dæmone.* cū malefi-
cis vene-
reant rem

PROBATVR ex August. li. 5. de Ciui. Dei
c. 23. & probat ab experientia, qua & hoc
infœlici tempore satis superq; probari potest.
Creberrima, ait, fama est, multiq; se expertos,
vel ab eis qui expertierant, de quorum fide
dubitandum non est, se audiuisse confirmât,
Siluanos & Faunos, quos vulgus incubos vo-
cat, improbos extitisse mulierib; & eorû ap-
petisse, & peregisse concubitû: & quosdâ Dæ-
mones, quos Dufios Galli nuncupant, absi-
duè hanc immunditiam & tentare & efficere,
vthoc negare impudentiæ videatur. August.
sequuntur

sequuntur cōmuniter Doctores. Isidorus l. 8. c. vlt. S. Thom. in 2. sent. dist. 8. & 1. par. q. 1. art. 3. ad 6. S. Boniuent. in d. 8. 2. sent. art. 3. q. 1. Dionys. Carthus. ibidem q. 2. Guilhelmus Parisiens. in vltima parte de vniuerso cap. 23. Martin. Arles in tract. de superstitionib. Scotus in 2. d. 8. q. vnica. Gabr. ibid. q. 1. conclus. 2. Alphonsus Castren. lib. 1. de iusta hæret. punitione cap. 16. Doctores mallei maleficarum 1. par. q. 3. Innocentius Octauus Papa in Bulla præposita malleo maleficarum, quæ nunc est reducta in 7. Decretalium in titulo de maleficis & incantatoribus. Cardinalis Caietan. in 2. 2. S. Thomæ q. 95. art. 3. Barth. Spineus in tract. de Strigib. cap. 6. Barth. Medina in 1. 2. S. Thom. q. 72. art. 2. Ioannes Nider in Fornicatio: Vlricus Molitor in Dialogo habito cum Sigismundo Archiduce Austriae cap. 5. & 6. Paulus Grilland. lib. 2. de Sorzilegijs q. 7. num 13. Ioannes Bodinus lib. 2. ca. 7. Thomas Erastus doctè in Dialogo de Strigibus non longè à fine ac alij alibi: & hæc est indubitata veritas, quam nō solum experientia certissima comprobatur, sed etiam antiquitas confirmat, quicquid quidam medici & Iurisperiti opinentur. Et sic sine ratione ac villo fundamēto Ioan. Fichardus in cōsilio m. dicit esse incredibile, merè præstigiosum, & somnium: mulierū cum dæmone venereum congressum, etiam si inquisitores hæreticæ

prauitatis

prauitatis, & alij Papatui adhærentes stabiliat ac etiam rationi, & naturali intellectui repugnare. Sed frustra dicitur quod non probatur. Si antiquitatem spectes Catholicorum sententia auctoritatā & experientiam habet. Nam Augustinus, Guilhelmus Parisiens. D. Thomas & alij suis temporibus experientia hanc veritatem compertam attestantur. Si auctoritatem, communis est Theologorum sententia, qui non solum doctissimi in Philosophia, sed etiam in Theologia & omni genere disciplinarum extiterunt, vt eorum monumenta relicta omnibus demonstrant: Si nostrorum temporum testes requiruntur nō solum edentulæ vetulæ, nec deliræ mulieres, sed adolescentes, iuvenes, & viri docti in iure & sacris literis homines vtriusque sexus & status, qui ob ingenij, & donorum naturalium ac acquisitorū præstantiam publicis functionibus præfuerunt, attestantur se expertos hanc turpitudinem, ita vt negare impudentig videatur, vt August. rectè ait. Atque aduocati maleficorum, ne cogantur hoc præsupposito concesso, concedere eos morte mulctandos, etiam si homines aut iumenta veneno non interfecerint, somniant somnia esse, quod Docti & indocti verissimum fatentur, & volunt vigilantes facere dormitantes contra eorum propriam voluntatem, vigilantem rationem, & acutam sensuum functionem: Plusquam

N

mille

mille annis per temporum successiones habuerunt, & nunc aduocati Regni Sathanæ somnia esse somniant, quæ vigilantes in vigilia exercent, & sani mente & corpore vera confitentur. Et certè vt rectè Thomas Erastus docet singulæ singulos habent suos Amos ornatu, aspectu, nomine distinctos, & statim, aut saltem cito à contracta societate, aut pactione congregari solent, sicut vbiq; vniuersæ, vbiq; captæ fuerint, magnè semper consensu asseuerarunt. Quod non nunc non solum ad fæminas, sed etiam ad viros, quorum hoc deplorato seculo factus magnus numerus hanc sectam detestabilem sequitur, referimus. Et quoniam fortasse multi existimant aliquid impossibile contra rerum naturam & capacitatem humani intellectus dici in hac Theologorum doctrina latius & distinctius eam placet hoc loco in gratiam ignorantium declarare.

In primis nemo tantæ sit ignorantia, quod in Dæmonibus putet esse discretionem sexus, quod alius sit mas, alius fæmina. Differentia sexus non habet locum in substantijs à materia separatis. Fuit enim aliquando quorundam error dicentium inter Dæmones esse sexum fæmineum & masculinum generari sicut inter homines, & posse filios & filias generare. Hinc gentiles Deos & Deas adorabant

bant, & Poëtæ de nuptijs & coniugijs Deorum mentionem fecerunt, Sed rectius Marcus quidem, qui longo tempore Dæmonum cultui operam dederat apud Michaëlem Pselum de natura Dæmonum docuit has masculinis & fæminæ differentias non inesse Dæmonibus, sed apparere, nullamq; formam in eis stabilem permanere. Sic vt experientia cognoscimus viris apparent in maleficorum exercitio sub forma fæminæ: Mulieri autem sub specie viri.

Deinde sciendum quod aliqui ex Patribus videntur sentire, quod gigantes quidam luuuium præcesserunt fuerint nati ex angelorum & mulierum concubitu, cui sententiæ fauent Iustinus martyr in Apologia ad Senatorem Romanum, & in alia Apologia ad Antoninum Pium, Tertullianus in lib. de habitu mulierum. Lactant. lib. 2. de Origine erroris ca. 15. Eusebius li. 5. de præparat. Evangelica, c. 4. Philo in l. de gigantibus. Ambros. lib. de Noe & Arca cap. 4. hi patres & alij videntur sentire, quod angeli cum mulieribus peccauerint, & pro his facit illud Genes. 6. Videtes filij Dei filias hominū, quæ essent pulchre, sumpserunt sibi vxores. Respondetur, S. Patres per angelos non intellexisse spirituales substantias, sed viros illustres Dei cultus studiosos, ex sancta stirpe Seth descendentes, quæ quoniam vsque ad illud tempus in cultu

vnus Dei perseuerarunt, à scriptura vocati sunt filij Dei. Editio vero septuaginta interpretum vetustior angelos Dei appellauit. Iusti enim homines in scriptura angelorum nomine nuncupantur. Sic de Ioanne scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum: & sacerdotes in Malachia angeli domini exercituum dicuntur, & hanc expositionem August. loco citato amplectitur. Ad eandem expositionem accedit Guilh. Parisi. lo. ci. Dionys. Carthol. in c. 6. Genes. & in 2. d. 8. q. d. Calsia. coll. & c. 21. & alij nunc cõmuniter dictam expositionem apprehendunt. Nunc vt ad resolutionem propius accedamus, cum spiritus carnem & ossa non habeat, caret etiam anima vegetatiua, & sic operationes animę eiusdem habere nequit, quia cuius non est potentia, eius etiam nec est actus: Generare autem præsupponit animam vegetatiuam & nutritiuam. Semen enim, quod medium est ad generationem, siue sperma vt vocant, est pars substantiæ corporis viuentis, remanens ex cibo optimè digesto in proxima dispositione ad sanguinem, secundum phisicos. Vnde dicuntur multum venerei, quando totum semen in facili libidine exhauserunt, emittere sanguinem. Hinc sequitur, quod generare propriè nõ potest competere Dæmonibus, cum non habeant principiũ intrinsecũ generationis, animam vegetatiuam nec sensitiuam. Sicut ergo

Dæmo

Dæmone nec esuriunt nec sitiunt, ita nec nutriuntur, nec semen aut sperma secernunt, nec libidine inflammantur & consequenti gradu non generant. Quia vbi non est potentia, ibi non est actus. Nullo ergo modo more hominum semen ex propria substantia sumendo & secernendo dæmones cum mulieribus coire possunt. Et sic intelligendi sunt Calsia. loco citato, quando ait. Nullo modo credendum est spirituales naturas coire cum feminis carnaliter posse. Chrysof. hom. 22. in Genes. Impossibile esse, vt improbi angeli cum feminis coitum exercent. Et Philatter Episcopus Brixientis in lib. aduersus hæreses cap. 108. Et in hoc articulo meritò contentions Theologi cum omnibus, qui dicunt impossibilem esse coitum Dæmonum cum mulieribus. Et hac annotata doctrina ruunt omnia argumenta, quæ facit Ioan. Vierus in lib. de Lamis ca. 13. & li. 3. de præstigijs Dæmon cap. 21. Confirmant enim ea, quæ iam diximus. Sed quamuis propriè generare non possit Dæmon, generationem tamè procurare eius naturæ non repugnat, & in hoc Catholicorum Theologorum sententia videtur à medicis & quibusdam Iurisperitis Theologiæ ignaris discordare. Quando autè Dæmon cum femina in forma viri rem veneream habet, aut semen viri succumbendo recipit, aut procurando alius pollutionem colligit, & feminæ

N 3

incum.

incumbendo infundit: aut frequenter alium humorem ad illum actum accommodat, ut videatur sperma emittere. Et hoc postremum communiter accidit, quando Dæmon cum maleficis & sagis rem habet. Nam contentur ferè omnes, quod semen sit frigidum. Quia cum non excitatur à corpore viuo sensitivo, calor naturalis nullus conconitur. Non tamen negandum absolute, quod non possit sequi, Dæmone procurante & Deo permittente, generatio in muliere: cum à multis viris in philosophia & Theologia doctissimis contrarium dicatur, & quod multis eisque sapientibus & doctis videtur non potest omninò esse falsum iuxta doctrinam Aristotelis 7. physic. & in fine de somno & vigilia. Atque ut hæc Theologia simul & philosophia intelligatur, aduertendum ex S. Bonauentura in 2. d. 8. artic. 3. q. 1. & alijs alibi, quod in actu generationis hæc concurrunt, Seminis constitutio secundum nervos & virtutes, Calor naturalis tali speciei competens, Seminis sic perfecti transfusio, & susceptio. Primum conuenit illi soli, cui Deus dedit vim vegetatiuam & propagatiuam: & sic nullo modo competit Dæmonibus corpus assumptibus. Semen autem suscipere & transfundere non repugnat Dæmoni in corpore assumpto. Quia potest assumere corpus palpabile & solidum, ita ut vi-

deatur

deatur quasi humanum, ac habeat figuram & instrumenta apta ad recipiendum, & deferendum semen ad generandum, atque etiam illud valet mouere, prout conuenit tali actui, ut semen à muliere in loco deputato ad generationem recipiatur. Recipit autem semen, ut antea dictum, succumbendo viris, aut procurando pollutionem, & colligendo semen, demum transfundit incumbendo mulieri. Et cum, ut optimè Guilielmus Parisiensis dicit, nemo dubitare possit huiusmodi spiritus super omnes medicos & physicos nosse naturam tam vitilis quam muliebris feminis, illud nouit sua sagacitate, & acceleratione in sua virtute & temperatura conseruare, ut sit aptum ad generandum. Quando autem in tali casu sequeretur generatio, natus filius non esset filius Dæmonis, sed illius hominis, à quo semen secretum & collectum est, ut DD. attestantur.

Non enim necesse est, quod omne quod procurat generationem, verè Pater nominetur. Atq; hinc etiã constat quod sic generatus non sit similis Dæmoni, sed ei, à quo semen excisum est: Quia verè generans generat sibi simile & speciem propagat. VVierus d. capit. 3. dicit S. Thomam nugari, quando tradit Dæmonem calorem naturalem

N 4 posse

posse conseruare : sed ipse verè cæcutiens est quod sua medicina & physica dæmonis potestatem & scientiam velit metiri. Non enim solum S. Thomas sic docuit : Sed etiam S. Bernardus, Scot. Gabriel. Richard. Guillelmus Parisiensis, Medina & tota schola Theologorum in eandem abierunt sententiã. Philosophi & physici fuerunt, & tamen nihil hic, quod philosophiæ repugnaret, inuenerunt. Theologie peritissimi exiiterunt, & hoc dæmonum subtilitati & potentie congruum intellexerunt, nec in tali Theologia est quod reprehendi a philisopho aut Theologo possit.

DVBIVM HIC MO.
ueri potest.

Cum nihil afficiatur nisi ad id quod sue natura conueniens & congruum est, quomodo spiritus qui carnem & ossa non habet, delectatur peccato carnali, & appetit coire cum feminis?

HVI vs dubij difficultatem augere potest si vera libido & carnalis delectatio est in Dæmonibus, possent huiusmodi libidinem faciliùs explere inter se ipsos, & maiori cum voluptate cum facillè sit eis virorum & mulierù speciosissimas formas assumere & effingere, & coniunctio huiusmodi adinuicem

magis

magis esset naturalis quam cum viris aut mulieribus propter naturæ similitudinem ideoque maior esset voluptas. Hęc difficultas querit quomodo in Dæmonibus sit peccatù carnale. In primis sicut in Dæmonibus quantum ad reatum omnia sunt peccata ita & peccatù carnis. Quia homines ad omnia peccata perpetranda inducunt & instigant, vt nemini dubium est, maxime autem ad peccatum carnis vt ex sequentibus patebit. Deinde vt ad dubium respondeamus, in dæmonibus peccatum carnis non potest esse secundum affectù, Nam illa peccata tantum sunt in dæmonibus, ad quæ spiritualis creatura afficitur, vt nunc probatum est; sed spiritualis creatura nõ afficitur ad ea, quæ sunt carnis & corporis, cum simile delectetur simili. Delectatur autem admodum libidinum & voluptatum turpium sordibus, vt tradunt Cassianus loc. cit. & S. Augustin, lib. 4. de ciuitate Dei cap. 27. quod contingit, non quod ipsi afficiantur carnali turpitudine, sed ex inuidia, qua genus humanum prosequuntur, eique inuident felicitatem quam ipsi perdiderunt. Peccata autem præstant impedimētum, ne homo finem suum vltimum, videlicet beatitudinem consequatur: præcipuè tamen fornicatione siue actu carnali & idololatria delectantur, secundù Glossam Leuitici 18. super illa verba. Ne polluamini in omnibus his, quibus contami-

N 5

nata

nata sunt gentes, &c. Quia in his & corpus & anima maculatur, & totus homo. Omne enim peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est. Qui autem fornicatur in corpus proprium peccat 1. Corinth. 6. Aliam rationem adiungere possumus: peccata carnalia, & turpes voluptates cum carne hoste animæ exerceantur, diutius hærent, & exercitio magis trahunt. Sicut enim per opera virtutis & pietatis frequentata homo efficitur pius & spiritualis: Ita per carnis ac turpis voluptatis facta continuata totus redditur carnalis, & ita non facile relinquit hoc peccatum, & quo diutius perseuerat, eo magis se implicat, & vehementis libidinis vinculum fortiùs stringit. Quod inimico, qui semper quærit, quem deuoret, optimè constat.

Dubitare quispiam etiam hic possit.

Quod non videantur mulieres, aut viri commercium cum Dæmone habentes, aliquam voluptatem, aut delectationem in tam scædo actu percipere, ideoque eum non expetere. Cum Dæmon utpote corpore & carnis substantia carens non seminando possit concurrere ad coitum. Ante omnia certissimum est Dæmonem posse inflammare carnem ad libidinem, ut homo quasi amoris ardeat. Halitus enim eius ardere facit
prunam

prunas, ut Iob ait. Hinc & spiritus fornicationis quidam dicitur, Osee 4. Spiritus fornicationis deceptit eos. Sic legimus apud S. Gregorium lib. 2. Dialogorum cap. 2. in vita S. Benedicti, quod viro sancto soli existenti apparuit tentator. Nam nigra paruaque auis, quæ vulgo merula nominatur, circa eius faciem volitare cepit, eiusque vultui importunè insistere, ita ut manu capi possit, si sanctus vir capere voluisset, sed signo crucis facto, recessit auis. Tanta autem carnis tentatio, aui eadem recedente secuta est, quantam vir sanctus nunquam fuerat expertus. Quandam namque aliquando femina viderat, quam malignus spiritus ante eius mentis oculos reduxit: tantoque igne serui Dei animum in specie illius accendit, ut dum in eius pectore amoris flamma vim caperet, etiam penè deserere eremum voluptate victus, deliberaret.

Tunc subito superna gratia respectus, ad semetipsum reuersus est: Atque vrticarum & veprium iuxta densa succrescere fruteta conspiciens, exutus indumento nudum se in spinarum aculeos & vrticas proiecit, ibique diu volutatus, donec corporis vulnera animæ vulnus curarent. Cumque pænalter bene foris arderet, extinxit quod intus illicitè ardebat. Si autè Dæmon tanta facilitate potuit ignem libinis incendere in viro sancto, qui vi-
tam

tam in omni austeritate, continentia, & munditia in solitudine agebat: Quid faciet in suo pecore, cui semper infidet & assidet, quod tam sœdissimo actu sœpius libidinis æstus inflamat? Simile refert Vincentius in speculo historiali ex vita Basilij magni, cuius tempore diues quidam vnicam habebat filiam, quam consecrare Deo statuerat: Quam seruus diuitis in coniugem desiderans, & habere non valens adijt maleficum, qui Dæmonem inuocauit & fornicationis spiritum mitti obtinuit ad filiam, quam accendit adeo libidine, vt in terram volutata clamaret se propter seruum torqueri, & pro liberatione sui seruo in coniugium tradi à patre peteret. Magna sanè est Dæmonis subtilitas, & in carnem occulta operatio, quare mouere potest carnem ad titillationem, vt pruriat, ac concitare spiritus & sperma ad libidinis fomenta. Tamen hoc naturalis ratio dicitur, quod vir maiorem delectationem experiatur coeundo cum succubo quam mulier cum incubo. Quoniam maior est abundantia feminis & naturalis vigoris in eo: & cum semen cum concupiscentia & delectatione resoluatur, vbi plus est de femine, ibi maior resolutio, & ex consequenti intensior libidinis ardor. Non tamen negandum est feminam etiam ex eadem causa sentire in tam sœdo actu delectationem: quia licet semen mulieris imperfectum sit,

propter

propter imperfectionem virtutis femineæ, naturalemque sexus debilitatem, maximè cum etiam sanguis menstruus seminis, quantitatem diminuat, tamen cum quadam concupiscentia etiam resoluatur, vt rectè tradit S. Thomas in 3. part. q. 31. artic. 5. ad vltimum. Quod rectiùs intelligitur, & magis physicum est, si quorundam medicorum sententiam teneamus contra Aristotelem lib. 1. de generat. animalium cap. 19. in fine, & lib. 2. cap. 4. & 5. & Auerroem 2. Colliget: cap. de iuuamentis testiculorum: Qui tradunt feminam seminando non actiue concurrere ad generationem, sed menstruum in femina proportionabiliter respondere semini in viro. Quare refert Aristoteles menstrua esse in feminis, quod sit in maribus genitura, nec fieri posse, vt duæ simul secretiones feminales agantur. Ideò semen femine non conferre ad generationem, nam si semen esset, menstrua non essent. Id tamen hic notandum ex Auerroë, quod etiam Magnus ille Theologus Guilhelmus Parisiensis exemplis & experiencijs confirmat, loco citato, facilius ex receptione qualicunq; feminis feminam concipere, & attrahere semen virile: quod magis cõfirmat communem Theologorum sententiam, quod mulier Dæmone procurante possit generare. Addit in rei confirmationem Auerrois se nouisse feminam

minam in vicinia cohabitantem probis moribus, & fidei integræ, quæ iureiurando confirmarit, concepisse infantem, semine ex balneo attracto, quod profudisset lasciuientia. Contrarium tamen quod semen mulieris excernatur & actiuè concurrat ad generandis effectum, tenent Gale. li. 2. de semine siue spermate. & li. 14. de vsu partiũ corporis humani. Auicenna doctrina quata Fen primæ primi, & lib. 9. de animalibus cap. 3. Albertus lib. 15. de animalibus prope finem. In quam sententiam tanquam magis physicam descendunt etiam Theologi. Guillelmus Parisiensis loco citato. Scotus in 3. sentent. d. 4. latissimè Cardinal. Caietanus in 2. 2. S. Thomæ q. 154. artic. 12. & ostendit etiam esse sententiam S. Thomæ: Franciscus Ferrarientis super caput 11. lib. 4. S. Thomæ contra gentes, & alij alibi. Horum doctorum sententia, quam verissimam puto, est quod semen mulieris dependenter concurrat cum facultate viri, ita vt vtrumque sit necessarium ad generationem. Et profecto vt rectè Caietanus docet, multum obstat opinioni Aristotelis, quod natura posuit veneream magnam delectationem in resolutione seu emissionem seminis in muliere. Cum enim natura agat propter finem, ita quod ex finali causa optima sumatur ratio in naturalibus, consequens est, quod natura opposuerit delectationem

in tali

in tali semine propter bonum speciei conseruandæ, sicut in seminatione viri. Et cum manifestè appareat, quod est delectatio non sicut in confricationibus & alleuationibus naturæ, sed venerea, adeo vt sensibilibiter quietet concupiscentiam veneream in mulieribus: non est consentaneum rationi, quod huiusmodi seminatio sit excrementum vteri, sed quod sit à natura ordinata ad conseruationem speciei. Delectatio enim venerea ex propria ratione ad actus generationi deseruiens spectat, & illos consequitur. His accedit pro confirmatione opinionis Galeni, quod vt ipse & alij tradunt, & veritas est, quod mulieres patiantur pollutionem, & committunt peccatum mollitiei, cuius ipse contrarium existimaui, & respondi aliquando cum Theologiam in monasterio Prumiensi docerem, motus auctoritate & philosophia Aristot. sed lecto Galeno & eius fundamento, & historijs sanctorum & de illusionibus mulierum, ad hanc Galeni sententiam. Mouet etiam ad confirmationem huius doctrinæ: secundum leges & iuris peritos, in foro ciuili mortis pœna imponitur mulieribus inuicem in libidinis & venereis actum prorumpentibus & se corrumpentibus: aut, vt quidam loquuntur, se mutuo subagitantibus, vt text. est in L. fœdissimã, C. ad L. Iuliam de adult. secundum vnũ sententiam. Glos. Salyc. & Godefr. ibidè, & Cynus dicit quosdam mulie.

mulieres fœdissima nequitia tentari, que libidinem suam exercent in alias mulieres, easque infectantur vt viri. De hac mulierum libidine Nicolaus Boërius in de. ii. 316 numero 13. Damhauderus in rerum criminal. præf. cap. 96. numero 10 Iulius Clarus lib. 5. sentent. Recept. iuris §. Fornicatio, num. 28. Rationes Aristotelis contra Galeni & Theologorum sententiam soluit Caietan. loco citato. Ex his ergo elicitur, non esse difficile Dæmoni, in muliere commouere libidinem & voluptatem, etiam si ipse è sua propria substantia nullum semen secernat. Vnum hic notandum singulare ex Guilhelmo Parisiensi, occasione illius dicti S. Pauli I. Corint. II. Mulier debet velare caput suum, & propter angelos: hoc quidem intellexerunt de angelis malis, quorum libidinem opinantur vehementer prouocari ac inflamari pulchritudine muliebrium capillorum: & sic incubi magis infesti sunt mulieribus pulchros crines habentibus. Quod contingit Deo iuste permittente, propter vanitatem, pompam, complacentiamque inanentalium mulierum: Aut enim in cultu & tinctura crinium cura nimia intendunt; aut sua pulchritudine alios in suam libidinem inflammare consueuerunt; aut in eis insolentia gloriantur. Et forsitan, ait, ad terrorem diuinæ bonitatis, prouidentia hanc tentationem à malignis spiritibus eas pati sinit, vt ab huius

modi

modi cultu desistant, timentes viros ad suam libidinem inflammare, dum ipsos Dæmones ad eam instigare & prouocare videntur.

Postremò, in maleficorum & sagarum cum Dæmone coitu etsi possibile sit ad procreationem Dæmonis in casu sequi generationem, iuxta Theologorum sententiam, tamen communiter non fit: cum Dæmon nõ tam intendat generationem, quam spurcitiæ eorum: nec verum infundit semen, sed alium humorem, aut saltem semen suo calore naturali destitutum, vt confessione fere omnium, qui in Germania, Gallia & Italia & alibi in tali crimine deprehensi sunt, didicimus. De quibus multa exempla Bodinus lib. 2. cap. 7. & aliqua Grilland. & DD. mallei malificorũ. Et apud nos omnis ætatis vtriusque sexus & status homines confitentur, se expertos hanc fœditatem cum suis circumstantijs. Et qui negat omnis ætatis & sexus in hoc fœdus recipi: etiam bis duo, quatuor facere, inficiari audebit, vt verbis Thomæ Erasti vtar. Et vt ex nostris aliqua subscribam: Ioannes Cuno prima vice, quando fidei & Deo abrenunciauit, matre verba prædicente, & celebratis nuptijs, vt vocat, rem veneream habuit cum sua Amasia, quam Capri barbam nominauit. Mater huius iuuenis Meiffenbets Anna / prima vice, adiacete proprio marito, & eo dormiente, cum suo Sedderhanf actum carnalem con-

O

sum-

summauit, & experta est non semen naturale, sed frigidum, & post tres dies idem Amelius nocte redijt, & iterum foedum actum repetijt, tunc vir adiacens excitatus interrogauit, quid rei & tumultus esset in cubiculo? Cui ipsa respondit spectrum fuisse, & virum ad se venisse. Tunc maritus: Si scirem te ex numero talium personarum esse, nunquam mihi amplius condormires. Deinde in loco conuentus dicto Hezenroberheid nigram materiam, aptam ad vnctionem, mulieri dedit, quam in nomine Diaboli mariti dormientis auribus imponeret, vt profundius dormiret. Nemo miretur hoc factum in praesentia mariti: simile enim legimus in vita S. Bernardi lib. 2. cap. 6. Erat, vt narrat, in regione illa misera mulier, quae à quodam peccante Diabolo vexabatur. Habebat autem virum tam execrabilis commercij prorsus ignarum. Abutebatur igitur ea etiam in eodem lecto, cubante marito, inuisibiliter impurissimus ille adulter, & incredibili vexabat libidine. Sex annis latuit malum, nec detexit mulier tantum crimen. Septimo vero anno confusa est in seipsa, & expauit, tum propter collusionem tam continuam turpitudinis, tum propter timorem Dei, cuius iudicio singulorum momentis timebat intercipi & damnari. Confugit ad confessiones, peragrat ad loca sancta, sanctorum implorat suffragia, Eleemosynas largitur.

gitur: quotidie, vt prius, & importunius à demone infestatur. Denique in publicum scelus effusum est. Quo audito & cognito maritus eius contubernium execratur. Interea vir Dei S. Bernard. cum comitatu suo aduenit, cuius aduentum infelix mulier vt intellexit, accessit & ad eius pedes tremebunda se proiecit, aperiens cum lachrymis horribilem passionem, & iudicationem inueteratam, & quod nihil ei omnia profecissent, quaecumque fecisset. Addidit, sibi ab oppressore aduentum eius praeditum, & minaciter interdictum, ne ante eius praesentiam veniret, quia nihil ei prodesset, & ipse recedente Abbate, qui fuerat amator, crudelissimus fieret persecutor. Vir Dei haec audiens blandis mulierem verbis consolatur, & de caelo promittens auxilium, praecipit vt die altera (iam enim nox instabat) confidens in Domino reuerteretur. Reuersa mane, cum viro Dei blasphemias & minas, quas eadem nocte ab incubo suo audierat, retulisset: Ne cures, inquit vir Dei, minas eius, sed vade tolle baculum hunc nostrum, & pone in lectulo tuo, & si quid potest, agat. Egit mulier quod iussum fuerat, & recubans in lectulo suo, signo crucis munita iuxta se baculum ponit. Adest ille contumax, sed nec ad consuetum opus, nec ad ipsum cubile praesumit accedere: minatur tamen accerrime, quod discedente viro Dei ipse in eius supplicia reuerteretur. Instabat dies Dominica, & voluit

O a

vir Dei

vir Dei per edictū publicum Episcopi populū in Ecclesiam conueniri. Cum maximus populus conuenisset, inter missarum solemnia Comitantibus Carnotensi & Nannetensi Episcopis, ambonem conscendit, & vt omnes qui in Ecclesia erant, accensas candelas in manibus tenerent, locuturus edidit. Quod ipse cum Episcopis & clericis faciens, inauditōs Diaboli ausus publicē aperit, & fornicatorem spiritum, qui in tam horrenda iniquamenta etiam contra naturam suam exarsit, cum omnium fideiū, qui aderant, subscriptione anathematizat, & auctoritate Christi tam ad illam, quam ad omnes mulieres deinceps interdicit accessum. Extinctis itaque sacramentalibus illis luminibus, extincta est tota virtus Diaboli, & mulieri post confessionem communicanti nunquam postea inimicus apparuit. Ex hac historia constat nunc similia opera Dæmonem facere, qualia temporibus Augustini, Bernardi, Guilhelmi Parisiensis, & aliorum, qui nos multo tempore praesecerunt, nec aliquid noui confiteri nostris maleficos, quod ab hoste maligno olim non fuerit factum: formam & pellem bene mutat, sed non mores, malitiam ac fallaciam. Et sic semper in hoc negotio, sicut in alijs, verum manet illud Ecclesiastes cap. 1. Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est.

Nihil sub sole nouum, nec valet quisquā dicere: Ecce hoc recens est, iam enim praecedit in seculis, quæ fuerunt ante nos. Libet adhuc ad propositum vnum ex nostris addere indictorum confirmationem. Anno Domini 1589. 15. Iulij extremo supplicio est affecta malefica quædam nomine Maria, ex pago S. Medardi, prope Monasterium S. Matthiae, extra Ciuitatem Treuirensis, qui pagus subest iurisdictioni monasterij. Hæc quàm primum crimen & maleficia sua confessæ fuit, cum iam prætor, Scabini adiuncti & notarius, qui eius examini præerant, discessissent relicta ea in custodia valde malè fuit verberibus excepta ab amasio, & qui antea fuerat amator, vt minatus etiam fuit mulieri in vita S. Bernardi, crudelissimus factus est persecutor, quia veritatem rei gestæ iudici & scabinis aperuerat, & iterum ad Deum redire statuerat. Inimicus nec dum verberibus contentus, sed etiam linguam è faucibus vi eruere, & ipsam mulierem, iugulare contendit, nisi nuncius superuenisset, quem ob Dei amorem mulier rogauit, vt ei sacramentalem & benedictam candelam communicaret. Scabini & notarius regressi ad ipsam, linguam ore prominentem, & quasi extractam viderunt, & omnino tremebundos gestus in muliere animaduertunt. Hæc mulier inter reliqua confessionis puncta confessæ est, quod cum semel laboraret mēstruo,

Amasius nomine Beelzebub ad ipsam venerit volens venerem exercere, & eam menstruola- boratē cognoscens noluerit commercium habere, sed Phoe dixerit discedēdo. Exempla quæ hæcenus exactis inserui, & postmodum inferturus sum, autentica sunt, & scripta sub- scriptaq; manibus notariorum eorum, qui ea coram criminalibus iudicibus siue præfectis locorum, & aliquibus semper scabinis in exa- mine adiunctis in notam receperunt.

Malefici vim generatiuam coniugum impedire possunt ope demonū. 6. Concluf. *Malefici ope diabolica adiuui possunt impedire vim generatiuam inter coniuges, vel alias personas.*

PA T E T ex iure canonico in titulo de frigid. & malefic. & 33. q. 1. ca. Si per sortiaras, Et ratio est manifesta: Potestas dæmonis est maior potestate hominis, sed opere humano potest aliquis fieri impotens ad carnalem copulam, vt per castrationem, ruptionem, herbas, vel medicinas. Sic tenent communiter Theologi in 4. sentent. dist. 34. Canonistæ in tit. de frigid. & mal. & in d. 33. q. 1. c. Si per Sorzarias, Potest autem tale impedimentum poni, vel impediendo corpora, ne mutuò appropinquent, vel adhibendo occultè virtutes rerum, quas dæmon optimè nouit ad hoc validas; vel turbando imaginationem & phantasiam, ita vt reddat alterum coniugum exo- sum;

sum: vel prohibendo missionem spirituua ad membra, in quibus est virrus motiua & feminatiua; & alijs modis, qui sunt dæmoni- bus cogniti, nobis autem occulti. Legendus super hac materia Paludanus in 4. sentent. dist. 34.

7. Concluf. *Malefici auxilio dæmonum possunt morbos inferre, homines suis incantationibus interficere, & pecora occidere.* Malefici tam hominibus quàm pecoribus morbos & necem inferre possunt.

CONSTAT in primis ex historia Iob. 2. ca. quem percussit vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem. Et in Euangelio Luc. 13. & Marc. 9. dæmon reddidit hominem surdum & mutum. Et S. Augustinus in lib. de diuinat. cap. 6. testatur sæpè accipere potestatem morbos immittendi, & aërem viciando morbidum reddendi. Idem patet ex L. Multi. C. de malefic. & Mathem. Multi (ait lex) magicis artibus vsi elementa turbare, vitas in fontium labefactare non dubitant, & manibus accinctis audent ventilare, vt quisque suos cõficiat malis artibus inimicos: hos, quoniam naturæ peregrini sunt, feralis pestis absumat. Efficiunt autè talia malefici siue venefici, causis naturalib⁹, veneno, intoxicationibus, herbis alijsq; medijs, quæ multis modis norunt præparare, & cautissimè applicare.

Narrant quidam, quod Anarros Auicennam intoxicauerit, ponendo toxicum super folia libri, quem Auicenna solitus fuerat legere: quanto magis diabolica ars nouit omnia occultissimè adhibere? De huiusmodi herbis, quibus homines solent necare, mentio fit. In L. 3. §. adiectio. & seq. ff. ad legem Cornelia de sicarijs & uenicis. Eiusmodi sunt cicuta, Salmandria, Aconitum, Pintuocarpus, siue Pytiocampas, Bobustrum, Mandragora & Cantharides. Aliquando inficiunt etiam aërem circumstantem, quem homo respirando attrahit. Aliquãdo infidiãtur dormientibus. Familiare autem est maleficis vetulis, ut infantes & tenellos pueros fascinent. Hoc autè efficitur quandoq; ut Doctores tradunt, ex forti imaginatione hoc modo: fortis imaginatio immutat corporis coniuncti spiritus, & hinc imutatio spirituum maximè fit in oculis, ad quos subtiliores spiritus perueniunt. Oculi autem inficiunt aërem continuum, vsque ad determinatum spacium: quomodo specula noua & pura ex aspectu mulieris menstruatæ, ut tradit Aristoteles in libro de somno & vigilia, maculis inficiuntur. Sic etiam anima vetulæ vehementissimè ad malitiam concitata, aspectu venenoso, & noxio corpus tenerum infantis inficit. Contingit etiam, ad talem effectũ, malignum spiritũ ex pacto concurrere. & occultè ledere infantem,

8. Concl.

8. Concluf. *Magi & malefici possunt multos morbos curare quibus nulla medicorum scientia mederi valet, non tamen omnes.*

PROBATVR prima pars: quia vtuntur arte Dæmonum, qui præstant naturæ subtilitate, & longa rerum experientia: & multo rectius omnibus medicis norunt rerum naturalium virtutes & causas. Sic Plinius li. 24. cap. 17. variarum meminit herbarum, quibus Magi vel ad morbos depellendos, aut etiam inferendos, vtuntur: quæ quia hominibus sunt ignotæ, & velocissimæ operationis, plurimum admirationis adferunt nescientibus. Ad idem facit ratio S. Thom. in qq. disputatis de potentia q. 6. art. 3. Sicut ars, quæ imitatur naturam, potest quædam, quæ natura nequit, efficere: ita dæmones multa facere possunt, quæ & præter humanũ ingenium, omnem artem, & solitum naturæ cursum sunt.

Patet etiam secunda pars, quòd non possint curare omnes morbos: Quia quicquid possunt in hac arte, hoc efficiunt per applicationem causarum naturalium: sed hæ non possunt curare omnem morbum, maximè senectutis.

Dices: Si Dæmones tantæ sunt subtilitatis in naturalibus, possent ne protrahere vitam hominis ad octingentos, vel nongentos

O 5

annos,

annos, sicut olim homines viu ebant? Respon-
detur, quod non: quia per intemperantiam &
ignorantiam hominum natura est valde cor-
rupta, & morbis infecta: & res naturales, pre-
fertim cū etiam terra deficiat à prima sua in-
tegritate, non sunt tanti vigoris & virtutis,
sicuti in principio creationis. Statim post re-
rum creationem, ex diuina dispositione, om-
nia erant maioris perfectionis: complexio ho-
minum fortior & constantior, acceli in-
fluentia salubrior. Vide ad hanc materiam
Franciscum Victor. in Relectione de arte Ma-
gica, in solut. ad 4. non longè à fine, & Iose-
phum Angles in q. de ead. materia, octaua
difficultate.

9. *Conclus. Quamuis Magi & male-*
magorum fieri possint multos morbos curare, & male-
vt, remedia illata sapè dissoluere, licet non omnia
dia vel cō-
filio in ma-
lesici tal-
lendis.
non est tamen licitum Magos vel maleficos
accedere pro dissolutione: & qui contra fa-
cit, grauissimè peccat.

PROBATVR Leuit. 19. Non declinetis ad
Magos, nec ab Ariolis aliquid sciscitemini.
& cap. 20. Anima, quæ declinauerit ad Ma-
gos, & c. interficiam eam, & Deut. 18. & 26. q. 7.
cap. Non obseruetis: & in Cod. de malefic. &
mathe. L. Nullus, & L. Nemo. Et hoc in tan-
tum verū est, quod etiam si maleficus paratus
esset.

esset, nō esset licitum vti ipsius opera, contra
Angelum in verb. Superstitio §. 13. allegan-
tem pro se Aureolum in 4. dist. 34. qui putat
esse licitum petere dissolutionem à parato:
Sed communis sententia est in contrarium. S.
Thom. in 4. dist. 34. q. 1. art. 3. S. Bonauent. ibi-
dem q. 2. Syluester in verb. maleficium. q. 8.
Caietanus & Aurea Armilla ibidem, Turre-
cremata 33. q. 1. super ca. Si per fortiaras. Mar-
tinus Nauar. in manuali cap. 11. num. 29. Ra-
tio etiam probat. Maleficus communiter nō
potest tollere, nisi per inuocationem & auxi-
lium Dæmonis. At Dæmonis auxilium
inuocare ex se malum est, & nulla circun-
stantia potest muniti, vt sit bonum. Ergo
quisquis petit à malefico, vt faciat id, quod si-
ne peccato non potest, peccat: quia sic petens,
consentit peccato alterius. Non solum autem
qui faciunt, sed etiam qui consentiunt faci-
entibus, digni sunt morte. Rom. 8.

Si tamen maleficium adhibitum tale esset,
quod sine inuocatione dæmonis remoueri
posset, per remotionem signorum aut vnguē-
torum, tunc non esset illicitum procurare ip-
sius dissolutionem. Licitum autem est male-
ficia soluere per opera pia & Ecclesiastica, vt-
pote exorcismos, sacramentalia, sacramentorū
frequentationem, orationes, ieiunia, aliaque
pietatis exercitia, de quibus in cap. Si per for-
tiarias.

10. *Con-*

10. Concluf. *Magi & malefici, potestate demonum instructi, possunt tempestates mouere, pluuias, tonitrua, grandinem, pruinam, aliaq; n. et eora producere.*

Iob. 1. et 2. **P**ROBATVR ex historia Iob. Sathanæ pro-
 curatione, ignis de cælo cecidit, & tactat
 oues, puerosq; consumpsit, & iterum: vehemens
 ventus irruit à regione deserti, & concussit
 quatuor angulos domus, quæ corruens
 oppressit liberos, & in Psal. 77. Et occidit in
 grandine vineas eorum, & moros eorum in
 pruina. Et tradidit grandini iumenta eorum,
 & possessiones eorum igni. Misit in eos iram
 indignationis suæ, indignationem, & iram &
 tribulationem, immissiones per Angelos malos,
 &c. Super quæ verba legendus est Augustin.
 Idem patet in C. de malefic. & mathem.
 L. Multi. Verb. Elementa turbare, & ibidem
 L. eorum: cuius verba sunt. Eorum est scientia
 punianda, & seuerissimis meritò legibus
 vindicanda, qui magicis accincti artibus,
 aut contra salutem hominum moliti, aut pudicos
 animos ad libidinè deflectisse deteguntur.
 Nullis verò criminationibus implicanda sunt
 quæ sita humanis corporibus remedia, aut in
 agrestibus locis innocenter adhibita suffragia,
 ne maturis vindemijs metuerentur imbres,
 aut ventis & grandinis lapidatione quaterentur,
 quibus nõ cuiusq; salus aut æstigmatio

ratio læderetur, sed quorum proficit actus
 ne diuina munera, & labores hominum ster-
 nerentur. Hæc in d. L.

Probatvr ratione. Omnia meteorologica,
 vt constat ex libris Aristotelis Meteorologi-
 cis, generantur in regione aëris, ex concursu
 elementorum & causarum naturalium.
 Sed dæmonibus hæc inferiora subiacent, quoad
 motum localem, Deo permittente: ergo.

II. Conclufio. *Quæ ex proxima elicitur: Magi & malefici possunt efficere sterilitatem, & rerum necessariorum ad conseruationem humane vitæ inopiam.*

PROBATVR. Omnia quæ in terra crescunt,
 & necessaria sunt ad sustentationem hominum,
 dependent ex motu & influentia corporum
 cælestium, & elementorum temperamento.
 Si igitur elementa turbentur, tempestates
 venti; sine ordine & modo excitentur,
 nec non grandines & pruina immitantur,
 quæ agris, vineis, arboribus & frugibus,
 noceant: sequuntur sterilitas & rerum
 inopia.

12. Concluf. *Magi & malefici sæpè transferuntur corporibus verè & realiter de loco ad locum, & ad conuentus suos.*

HAEC Concluf. est contra Ioan. Francif. cum Ponzinibium in lib. de Lamijs & excellentia vtriusque iuris, qui habetur in vol. 10. Oceani iuris, contra Andream Alciarū lib. 8. parergon iuris. cap. 22. Martinum Arletū in tract. de superstitionibus, Vlricum Molitorum in Dialogis de Pythonicis mulieribus, & alios quosdam. Communis autem & vera sententia tener conclusionem. Sic tradunt Turrecrem. in ca. Episcopi. 26. q. 5. Guilhel. mus parisiensis vltima parte de Vniuerso; cap. 21. Malleus in 1. & 2. par. Bartholomæus Spi. neus in q. de strigibus cap. 5. & in Apologia prima contra ponzinibium. Francif. Victor. in Relect. de arte magica, à num. 32. Alfonso. Castren. li. 1. de iusta hæret. punitione à cap. 14. Syluest. in verb. Hæresis. 3. à num. 6. Card. Caietan. 2. 2. q. 95. super. art. 3. S. Thom. Iosep. Angles in floribus loc. citat. difficult. 5. Mart. Nauar. in manuali cap. 11. num. 38. Paul. Grill. Iurisconsultus Iacissimè in lib. 2. de Sortile. gijs q. 7. Ioan. Bodinus lib. 2. cap. 4. & hæc est communis sententia, cui contradicere, repugnat Thèologiæ, Philosophiæ, & rerum experientia certissima.

Probatum conclusio. Dæmones sunt integri in potentia naturali, sicut boni Angeli, ut probatum est in preludio 8. Sed boni Angeli possunt transferre corpora breuissimo tempore de loco ad locum: ergo & mali. Assumptū proba-

probatum ex 14. cap. Danielis. Angelus apprehendit prophetam Abacuc in vertice capitis, & ex Iudæa breuissimo tempore in Babylonem tulit, & restituit iterum confestim in locum suum, ut scriptura loquitur: & Angelus malus, Matthæi 4. assumpsit Saluatorem, & statuit supra pinnaculum templi, & in Euangelio Dæmones à Christo expulsi, ex permissione diuina intrauerunt porcos, & eos præcipitarunt in mare. Fit autem huiusmodi translatio breuissimo tempore non tamè in instantis quia motus tanto velocior est, quanto maior virtus mouentis, ut rerum experientia & philosophia testantur. Vnde philosophi credunt, si motor infinitæ sit virtutis, motum posse fieri in instanti. Est autem maior potentia diaboli, quam homo cognoscere valeat. Quare facillè colligi potest, quod diabolus breuissimo tempore deferre corpora ad remotissima loca valet. Constat etiam hæc veritas experientia: Multi vtriusq; sexus viri, mulieres, pueri & puellæ confitentur id verum esse. Imò quandoque deferuntur à demonibus ad cursum: & quia vel nomen Iesus ex improviso nominant, vel signo crucis se muniunt, vel aliud signum Christiani præstant, alijs disparentibus, pedestris ordinis fiunt in redeundo, qui ferebatur à diabolo in adeundo conuertuntur quandoque cadunt ex arboribus in terram: & membra collidunt: quandoque, quia leges

leges diaboli transgrediuntur, miserè vel à diabolo tractantur, vel à socijs percutiuntur. Quoniam in priori æditione spem dedi me experientijs data meliori occasione vberius conclusionem probaturum, id nunc præstare decreui: in primis aliena, deinde nostra interam, Paulus Grillandus Iurisconsultus Italus in lib. 2. de Sortilegijs q. refert cum alijs experimentis, quod nec dum, inquit, decem elapsi sunt anni, quod mulier quædam iuuenula, infra 16. annum ætatis suæ existens, adhuc virgo, Sabinensis Diocesis, ex altero tamen oppido oriunda, à quadam alia malefica seducta, & ad ludum ducta fuerit, vt profiteretur illam sectam, & præmonita ne signo crucis se muniret in loco congregationis, accesserunt, iuuenula videns maximam virorum & mulierum multitudinem, & principem ipsum Sathanam in solio maiestatis superbè sedentem, & ornamentis auratis, & purpuratis vestibus decoratum, vehementer obstupuit, & cum esset simplex, incauta, immemor præmissæ admonitionis, stupefacta & admirata rerum magnificentiam & statum, signo crucis se munivit, dicendo: Iesu benedetto, che cosa è questa? id est Iesu benedicte, quæ res est ista? Nec dum verba protulerat, statim cuncta euauere, & omnibus luminaribus penitus extinctis, sola misera in maximis tenebris remansit, & maximo terrore affecta,

secta, pene mortua est. Recordata nominis Iesu & B. Virginis Mariæ, deuotissimis precibus se illis comendauit, & vouit castitatem, si incolumis euaderet. Quidam senex rusticus vna cum filia & asello transibat locum, vbi puella erat, & plurimum de sorte sua lamentabatur. Qui senex audito gemitu accessit, dicens, filia mea quid facis hic sola tempore nocturno? quam videns nudam magis obstupuit. Virgo pudore confusa lacrimans & suspiria trahens, viro se commendauit, vt illam duceret secum ad domum suam, quæ non multum distabat. In itinere totam facti feriem narrauit. Quibus auditis senex obstupuit & cum intellexisset de patria & parentibus virginis, decreuit parentes certiores reddere & puellam restituere. Retinuit eam domi sue duobus, aut tribus diebus, & vxor viri eam beneuolè tractauit. Post triduum senex iuuenulam asello suo impositam reduxit ad patriam & parentibus restituit; Qui existimabant puellam raptam, vel à milite, vel alio nequam, nocturno tempore. Senex benignissimè, vt decebat, à parentibus puellæ susceptus & tractatus, & tandem dimissus cum muneribus. Puella quæ dono Dei & intercessione B. Virginis periculum euaserat, votum adimplere decreuit, & ingressa est monasterium S. Francisci, assumptoque habitu professionè fecit consentientibus parentibus, & castissime

P

vixit.

vixit. Maleficam verò, quæ filiam ad illum lo-
cum cōuentus duxerat, denunciarunt curiæ,
& re comperta publicè fuit igne combusta.
Aliud quod etiam in Italia contigit, narrat
Bartholomæus Spineus in q. de strigibus
cap. 18. Quidam, inquit, Andreas Magna-
nus Bergomensis, habitator Ferrariæ, hæc
hyeme mihi narrauit, quod à quodam suo
affine Venetijs commorante cognouit, hoc
quod contigit superioribus annis, quandam
puellam, quæ cum matre Bergomi moraba-
tur, inuentam fuisse nocte Venetijs in thala-
mo sui affinis: quam manè repertam nudam,
recognitamq; , quia consobrina erat, cum in-
terrogassent, quomodo illuc venisset, aut ibi
esset, & quare? Plorans illa postquam vestita
ab illis fuit, hæc narrauit. Hæc nocte cum
in lecto vigilarem, vidi matrem meam, quæ
me dormire putabat, surgentem de lecto, &
exutam camisia se quodam vnguento, quod
ex vasculo assumpsit de lateribus extracto,
perurgentem corpus. Et statim assumpto
baculo quodam ibi præparato in modum
equitantis ascendens extra fenestram depor-
tata est, & à me nequaquam ex tunc ibi visa.
Cumque ipsa quoq; de lecto surgens, meum
vt mater fecerat, perunxisset corpus, ex-
tra fenestram educta, statim in hunc locum
deportata sum, vbi matrem puero hinc
inuidiantem vidi. Ex quo ego territa, cum
matrem

matrem etiam ob meum aduentum con-
turbatam vidissem, & comminantem, no-
men Domini IESV & B. Virginis inuocaui,
& ex tunc matrem non vidi, & ego hic nu-
da solaque remansi. His auditis à puella
omnia hæc affinis scripsit Inquisitori Ber-
gomenfi, à quo mater capta & tormentis
exposita cuncta confessa est, & addidit se à
Dæmone plulquam quinquagesies depor-
taram, vt puerum illum prædicti affinis oc-
cideret, sed tamen nunquam præualuisse,
eo quod semper puerum signo crucis & san-
ctis orationibus parentum munitum inue-
nerit. Haud dissimilia refert Bodinus lib.
2. cap. 4. in Gallia contigisse & inter alia, de
Lochiana Saga. Vir enim quidam tenuis
cum vxorem interdum abesse noctu perci-
peret, bonamque noctis partem emaneres
præterea dicentem se, aut ad deoneran-
dum aluum egredi: aut ad lauandum cum
vicina sua, aliquoties falsè euicisset, suspi-
cionem concepit de perfida eius libidine,
& necem interminatus est, nisi locum quod
proficiscebatur, indicaret. Illa sibi à peri-
culo metuens, rem vt erat confessa est atque
vt explores, & videas hæc ita se habere, si vo-
lueris, eodem deuenies.

Tunc tradidit ei vnguentum, quo se
vterque inunxerunt, & pronuntiatis aliquot
vobis Diabolus: eos Lochijs in Arenarias

Burdegalenses magno spacio distantes exportauit. Videns itaque vir se in ignota Magorū & Dæmonum humana specie, aspectus tamen horribili, frequentia versari, dicere cepit: Deus mi, vbi nam sumus? hoc dicto, repente cætus disparuit. Ille vero cernens nuditatem sui corporis oberrauit per agros, donec mande rusticos inuenit, qui ipsum in viam deduxerunt. Reuersus Lochias ad Questorem rerum capitalium recta via contendit, qui audita probe historia sæminam præhendi iussit. Il-lavero minutatim omnia confessa est, & vltro agnouit peccatū. Aliud refert, quod cuidam nobili viro ad Melodunum accidit, qui Molitoris verbis & propria curiositate ductus cætum maleficorum adiit, sed quoniam perhorrescebat metu, quamuis nō inuocaret Deum. Diabolus maxima voce in clamauit, quis nam hic metuit? Sic volenti nobili viro discedere, cætus abscessit. Nobilis reuersus maleficum indicare statuerat, sed ille admonitus fuga sibi consuluit. Et de Lugdunensi potenti muliere narrat, quod nocte surgens lucem accendit, & arrepta pyxide se inunxit & post voces aliquot elata est: hos ritus obseruās in cæchus, qui cum ea cubauerat, lucernam cepit, peruestigat vndique & ea non inuenta, cum pyxidem vnguenti reperisset, curioso animo exploraturus virtutem vnguenti, fecit prout mulier se habuerat, statim elatus comperit

perit se cum Magorum cætu esse in agro Lotharingæ, & consternatus est: Sed cum primū Dei opem implorauit, euauit totus cætus. Ipse verò Lugdunū reuersus pedibus, maleficam accusauit, quæ confessa rem totam igne perijt. Multa quæ in Germania contigerunt habet malleus maleficarū, sed ex nostris quæ recentissima & notissima sunt, placet aliqua adiungere. Anno Domini 1589. 22. Septemb. quidam Villicus nomine Michaël, de pago Longen, sub iurisdictione Reuerendissimi Domini nostri Archiepiscopi Treuirensis, in præfectura Pfaltzel extremum supplicium pertulit, qui inter reliquos articulos confessus est, quod circa diem natalem Christi tunc præteritam ad locū Congregationis cis Mosellam, ad crucem prope pagum Lonckvich deportatus fuerit, & cum ad dictum locum tardiùs venisset, congregatio absoluta extitit, tunc tacitè dixit: Domine Deus, iam factum est, tunc in eodem morali temporis puncto cecidit in terram planam: & circa horam vndecimam noctis versus Mosellam se contulit, accepta scapha traiecit, domum rediens ad lectum se recepit. Hoc anno 1591. 4. die mensis Maij, in quo adhuc versamur, etiam in præfectura Palatiolensi igne vitam finiuit quidam Martinus de Corlingen, qui inter alia confessus est, quod bis à cursu & conuentu, qui fuerat prope Pagum dictum Pellingen,

rediens, ceciderit inter frutices, eo quod dixisset. O Deus, quomodo huc appulimus? Idem confessus est quid satis memorabile, quod videlicet illo anno superiori, quando maxima fuit annonæ in his partibus penuria, & si benè recole, contigit talis caritas Anno Domini 1584. in vere, Treuiris emerit duas mensuras filiginis, quas nostrates viercellas nominant, & quia edictum Ciuitatis publicatum exiit, ne frumenta dimitterentur extra ciuitatem, propter ciuium necessitatem, commodè exportare non potuit. Dæmon ipsum prope portam ciuitatis, dictam antiquam: in loco, iuxta muros, vbi aliquando fuit capella Sanctissimæ Trinitatis sacra, cum sacco frumenti in aërem suffulit, & trans murum & fossata deposuit, deinde cum frumento domum abiit. Curiosus hic dubitare possit quis sacco frumenti tulerit? Responso digna data est in simili, Domino Henrico Huiltzbach, Iuris Doctore, prætori huius Ciuitatis Treuirensis, qui cum ante duos annos coram alijs maleficum doctum examinaret super articulis de quo præcesserant testimonia, quod in congregatione in sella sedisset, exactius rem cognoscere desiderans, interrogauit, quis sedem attulisset? Examinatus moleste curiosam interrogationem ferens respondit, quod principium peteret, addens: qui me depor-

deportauit, nunquid potuit & sedem deferre? Sic in proposito qui hominem transtulit, sacco cum frumento simul portauit. Sicut idem Angelus qui Abacuc prophetam ex Iudæa in Babylonem portauit, simul etiam pulmentum pro prandio Danielis transtulit. Anno Domini 1586. 13. Augusti, quædam malefica nomine Gertrudis, de oppidulo Erangh, cum alijs incinerata est, quæ cum quadam vice ad cærum, qui tunc congregandus in Hesenroderheidt, portaretur à Diabolo sub forma hirci, Deum nominauit nescio qua occasione, & sic Hircus eam in frutices & spinas deiecit, ita quod valde malè se læserit. Altera die domum rediens vicinis dixit, quod supplicatum iussit ad Beatam Virginem in Clusam Everhardi. Adhuc vnum ex processu Meissenbeins Annæ annotandum. Hæc cum Colonia ageret quadam vice vecta hircus cum Amalio redijt ad solitum cærum in Hesenroderheidt, est enim hic locus nominatissimus apud maleficos & sagas, generales conuentus vt plurimum nostrates ibidem celebrant, finito cæru huc concilio incidit in contentionem ratione quorundam bonorum cum propria filia, eamque verberauit in præsentia filij, vt non solum mater, sed etiam filius & filia deposuerunt. Plurima similia facta adferre possem, sed hæc sufficient:

sufficiant: abundant enim his nostrorum indicum acta & processus & res tam clara est, vt nemo negare possit, nisi solem de mundo tollere audeat: Hic respondendum vni argumento Francisci Ponzinibij, quod quidam maleficorū aduocati Achilleum putant, cum ne quidem Therfitis sit, Confessio debet continere verum & possibile, per Glossum, Baldum & alios in l. 1. C. de confess. & Gloss. in c. fin. de Confessis in 6. ff. ad legem Aquil. l. Inde Neratius. §. fin. Sed ista quæ confitentur de delatione reali, respuunt ius & natura; ergo non sequitur: istæ mulieres sic confitentur, ergo sic est. Nam confessio longè distat ab actu: & quicquid est contra naturam, deficit in suis principijs, ergo naturaliter est impossibile. Ad hoc argumentum facilis est responsio. Si quid probarét, argueret contra scripturá, quod ea quæ de delatione Abacuc, Christi Saluatoris, & Philippi, quem Spiritus Domini rapuit, & inuentus est in Azoto scriptura narrat, essent falsa, & cōtra naturam & phantastica. Quia si impossibilis & falsa est confessio, quod Dæmon hominem possit per ærem deferre, & deficit in suis principijs: impossibiles sunt etiam dictæ translationes. Et quod Egesippus lib. 3. cap. 2. de excidio Hierosolomitano, Arnobius lib. 2. contra gentes alijq; referunt de Simone Mago, quod volauerit, & ad orationem S. Petri ceciderit, &

crura

crura fregerit. Quia sicut data possibilitate in vno, per consequens datur in omnibus alijs, quæ sunt eiusdem ponderis & magnitudinis, vt S. Thomas argumentatur, in cap. 4. Matth. Ita posita impossibilitate in vno, sequitur impossibilitas in omnibus alijs eiusdem ponderis ac rationis. Præterea si translatio realis deficit in suis principijs, & repugnat naturæ: aut id contingit ex parte mobilis, aut mouentis: aut vtriusq; simul. Non ex parte mobilis, homo enim est corpus, quod moueri potest tam motu naturali, quâ violento, vt omnibus sensu præditis manifestissimum est. Non ex parte mouentis: quia mouens est fortissimus, & non est creatura super terram, quæ ei comparari possit. Non ex parte vtriusq; , vtpote quia non possit esse contactus debitus interagens & patiens, qui requiritur ad actionem & passionem, cum homo sit corpore affectus, Dæmon verò spiritualis creatura: hoc, inquam, non impedit. Nam anima mouet suum corpus, & Dæmon etiam corpus assumptum. Si quis dicat: Deus non permittit, frustra hoc dicitur. Quæ enim fieri & facta cognoscimus, nec principijs naturæ, aut Theologiæ repugnat, ea Deum permittere dubitare non debemus. Scimus enim quod nihil facere possumus sine permissione diuina, nec aliter inuestigamus, an Deus permittat, nisi quia similia facta & fieri experi-

P 5 mur.

Dani 14.
Matth. 4.
Actior. 8.

mur. Argumentum nunc mutatis mutandis retorquetur. Confessio debet esse vera & possibilis. Sed confessio maleficorum & magicarum est vera & possibilis, ergo fidem meretur.

Maiores probatur ex legibus & iuribus à Pontinibus allegatis: assumptum constat ex dictis. Quicquid Theologiæ conuenit, nec naturæ principijs repugnat, & de facto contingit: verum est & possibile, sequitur ergo optime. Viri & mulieres confitentur delationem realem: ergo sic est, si argumentum rectè intelligatur. Non enim confessio facit verum & possibile, quod ex rei natura eiusque principijs fieri nequit, ut argumentum in oppositum præsupponit. Sed confessio prodit verum, quod in facto contingit, res enim non accipit veritatem à confessione, sed à propria cæcitate & exillencia. Quis enim tam ignarus, qui non nouerit confessionem distare ab actu. Si quis confiteatur & affirmet chimeram esse, non ideo, quia ignarus id confiteatur, chimera est. Confessio ergo vera est, quando est conformitas siue adæquatio rei & principiorum in ordine ad intellectum: quod est in confessione maleficorum de reali delatione. Imò etiam Textus in Cod. Theodosiano L. fin. de malefic. & mathemat. videtur mentionem facere congregationum magicarum siue maleficarum.

sic enim ait. Ne quis deinceps nocturnis temporibus, aut nefarias preces, aut magicos apparatus, aut sacrificia funesta celebrare conetur, detectum enim & conuictum competentis animaduersione mactari perenni auctoritate censemus. Quid enim aliud auri malefici faciunt? habent magicos apparatus, nocturnis horis conueniunt, Dæmoni obsequium præstant, Deum inhonorant & conspirant contra Christum & exercitum eius. Dicit quispiam: aliquando experientia compertum, quod quando mulieres dicebantur in cursu fuisse, domi remanserunt, nec loco se dimouerint. Huic dubitationi satisfaciet sequens conclusio. Certum est enim quod aliquando non sunt realiter in cursu & congregatione, sed tantum repræsentatiuè: tamen tunc consensum Diabolo præbuerunt in repræsentationem: ut proprijs eorum confessionibus didicimus.

Ex dicta Conclusionem elicitur, secundum communem sententiam, hanc translationem fieri virtute Diaboli, nec ullam virtutem habere unguenta, herbas, baculos, aliaque corporalia, quæ adhibentur, sed signa tantum esse.

Dicit hic fortassè aliquis: compertum experientia quædoque est, alios experimenti gratia animaduertisse vxores se vnxisse, qui etiã idem præstiterunt, & secuti sunt: ergo aliqua virtus ex rei natura inest unguentis. Respon-

deo: hoc non probat aliquam virtutem vniuersalis inesse, sed tales ex aliqua infidelitate, & quasi fiducia implicite in dæmonem habita id tentasse, & ita opera Diaboli talem translationem effectam. Si quis autem forti fide instructus, in confusionem diabolicæ machinationis, ad docendum & confortandum alios, nihil virtutis inesse huiusmodi naturalibus, ad tales effectus vtatur, proculdubio, nulla translatio sequeretur. Proximę conclusioni obstare videtur cap. Episcop. 26. q. 5. sed huic respondebitur infra ipse sine tractatus, in solutione argumentorum.

13. Conclusio. *Non semper corporaliter feruntur ad conuentus, sed quandoq; sunt illusiones in imaginatione & phantasia.*

IN hac Conclusionem non est controuersia. Quando tamen fit illusio, maleficorum accedit consensus, quia vt declaratum in præludijs 3. 4. & 5. ad maleficia requiruntur coniunctim Dæmonis potestas, & peruersa malefici voluntas. Per consensum autem intelligo, tam implicitum, quam explicitum voluntatis actum. Et, si per impossibile, ita Deo permittente, sensum tam exteriorem quam interiorem somno supprimeret Dæmon, vt intellectus non aduerteret, & voluntatis

tatis consensus, qui præsupponit intellectus diiudicantis actum, non accederet, vt accidit in phreneticis & somniantibus: homo non peccaret: quia peccatum ex sua natura voluntarium esse debet, vel in se, vel in sua causa: & sic Diabolus in huiusmodi actibus non assequeretur suum intentum.



SECVN-

SECUNDVM

MEMBRVM QVAESTIO-
NIS PROPOSITAE.

AN FIDES MALEFICO-

*rum confessioni contra socios & participes
criminis sit habenda, & quanta,
in ordine ad torturam?*



ON defunt authores, qui nullam virtutem tribunt denunciationibus, idq; magna cū iniuria diuini numinis, pernicie animarum, & euidenti reipublicæ detrimento: quorū auctorum princeps esse videtur Ioan. Franciscus Pontanius in tractatu de Lamijs, & excellentia vtriusq; iuris. Quare hanc quæstionē ab aliis quibus breuiter narratam, à nemine autem ex proposito pertractatam, diuina assidente gratia, elucidabimus & resoluemus per conclusiones, hoc ordine. In primis, paucis præmissis veritas cōclusionibus claris proponetur: Deinde argumenta soluentur, & per processum dubijs occurrentibus respondebitur.

Pro introductione quæstionis aduertendum

ordo sequens tractatus.

dum est, iuris vtriusq; certissimū ac firmissimum esse decretum, vt de se confessi, super aliorum confessionibus non interrogentur: vt patet in iure canonico ca. 1. de confessis, & ca. Veniens 1. de test. & 15. q. 3. ca. Nemini: & in Ciuili, C. de accus. l. fin. his verbis in medio l. Nemo tamen sibi blandiatur obiectu cuiuslibet criminis de se in quest. confessus, veniam sperans, poterit si iuria adiuncti, vel per cōmunionem criminis consortiū personæ superioris optans, aut inimici supplicio in ipsa supremorū suorum sorte sociandus: aut eripi se posse confidens, aut studio, aut priuilegio nominati: Cum veteris iuris autoritas, de se confessos, nec interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem super conscientia aliena truteretur. Hæc l. x.

Ex quibus omnibus regula sumitur: Nulli de se confesso super aliorum crimine creditur. Et ratio reddi potest, quia talis persona est infamis, vilis & suspecta ex confessione proprii criminis. Quod argumentū in nostra materia imperiti maleficorū aduocati multū solent vrgere, quamuis infimum admodū & fragile sit ad propositum, vt in sequentibus manifestabitur. Cum autē, vt Grammatici loquuntur, nulla regula tam firma sit, quæ non patitur exceptionem, crimen lætæ maiestatis excipitur, & cum ob paritatem siue ideoritatem

tatem rationis lex ad similem casum extendatur, cū crimine lęsę maiestatis alia adhuc excipiuntur, secundum canonum & legum dispositionem, vt videre est in Glossa cōmuni ter recepta in ca. 1. de Confessis. & L. fin. C. de accusationibus & L. Quoniam liberi, C. de testib. & Doctorib; in eisdem locis. Sunt autem hæc excepta, in quibus socius de socio interrogandus est; Latrocinij crimen. ff. de custod. & exhibit. reorum L. D. Adrianus. & C. de ferijs. L. penultima. falsę monetę. L. fin. C. de fals. monet. proditiōis, L. penult. & fin. C. ad legem Iuliam Maiest. Coniurationis, cap. fin. de testib. cog. Maleficij siue strygm. C. de malefic. & math. L. fin. crimen lęsę maiestatis diuine, id est, hęresis. cap. in fidei fauorem. lib. 6. de hęreticis. Alij alios casus exceptos colligunt, de quibus vidēdi Doctores in practicis criminalibus. Prędicti autem expressi sunt in iuribus allegatis. Theologi autem sub prædicta exceptione generaliter videntur comprehendere omnia crimina, quę tendunt in perniciem & damñũ siue spirituale siue temporale reipublicę, quando crimina non sunt correctã, sed in futurum pendē.

Dubium hic esse potest, An in furto socius de socio possit interrogari, & an annumerandum sit furtum casibus exceptis. Bartolus in L. Repeti. ff. de quæstionibus. sic videtur sentire: Ab eius tamen sententia communiter

Docto.

Doctores recedunt, licet in praxi in Italia & alibi, vbi furta frequentantur, multi iudices eam sequantur: hanc tamen consuetudinem iuri communi non conuenire certum est. Nam furtum non excipitur à lege, & vbi lex non excipit & ratio dissuadet, excipere non debemus. Gloss. in L. fin. de accusat. Salicet. ibidem. Stephan. Bertrand. vol. 3. conf. 268. Hyppol. Marfil. in consilijs criminalibus, consil. 22. num. 13. Iacobus Menochius lib. 2. de arbitrarijs iudicium quæstion. casu 474. à num. 20. Quare de fure non habet locum doctrina Bartoli, nisi velimus loqui in furto occulto, propter difficultatem probationis, vt sentire videtur Alexand. in consil. 69. li. 2. citatus à Menochio loco citato. Vel de furto in circumstantijs aggrauato, quod meritò præsumi possit sine socijs non esse perpetratum: tunc enim locum haberet regula Saliceti in L. fin. Cod. de accusat. qua tradit generaliter confessum proprium crimen posse interrogari de socijs, quando præsumptio legitima dicat eum habere socios: aliàs standum est iuri communi: quia regulę standum, donec de fallentia ostendatur, & exceptio probetur, secundũ Gloss. receptã in L. omnis definitio. ff. de regulis iuris. Decium in l. 1. eod. tit. Bart. in L. 1. Si quis in ius vocatus nõ ierit.

Præterea obseruandũ, maximam esse differentiam inter crimina excepta & nõ excepta, exceptiorũ

quia

Casus excepti, à regula confessionum de se

Criminosos

exceptiorũ

non ex-
ceptorum
differeñtia.

quia Iudex si interrogat reum de se confessum, in casibus nõ exceptis, contra dictã Regulam, peccat mortaliter, & reus non tenetur respondere veritatẽ dicendo, sed potest æquiuocẽ loquendo subterfugere, modò tamen mendacio nõ vtatur: vel si quid confiteatur contra alios, eis non præiudicat. In exceptis verò criminibus, Iudex, sub peccato mortali, obligatur de se cõfessum, de socijs interrogare, & reus si quos scit, in conscientia tenetur denunciare, si non sint correctã crimina, sed probabiliter præsumit in futurũ pendere: vt optimè tradunt Dom. Sot. in lib. de tegendo & deteg. secretũ, memb. 3. q. 6. & li. 6. de iustit. & iure. q. 6. art. 2. circa medium. Cardin. Caiet. tom. 1. tract. 31. 17. Responsum, responsi. 5. ad patrem Cherubinũ de Florentia, & in 2. 2. S. Thom. q. 70. art. 1. Alfonf. Castr. li. 2. de iusta hæret. punit. ca. 25. Iosep. Angl. in floribus Theolog. q. 2. part. in 4. sent. in q. de correctione fraterna. Mart. Nauar. in manuali Confessoriorũ. ca. 18. à num. 58. & ante hos omnes S. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2. his verbis ait, quod quis ea, quæ per confessionẽ nouit in secreto, nullo modo potest prodere. Circa ea verò, ait, quæ aliter homini sub secreto cõmittuntur, distinguendũ est. Quandoq; enim sunt talia, quæ statim cum ad notitiam hominis venerint, homo ea manifesta re tenetur: puta si pertinent ad corruptionem

multi

multitudinis spiritualem, vel corporalẽ, vel in graue damnũ alicuius personæ, vel si quid aliud est huiusmodi, quod quis propalare tenetur, vel testificando, vel denũciando, & contra hoc debitum obligari non potest per secreti cõmissum. (Intellige aliter extra confessionem sacramentalem accepta) ex quibus manifestum est, hanc esse S. Doctoris sententiam.

Dubium. Quæ est ratio, cur Iudex teneatur Reum de se confessum interrogare de socijs in exceptis, & non alijs, & reus teneatur etiam non interrogatus denunciare? Doctores communiter ponunt prædictam differentiam: non tamen fundamentalem assignant rationem, quam pro sua singulari eruditione attingit Martinus Nauarrus in Rubrica Relectionis ca. Nouit. de Iudicijs num. 92. & in cap. Sacerdos, de pœnitent. distin. 6. numer. 24. In casibus non exceptis si Iudex interroget reum, peccat contra octauum Decalogi præceptũ, quo prohibetur ne quis det iniustã causam infamiæ proximi. Ita hæc lex naturalis est de non infamando, qua lege etiã Reus, contra iuris ordinẽ interrogatus, tenetur celare occultũ peccatorem. At in criminibus exceptis, quando agitur de impediendo damna spiritualia, vel temporalia reipublice, quæ in futurũ pendent, alia lex naturalis accedit, qua etiam priuati tenentur aliorũ mortẽ &

Q 2

pericula

pericula, si possunt, præcauere & vitare, iuxta illud prouerb. 24. Eripe illos, qui ducuntur ad mortem: quæ fortior est illa de non infamando occultum. Concurrentibus autem duabus naturæ legibus, contraria in casu aliquo distantibus, standum est fortiori: quia fortius vinculum fortiori modo ligat. Fortior autem est lex de seruanda alicuius spiritali, vel temporali vita, quam de seruanda fama: Quia præstantiora sunt bona corporis & vitæ, bonis famæ & fortunæ. Prohibetur ergo Iudex octauo Decalogi præcepto, in non exceptis Reum interrogare, & obligatur in exceptis lege naturali fortiori inquirere de consortibus, & reus eodem præcepto denunciare.

Difficultas hic moueri potest. An Pater filium suum aut filiam teneatur denunciare, quem aut quam cognoscit sequi maleficarum sectam: aut contra filius, aut filia matrem, aut patrem?

PRO parte negatiua videtur facere, quod pæna scientis, & non reuelantis crimen læsæ maiestatis nõ habet locum in patre ratione filij. Si pater sciat filium moliri crimen læsæ maiestatis, si non reuelet, non punitur, de iure ciuili & in foro exteriori; ne videatur filio offerre ad suppliciũ. L. Miles, §. Desertorem ff. de

ff. de militari. Salycet. in L. propter infidias C. Qui accusare nõ possunt. Ioan. de Anania in c. fin. de his, qui filios occidunt. Decius in c. 7. de offic. delegati num. 7. Alexan. in L. Vtrũ ff. ad L. pompeiã de parricid. Bertachin. in Repertorio iuris, verbo, Reuelans: & alij alibi. Ante omnia præsupponendum, quod in heresi filius potest patris heresim denunciare, si verisimiliter cognoscat patrem nõ corrigi admonitione priuata, vt est text. in cap. Literas, de præsumpt. & sequitur ibidem communis opinio. Quod de hæresi dicitur, idem statuimus de hoc maleficorum crimine: Quia ad hæresim refertur, & non minus, quam hæresis imò magis cæteris paribus communi salutis obest. Respondetur nunc: Pater aut mater si sciat filium, aut filiam hæresi laborare, aut crimine maleficorum, si non sciat emendatos, aut admonitione priuata corrigendos, si alij nõ sunt, qui denuncient, tenetur denunciare. Nauar. in manuali confessoriorum cap. 25. numero 50. & in commentario cap. Inter verba. 11. q. 3. concl. 6. Alexan. Halen. 3. part. 4. præcepto. q. 33. Alphonfus Castren. lib. 2. de iusta hereticorum punitione cap. 26. & alij, quos citat & sequitur Iosephus Mascardus de probationibus, volum. 2. conclus. 859. Quia etsi Pater filium, aut mater filiam, vel contra, teneatur amare quantum ad vitam, plus tamen secundum ordinem charitatis tenetur

consulere salutem animæ, vt ad sanam reducatur viam, quia anima pretiosior est corpore, Adhæc bonum commune reipub. est præferendum priuato. Certum etiam est, quando Pater filium, aut filiam denunciat in tali crimine: vel filia patrem, matrem, aut sororem, quod ei facillè credendum, & maxima præsumptio est de veritate ex d. cap. Literas, & communi sententia ibidem. Et talium testimonium tanto firmitus, quanto à suspicionem odij longius absunt. Non est tamen valde humanum, si iudices inquisitione aut tortura, nimis durè exquirant à parentibus contra filios, aut filias, vel contrà: magna est enim vis sanguinis, & naturalis reuerentia horrorem quasi incutit. Quæ causa facit, quod Doctores iuris citati excusent in foro civili patrem scientem & non reuelantem crimen læsæ maiestatis in filio.

Aliud hic occurrit dubium soluendum, An reus, qui confessus est crimen, de quo contra eum adfunt indicia, possit interrogari de alijs delictis, de quibus contra eum non sunt indicia; exempli gratia, aliquis sufficientibus indicijs repertus est fur, & hoc confessus, an possit interrogari de adulterio aut latrocinio, de quibus nulla sunt legitima indicia. De iure secundum omnes non potest interrogari, vt docet optimè Iulius Clarus lib. 5. §. fin. practicæ criminalis, q. 64. vers. *Sue*

Successiuè quæro. & Hyppol. Marfi. in L. Reperi. ff. de quæstionibus. Mart. Nauar. in Rubrica cap. Nouit, de iudicijs à num. 62. Sed cum contrarium in multis locis feruetur, vt dicunt Angelus in tract. de malefic. in verb. Fama publica, Gandinus in tract. de malefic. in tit. de quæstionib. num. 19. Francif. Brunus in tract. de indicijs & tortura, & alij multi, quos refert Clarus loc. cit. An hæc consuetudo sit bona, meritò dubitatur. Hanc consuetudinem & praxim tanquam malam aliqui reprehendunt: inter quos Nauar. loc. cit. & Caietanus 2. 2. q. 69. art. 1. quoniam cum aperte sit contra ius, standum est regulæ iuris, quando non probatur exceptio: & est contra ius diuinum, quod aliquis iniuste det alteri causam se infamandi: ad quod nulla lege tenetur.

Quando autem vnum crimen est præparatorium ad aliud, vel consequens, aut annexum: tunc Iudex potest interrogare, vt Nauarrus loco citato numero 64. tradit. Peccant igitur grauiter Iudices, qui contra ius sic interrogant; cum sit cōtra legem naturalem & diuinam: de quib. ibidem latius in nu. 56. & potius contrariū facere est corruptela, quam cōsuetudo. Ex his patet, contra diuinum præceptū & iustitiam facere illos iudices, qui reum crimen confessum, de quo indicia procedebant, cogunt tormentis & minis

faterialia, de quibus nulla ad sunt indicia, & quasi totius vitæ suæ generalem subire confessionem: hoc non iudicis, qui iuste iudicare debet, sed Tyranni officium est. His præmissis pro resolutione sit.

1. Conclusio. *Maleficis de se confessis credendum est contra participes criminis.*

PROBATVR Conclusio rationibus. Prima ratio: Maleficus de socijs interrogatus tenetur respondere Iudici interroganti, & iudex obligatus est ad interrogandum reum de consortibus; ergo ei credendum est. Quia si nulla eis adhibenda est fides, non est ratio, quare ipse obligetur denunciare. Antecedens probatur autoritate Theologorum citatorum, & ex iure naturali, quo quisq; etiam priuatus tenetur, si potest, maximè sine suo periculo amouere aliorum mortem, & maxima pericula, quæ ferunt cōtra salutem reipubl. & multorum, vt fortissimè probant non solum lex illa. Prouerb. 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem: sed etiam cap. Non inferenda. 23. q. 3. & cap. Quantæ. de sentent. excommunicationis, & cap. 1. dist. 83.

Atq; hanc doctrinam aliquando existimauit tantum esse Theologorum & D. Nauarri, ob summam eruditionem in utroque iure,

iure, & singularem pietatem, Vrbi & orbi notissimi: nunc verò ampliùs extendo & assero, esse communem Iurisperitorum sententiam, atque in primis in summo rigore eam tenet Bartolus in L. Vtrum, & L. Si sciente. ff. ad legem Pompeiam de Parricid. & in L. 1. §. occisorum. ff. ad Sillanian. in quibus locis tradit, si quis sciat cōmittenda in principem, vel tractatus contra ciuitatem suam aut Rempublicam, vel in patrem, aut dominum, & non indicat, quod sit puniendus pœna legis, id est, mortis: hæc opinio Bartoli cōmunior est, & in multis locis practicatur, vt multorum autoritate ostendit Iulius Clarus lib. 5. §. fin. practicæ criminalis: q. 87. Alij dicunt scientem & non reuelantem, puniendum pœna graui, sed non mortis, vt Felinus in cap. 1. de offic. & potestate Iudicis deleg. Decius ibidè & Andreas Barbatius. Sed quicquid sit, omnes probant scientem teneri ad reuelandum in conscientia. Id quod in specie tradunt Panormit. in cap. 1. de restitutione spoliatorum. Felin. & Decius loc. cit. Anthonius de Butrio in cap. Quantæ. de sentent. excom. & Salicetus, qui quoad pœnam tenet contra Bart. in L. Quisquis, C. ad legem Iuliam Maiest. docet, quod in conscientia & apud Deum sciens tenetur ad reuelandum, & id ex lege charitatis, & Lancilottus in tract. de offic. prætoris in causis criminalibus, in §. de conticij.

fol. 573. in imprefione Coloniensi: Ad tem-
perandum Bartoli ſententiam, quantum ad
pœnam, quidam interpretantur eum intelli-
gendũ de ſocijs criminum: ſed alij abſolutè
intelligendũ putant de omni ſciente & non
reuelante. Quare Baldus & alij clamant cõtra
Bartolum, quod anima ipſius & omnium
qui eum ſequuntur, crucientur in inferno:
eo quod ſint homicidæ.

Ex his infero, Iudicem non ſolũ teneri
ratione officij, virtute cuius obligatur, vt
prouincia purgetur à malefactoribus & ho-
ſtibus communis ſalutis, iuxta L. Cõgruit. ff.
de offic. præſid. ſed etiam legis naturalis vin-
culo, quo etiam priuati tenentur, ad creden-
dum denunciacioni rationali, ex circumſtan-
tijs, & ad inquirendum circa denunciatos,
Quod ſi omittat, duplici ratione peccat: quia
duplicè legem tranſgreditur, iuſtitie, & chari-
tatis: & ratione iuſtitie, qua obligatur rei pub.
ex officio prouidere de malis imminentibus
ſi negligit, & rei pub. cuius intereſt delicta
puniri, cap. vt famæ. de ſententia excom. &
L. Ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. patitur
detrimentum, grauiffimè peccat, & criminis
ſit particeps, ex cap. i. de offic. & poteſt. iudicis
deleg. & Innocentio, Baldo, Decio, Barbatio,
Panormi & omnibus DD. cum, T. ibid. &
tenetur ad reſtitutionem omniũ damnorum,
quæ inde redundant vel in rem pub. vel in
priu

priuatos, vt de ſinitur ex d. c. j. de offic. deleg.
& cõmuni ſententia Theologorum. S. Tho.
2. 2. q. 62. & 7. l. omi. Soti lib. 4. de iuſtit. &
iure. q. 7. art. 3. Ioan. Medina in Cod. de re-
bus reſtituendis. q. 9. Mart. Nauar. in manua-
li cap. 17. nu. 21. Sylueſt. in verb. Reſtitutio.
3. num. 6. Angeli in verb. Index. §. 8. Cai-
tani in Summa, verbo reſtitutio, cap. 1. verſic.
Non obſtans. Aureæ Armillæ ibidem. Iosephi
Angles in floribus in 2. par. 4. ſentent. in q.
Quis reſtituere teneatur, Non difficultate,
concluf. 1. & aliorum. Deinde deduco cum
Dom. Soto, in li. de regendo. & deteg. ſecre-
tum, loc. cit. & Nauarr. Confefſarius tenetur
huiusmodi reos admonere, vt ſocios denun-
cient in caſibus exceptis, quod ſi facere re-
nuant, eos abſoluere nequaquam debet, & ſi
abſoluerit, æquè peccat abſoluendo, atq; rei
non denunciando. Pro iudicibus annotandũ
ex Doctõribus, quod quando facienda eſt in-
terrogatio ſecundũ iuris diſpoſitionem, de
complicibus, vt non fiat in ſpecie vel indiui-
duo contra aliquam ſingularè perſonam, niſi
aliud indicium ad inquirendum moueat,
Quia hoc potius eſſet officium ſuggerentis,
quam interrogantis, & factu peſſimum: ſed
ingenere, quos habeant complices, vt eos no-
minent, iuxta doctrinam Saliceti in L. ſin.
Cod. de accuſat. communiter receptã à pra-
ctici. Quare grauiffimè peccant iudices,
qui

qui cogunt reos quocunq; modo per fas & nefas detegere socios, & summa reprehensione digni sunt, vt bene tradunt Iulius Clarus, lib. 5. loc. cit. q. 21. vers. Retenta igitur, in fine. & Nauar. in manuali, cap. 18. num. 59.

Postremò ex superiori doctrina infero: quod si reus de se confessus, aliquem in sua societate nouerit pœnituisse & conuersum, nec ampliùs esse periculum moraliter pœsumpserit redeundi ad vomitum, non tenetur talem iudici interroganti denunciare; imò si denunciaret, peccat.

Secunda ratio sumpta ex differentia criminum exceptorum & non exceptorù. Omnium tam Theologorù, quam canonistarum & legistarum iudicio receptum est, quod de se confessus, super aliorum conscientia non debet interrogari, & si interrogetur, non creditur ei, ex iuribus allegatis: & hac regula nõ obstante casus supradicti excipiuntur, in quibus debent interrogari, & eis credendù. Ergo eorum confessio fidem facit: aliàs nulla est distinctio inter casus exceptos & non exceptos, contra iura & leges allegatas, & communem Doctorum sententiam.

Tertia. Regulæ standum & inharendum est, donec de exceptione & fallentia ostendatur, & probatur ex Gloss. recepta in L. omni diffinitio. ff. de regulis iuris. & in 6. in Rubrica eiusd. tit. Petro de Ancharano ibidem

Barto.

Bartol. l. 1. num. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Panorm. in cap. ad nostram, nu. 9. & in cap. Consuluit. 1. num. 4. de appellat. Iacobo Menochio lib. 1. q. 91. num. 16. de arbitr. Iudic. quæst. Zafio in tract. de substitutionibus cap. 6. nu. 3. Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 12. num. 4. Nauar. in Rubr. cap. Nouit, de iudicijs, num. 61. Sed crimen maleficorum ostenditur & probatur exceptum à Regula illa cõmuni posita in cap. 1. de confess. & L. fin. Cod. de accus. in quo reus interrogandus de socio, & ei credendum est. Ergo. Probatur assumptum ex L. fin. Co. de malefic. & mathe. cuius verba sunt: Quicumque maleficorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupauerit: ilico ad publicum pertrahat, & iudicium oculis, communis hostem salutis ostendat. Quod si quisquam ex agitatoribus, id est, aurigis, seu quolibet alio genere hominum, contra hoc edictum venire attentauerit, aut clandestinis supplicijs etiam manifestum reum maleficæ artis oppresserit, vltimum supplicium nõ euadat: geminæ suspicionis obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris socios publicaret, seueritati legum, & debitæ subtraxerit quæstioni, aut proprium fortassis inimicum huiusmodi vindictæ nomine, consilio atrociori confecerit: hæc sunt verba legis, in qua noranda verba, quod suspicionis redditur obnoxius.

obnoxius : quia publicū reum, ne socios est. minis publicaret, etiam puniendos, seueritatē legum subtraxerit. Atq; hanc legem, ne quis in intelligentia dubiret, in hunc modum allegatam interpretantur cōmuniter Doctores, Alberic. in d. leg. Bartol. in l. Repeti. ff. de qua est. Baldus lib. conf. 97. incipiente Regula iuris est. Specul. in tit. de accusat. versiculo, item repellitur. Angel. ab Aretio in tract. de malef. versu. Sempronij mandato. rem, fol. 19. col. 2. verbo. Quæro in particeps. Panorm. Ioan. Immolen. & Anth. à Butrio in cap. 1. de Confess. Albert. de Gandino in tract. de malef. in Rubr. de quæstionibus. Franciscus Brunus in tract. de indicijs & tortura q. 3. l. par. à num. 9. Salicet. in l. fin. C. de accusat. Glos. ibidem. & in C. de testi. l. Quoniam liberi. & in c. 1. de Confess. Mar. fil. in l. 1. §. D. Antoninus. ff. de quæst. & ibidem in l. Repeti. col. penult. Nauarr. in manuali c. 18. nu. 58. Menochius li. 2. de arbit. Iud. casu 474. num. 33. & alij alibi: Recedere autem à textu Iuris, ratione, & communi sententia, summæ temeritatis est.

Quarta. Malefici sunt latrones & plusquam latrones : maius enim est occidere veneno, quam gladio, ex l. 1. C. de malef. & math. Sed latroni contra latronem adhibetur fides. C. de ferijs. l. penult. & ff. de custod. & extritor. l. Diuus Adrian. & communi Doctorum

eorum sententiæ & praxi. Ergo.

Quinta. Malefici faciunt coniurationem cum Dæmonibus, in perniciem hominum, & destructionem omnium, quæ communem salutem tam corporalem, quàm spiritualem humanam promouent, vt experientia cōstat, & processibus exploratum est: quare d. lex eos meritò hostes communis salutis appellat. Sed in coniuratione datur fides socio contra socium, ex cap. fin. de testib. cogend. & ibidem consensu omnium, & Bald. in cap. Quoniam liberi. Cod. de testibus.

Sexta. Malefici sunt rei læsæ maiestatis diuinæ. Ipsam propemodum diuinam pulsant maiestatem. L. Etsi excepta, Cod. eod. Si enim crimen læsæ maiestatis committit, qui in Imperatorem, Regem aut Principem conuicia conijcit, eis insidjatur ex odio, in ministros, vel in Reginam delinquit: Quanto magis obnoxijerunt tanti criminis, qui diuinam Maiestatem blasphemant, sanctissimam Dei genetricem Reginam cœli maximis iniurijs afficiunt, atque Regis æterni ministros in cœlo regnantes, & in terra militantes omni modo odio persequuntur? Sed in crimine læsæ maiestatis humanæ creditur socius contra socium, vt constat ex cap. 1. de Confess. & communi omnium sententiæ. Ergo & in hoc: quia sicut vbi est par ratio, est idem ius: sic etiam vbi est maior ratio, maius Ratio

Ratio autem quare excipiatur à regula cri-
men læsæ maiestatis humanę est immanitas, &
reipub. vtilitas, quæ profectò à fortiori mili-
tat in hoc crimine. Et confirmatur: quia hoc
crimen multa habet privilegia cõmunia cum
scelere læsæ maiestatis, quilibet enim admitti-
tur ad accusandum, quilibet potest capere,
modò iudici deinde præsentet: quilibet etiã
ob hoc crimen, cuiuscunq; sit dignitatis, tor-
turæ subijcitur, & inuentus reus punitur: ex
d. L. Et si excepta. Quomodo hoc crimen
speçtet ad læsæ maiestatis peccatum, vide lo-
docum Damhauderium in practica Crimi-
nali. cap. 61.

Septima. Malefici sunt sacrilegi, rebus e-
nim sacramentalibus & sacramentis sacramen-
torum abutuntur in maximis sceleribus. Sed
in crimine sacrilegij inquisitus potest inter-
rogari de socijs, & ei creditur, si alij non sint
testes. 2. q. 1. & ca. Qui autem. 17. q. 4. Cam-
pegius in tract. de testib. reg. 86. fallent. 9.
Lancelot. in tract. de offic. prætoris in crimi-
nali. in cap. de Sacrilegijs. num. 2. & alibi. Me-
noch. in loco proximè citato, num. 30. & alij
quos ipse citat.

Octava. Malefici sunt proditores patrię:
faciunt enim tractatus, vt experientia cõstat,
quomodo vineas destruunt, fructus perdant,
& annonæ caritatem introducant. At prodit-
toribus creditur contra socios. C. ad Legem

Juliam

Juliam Maiestat. Leg. penult. & fin.

Nona. Malefici aut sunt hæretici, aut eo-
rum facta sapiunt hæresin: ex cap. Accusatus.
lib. 6. §. Sanè. Hoc qui negat, rerum experien-
tiam impugnat. Quid enim aliud arguit, Deo
abrenunciare, pacta cum dæmonibus inire,
Diabolos adorare, Dei genitricem blasphe-
mijs lacerare, mysterijs nostræ salutis abuti,
corpus Christi conculcare, aliaq; nefandissi-
ma scelera in Deum, sanctosque committere?
Quæ omnia aut hæreses sunt, aut manifestam
hæresin sapiunt. Sed in hæresi socius admitti-
tur contra socium, ex cap. In fidei fauorem,
in 6. & communi omnium sententia.

Decima. Eis, qui veritatem loquuntur,
credendum est: alias fides humana periret.
Sed cõmuniter accidit, vt socij in hoc crimine
complices denunciante, veritatem dicant: &
si in casu vnus inueniatur, qui in denuncia-
ndo fallatur, centum vel plures veritatem di-
cant, vt constat experientia, & processibus
contra maleficos. A cõmuniter autem acci-
dentibus licet argumentari in materia mora-
li. Vnde Baldus locum à cõmuniter acci-
dentibus tradit facere indicium indubitã,
in additionibus ad speculatore, tit. de sent.
& his quæ ipsam sequuntur, in versic. inci-
piente, ad mortem. Quod latius ostendit
Marfil. in pract. criminali. §. Secunda. nu. 36.
Id quod confirmo ex doctrina S. Thom. 2. 2.

R

quæst.

quæst. 70. artic. 2. qui dicit, quod in actibus humanis, super quibus constituuntur iudicia, & exiguntur testimonia, non potest adhiberi certitudo demonstratiua, eò quod sint contingentia & variabilia. Sufficit ergo probabilis certitudo, quæ vt in pluribus veritatē attingat, & sic in paucioribus à veritate deficiat: hæc S. Thomas. Si enim testimoniū hominum esset reiiciendum, quia testes quandoq; falluntur, vel falsum testimonium dicunt, omne iudicium cessaret. Nam & in iudicio Susannæ falsa erant testimonia: & quando Saluator morti adiudicabatur, & Actor, 6. in condemnatione Stephani: & apud homines, innocentes quandoq; condemnantur; nõ tamen propterea testimonia humana, quæ vt plurimum veritatem attingunt, relinquuntur. Et ideo in hoc crimine etfi error contingat quandoq; in denunciationibus, nõ propterea fides omnis eis adimenda. In iudicijs & testimonijs falsitatem & errorem quandoq; contingere, probat nobilis illa difficultas apud Theologos & Iuriconsultos: An Iudex contra veritatem sibi notam, secundum allegata & probata possit sententiam pronunciare, & innocentem sibi cognitum condemnare? Cuius affirmantem partem tenent S. Tho. 2.2. q. 76. arti. 2. & q. 64. arti. 3. ad 3. Alexan. Halen. 3. par. q. 40. membr. 6. Caiet. in loc. S. Thom. Syluest. in verbo, Iudex 2. q. 5. Dominicus

minicus Sotus l. 5. de iust. & iure q. 4. art. 2. & ex Iuriconsultis Bartol. in L. Illicitas, de offic. præsid. Ioan. Andr. in speculo, tit. de disput. & alleg. §. Satis. Gloss. in cap. pastoralis, §. quia de offic. Delegati. & Felin. ibidem. Covar. li. 1. variarum resol. ca. 1. & alij alibi. Non ergo ex humanis veritas tollenda est, quia propter hominum fragilitatem & inconstantiam quandoque homines à veritate deficiunt.

Vndecima ratio. Testes, qui non debent examinari, examinati faciunt aliqualem fidem, quia faciunt quale quale iudicium, vt Doctores loquuntur, Bald. in L. Martinus. ff. de quæst. & in L. Cunctos populos. C. de summa Trinit. & fide Cathol. Salicet. in L. Si seruos. C. de testib. Gloss. in L. 3. ff. de testib. Quod latius probat Marfil. in practica. §. Diligenter. à num. 141. Ergo magis credendum illi testi, qui debuit examinari, quia maiorem fidem facit. Si enim id quod videtur minus adesse, adest: multò magis quod magis videtur adesse, adest. Sed maleficus de se confessus, examinari debet de complicitibus, ex LL. & communi sententia: Ergo.

Duodecima ratio sumpta est ex praxi Ecclesiæ, quæ tradit eis esse habendam fidem. Nam omni tempore iudices ex huiusmodi denunciationibus inquisuerunt contra denunciatos, vt patet ex Malleo Malefi. & Bulla

Innocentij octauī, Malleo præfixa : Nicolao Iaquerio & Barth. Spineo, Sacri Pallatij Magistro in lib. de Strygibus, & Paulo Grillando Iurifconsulto, causarum Criminalium in vrbe Iudice, in li. 2. de Sortilegijs. Omnes enim dicti & alij, processus instituerunt secundum formam Iuris, in inquisitione hæreticorum seruandam. Sed in hac forma continetur, vt credatur consortibus, ex lib. 6. de hæret. cap. In fidei fauorem.

2. Concl. *Certum etiam est, quod maleficis de se confessis non habetur tanta fides, quanta hominibus integra fama, opinionis & vitæ.*

OMNES in hac re conueniunt : quia ex confessione propriij criminis, aliquo modo eorum in opinione hominum læsa est fides : Aliàs etiam ad trium vel quatuor denunciations posset aliquis damnari : quod non est in praxi, vt in conclusione vltima plenius declarabitur.

3. Conclusio. *Confessio malefici contra socium facit indicium ad torturam.*

NO TANDVM : hæc conclusio duplicem potest habere sensum : vnus est, quod confessio vnus contra socium sit sufficiens ad torturam, absq; alijs indicijs & adminiculis, & sic

sic tenent Cynus in L. fin. C. de accusat. Anthon. de Butrio in cap. 1. de confess. Paulus de Lezarijs in ca. grauis. De deposito, vt citat eos Alexan. lib. 3. consil. 89. incipiente: Viso themate antescriptæ. In eundem videntur descendere sensum Ioan. Immol. & Panorm. in cap. d. de confess. Angel. in d. L. fin. & Dinus in tractatu de quæst. Secundus sensus est, quod confessio vnus contra socium, vnū faciat indicium, non per se sufficiens sine alia præsumptione vel indicijs : & hunc in conclusione intendimus.

Probatnr nunc Conclusio, præsuppositis supra probatis : In criminibus exceptis sociū interrogandum de socijs, & Maleficium esse è numero exceptorum. In criminibus exceptis dictum socij facere indicium ad torturam, à fortiori probat authoritas Doctorū pro primo sensu citatorum. Nam qui sentit id, quod maius est, multò magis id quod minus est, sub eodem gradu sentire dicitur. Deinde in sensu nostro tenent cõmuniter Doctores, in criminibus exceptis confessionem socij contra socium facere indicium ad torturam : Innocentius in cap. Quoniam. de testib. Gloss. in L. fin. C. de accus. & in L. Quoniam liberi. C. de test. quam ibid. Doctores sequuntur. Alexan. in d. Consilio. & in lib. 2. consil. 211. incipiente. Visa facti renunciatione. Philippus Decius in consil. 189. num. 7. & 10. incipiente,

piente Lætatus sum plurimum, &c. Idem in cap. Quoniam de test. Philip. Corneus vol. 1. consil. 58. Hyppol. Marsil. in consil. criminalibus. consil. 22. & 109. num. 11. & in L. 1. §. D. Antoninus. ff. de q. & latè in praxi criminali. §. Diligenter, à num. 59. Ludouic. Roman. in consil. 154. Baldus 1. vol. consil. 95. Conrard. Lancilottus in tract. de offic. praetoris in criminalibus in tit. de negatione criminis & tormentis, num. 23. Albert. Gandinus in tractatu maleficorum, in Rubrica de quæstionibus & tormentis: & hæc est communis sententia, vt tradit Iulius Clarus lib. 5. sententiarum. §. fin. q. 21. versic. Sed quid in criminibus exceptis. Idem confirmo ex definitione & differentia indicij leuis & grauis, secundum practicos. Leue est, cui contingit frequenter abesse veritatem. Graue, cui contingit frequenter adesse veritatem. Sed maleficorum denuntiationibus nõ solum frequenter, sed aut ferè semper, aut semper contingit adesse veritatem, vt Iudicum experientia & processibus constat, ergo denunciatio malefici contra socium facit indicium graue: quia cui competit definitio, cõpetit & definitum.

4. Concl. *Confessio vnius socij in maleficio contra alium, est sufficiens ad inquirendum in criminibus exceptis.*

PROBA

PROBATVR. Confessio huiusmodi aliquem habet effectum, vt constat ex dictis. Ergo ad inquirendum: cum per se non sufficiat ad torturam, imò in non exceptis tradunt Doctores nominationem socij efficere, vt Iudex possit inquirere: quanto magis in exceptis? Deinde nostram conclusionem tenent cõmuniter Doctores, vt docet Clarus loc. cit. versic. Retenta ergo cõmuni conclusione.

Ex hac conclusione sequitur, quod Iudex habita confessione vnius malefici contra participem criminis, debet cautè inquirere circa nominati statum & conuersationem, & indagare an alia reperiatur indicia.

5. Concl. *Confessio socij contra complices & participes in crimine, in maleficorum scelere, si aliam habet præsumptionem adiunctam, vel indicium, aut indicia, facit indicium ad torturam sufficiens.*

PROBATVR conclusio ex Glos. & Saliceto in L. fin. C. de accus. vbi Salic. dicit in exceptis talem confessionem siue nominationem secundum Doctores facere indicium ad torturam, quam ipse moderatur ex Glos. citata, si talis nominatio sit cõiuncta cum alia præsumptione: & hanc doctrinam Saliceti Doctores in praxi sequuntur, vt testatur Iul. Clarus in q. d. & in specie Alexander lib. 3. consil. 59.

R. 4 incipien-

incipiente: Vifo themate. Albertus Gandinus loc. cit. Francif. Brunus de indicijs & tortura, loco d. verf. Qualis autem fit modus. Guido à Suzaria, de indicijs & tortura. num. 49. & ibid. in addit. Ludouicus Bologninus, Hippol. Marfi. in confi. 28. nu. 17. & in confi. 130. num. 42. vbi latè probat ex Alexan. & alijs. Atq; hìc pro lectore notandum, quando citantur confilia Marfilij, intelligendum de criminalibus & non ciuilibus in hac materia,

Circa hanc conclusionem & alias de confessione socij criminis, secundum Doctores notandum est, ad hoc vt dictum socij faciat indicium ad torturam, requiri, vt in tormentis confiteatur. Sic tenent cõmuniter Doctores: quia cum sit infamis & vilis factus ex confessione proprij criminis, purgandus est talis defectus tortura. Bald. 1. vol. confi. 95. Alexand. 5. vol. conf. 152. incipiente. Vifo processu, num. 17. Raphaël Fulgosius confi. 173. incipiente, In causa inquisitionis. Marf. confi. 22. num. 22. & 109. num. 13. & in practica criminali. §. Diligenter. num. 61. Gandinus de quæst. & torment. §. Nunc restat formare. Alberic. in L. fin. C. de accusat. Addo hies, quæ secundum Baldum, Salicetum, Oldratū & alios, Iason in L. Cunctos populos. de summa Trinit. & fid. Cath. num. 70. in prima lectione, & in 2. num. 51. docet infames in criminalibus cum tortura admitti, ad hoc vt indicium

dicium faciant ad torturam, in subsidium: quæ cõmunis Doctõrum est sententia, vt infra constabit. & licet Couarruias lib. 2. variarum Resolutionum cap. 13. num. 8. videatur tenere, quod tantum in ciuilibus id obtineat, vt periurium & infamia tormentis purgentur: tamen ipse intelligendus est, quantū ad absolutam probationem: & ita communi non aduersatur, imò maximè fauet. Quia vt Bartol. in L. fin. in fine. ff. de in lit. iurand. vult, quotiescunq; probatio probat in ciuilibus: in criminalibus facit indicium ad torturam, quod comprobatur Marfi. in practica. d. §. Diligenter. num. 133. Quod autem socij criminis cum tormentis admittantur, valde iuridicum est, & in quibusdam locis seruatur. Dicit tamen Chassançus in consuetudini. Burgundiæ, in Rubr. 1. se hoc sæpè allegasse in curia Franciæ: Curiam tamen non attendere in delictis atrociorib⁹, quæ fiunt de nocte, & clandestinis: sed admittere, propter difficultatem probationis, probationem sociorum criminis sine tortura, in casibus, quibus socij criminis admittuntur. Seruanda autem in hac re consuetudo loci, vbi ius dicitur, vt tradit Clarus q. cit. Constitutiones Imperiales Criminales Caroli Quinti quamuis declarent socium contra socium facere indicium ad torturam, inter alias conditiones, nulla tamen fit mentio, quod debeat fieri nominatio

in tortura, vt est videre in articulo 31. Concedendum tamen maximè in vilibus personis, confessionem reddi probabiliorẽ, quando examen fit in tormentis. 2. q. 1. can. In primis, & 5. q. 5. can. Illi qui. & L. ob carnem. & L. 1. ff. de test. & in Auth. de test. §. Si verò etiam. Aduertendum tamen pro praxi, non esse necessarium, vt confitens actu tractus sit ad tormenta, modò metu tormentorum confiteatur. Quia confiteri in tormentis, & metu tormentorum, æquiparantur in iure, vt tradunt Bartol. in L. 1. §. D. Seuerus. ff. de quæst. Bald. in tract. de quæst. & torm. Guido à Suzaria de indicijs & tortura num. 72. & ibid. in addition. Bologninus, & communiter practici. Metu autem tormentorum fit confessio, non solum quando actualiter tortura adhibetur, sed etiam quando est in locum tormentorũ ductus ad torquendum, vel præcedunt minõ tormentorum, secundũ Angelum ab Aretio in tract. malefi. verbo, Fama publica. Bartol. in d. L. 1. Gandin. in tract. de malefi. in Rub. de quæst. & torment. Marfil. in Practica criminali. §. Expedita. num. 10.

Sed hìc exurgit dubium.

An ad hoc vt dictum socij faciat indicium requiratur, vt deponat cum iuramento?

Marfilius in practic. §. Diligenter. à num. 63. tenuit.

63. tenet quod sic: & propterea dicit se Bononiẽ semel liberasse à turca quendam furẽ, nomine Lodouicũ de Parisijs. Eundem sequitur Julius Clarus in d. q. 21. verfic. Quæro nunquid ad hoc: & dicit, quod sic semper viderit obseruari. Sufficit autem vt fiat iuramentum, vel ante torturam, vel præsentẽ ipso, contra quem deponit, prout seruatur in confrontatione teste Boerio de incif. 319. Marc. Anton. Blancus in tract. de indicijs num. 384. tenet contrarium, vt citant eum Clarus & Menochius lib. 2. de arbit. Indic. quæst. num. 60. Tradit Menoch. ex aliorum autoritate praxim esse seruandam: & hoc videtur tenendũ, Requirit enim iura & leges iuramentum in teste, qui plenè probare debet, quod nõ est in proposito: quare tantus rigor iuris non attenditur. Pro cuius rei confirmatione facit, quod idem Marfil. in eod. §. infra nu. 143. latè probat, testem examinatũ sine iuramento facere præsumptionem. Hoc tamen semper faciendum à prudenti & timorato Iudice, qui Deum & iustitiam ante oculos habere debet, vt quando Reus complices in casibus, quibus tenetur, nominat, eum admoneat, vt propriam memor salutis, nemini iniuriã faciat, sed bene consideret, quid loquatur, imò & interrogare poterit reum, an in animam & cõscientiam suam velit recipere, sic se rem habere: hoc enim induit quasi rationem iuramenti.

Hic

Hic libet pro nostra materia
mouere dubium.

*An dictum mandatarij solum sine
alijs adminiculis vel iudicijs, faciat iudi-
cium ad torturam contra mandantem?*

EXEMPLI gratia, in præfenti crimine in-
ter maleficos & maleficas sunt homines
inferioris fortis, vilis conditionis, mediocri-
status & superioris: Nunc maleficus vilis co-
ditionis & pauper fatetur se grandinem mo-
uisse, ad perdendũ frumentum. Ipse est pau-
per, mendicat panem, mallet frumenti co-
piam, quàm inopiam: præsumit meritò lu-
dex talem motu proprio non fecisse, sed alio
mandante, vel alijs superioris ordinis. Inter-
rogat de mandantibus vel mandante: Man-
datarius verò reuelat & denunciatur mandan-
tem. An talis denunciatio faciat iudicium so-
lum, ita vt mandans possit capi & torqueri?
Ante resolutionem notandũ est, quod man-
datarius potest interrogari de mandante,
quando præsumptio est verisimilis eum fe-
cisse ex alterius mandato. Deinde aduerten-
dum, etsi mandans non dicatur propriè face-
re, interpretatiuè tamen, vt Doctores loquũ-
tur, concurrat. Vnde tenetur de delicto man-
datarij, & punitur eadem pœna regulariter
qua mandatarius. Bartol. in L. Non solum

ff. d.

ff. de iniurijs. §. Si mandato: & est commu-
nis opinio, vt testantur Albert. Gandinus in
tracta. de malefic. in Rubr. de pœnis. Iulius
Clarus lib. 5. §. fin. quæst. 89. Lancilottus in
tract. de offic. prætoris in cap. de mandante
homicidium. Didac. Couarr. in Clement.
Furius de homicidio. Hoc tamen sciendũ
est, quod quando mandans est potens & seue-
rus erga eos, mitiùs puniendus est mandata-
rius: quia cum actio tum minùs sit volunta-
ria, minùs in eadem specie peccat. Metus enim
etsi non tollat, minuit tamen voluntarium.

Respondetur nunc conformiter superio-
ribus conclusionibus, quod mandatarij dictũ
solum sine alia præsumptione, vel iudicijs nõ
est sufficiens ad hoc, vt mandans possit subij-
ci tormentis, vt patet ex proxima Conclusio-
ne. Deinde ob aliam rationem, quam ponunt
Clarus d. lib. quæst. 21. & Marfil. in §. Dili-
genter. num. 39. Quia aliàs esset in potestate
cuiuslibet hominis scelesti, & vilis personæ, vt
vir probus subijceretur tormentis: quod ef-
set impium & absurdum, & ita dicit Clarus,
quod viderit semper seruari: hoc tamen mo-
do, vt in criminibus exceptis leuiores suspi-
ciones sufficiant, quam in non exceptis. Quæ
praxis benè notanda est ad propositum, quod
propter atrocitatem criminis, & occulti exer-
citiij naturam, leuiores sufficiant suspiciones;
sicuti etiam in hæresi omnium iudicio leuio-
ra argu-

ra argumenta & signa, quam in alijs, acceptatur ad præsumendum ex L. 2. C. de hæret. Felino in cap. literas. de præsumpt. Lancilotto in d. tract. in cap. de hæreticis num. 8.

Dicit quispiam, cum hic agatur de indicij, quot indicia requirantur ad torturam? Respondetur, secundum Doctores, in praxi ita seruari, quod per vnum indicium, si sit proximum, procedatur ad torturam: vt si sit vnus bonus testis de visu, vel Confessio extra indicium, vel res reperta apud reum præsumptum. Atq; etiam duo leuia vnum sufficiens ad torturam efficiunt, vt Doctores præctici Lancilotto in d. tract. in ca. de negatione criminis. num. 29. Marfi. in præctica, & alij colligunt ex Bart. L. fin. ff. de quæst. Quod autem de consuetudine seruetur, vt propter vnum indicium Reus tormentis subijciatur, attestantur Ioan. Andreas in addit. ad Speculato. in tit. de præsumpt. §. Species. Alexand. lib. 2. consil. 77. Albericus in L. Si quis alicui. C. ad legem Iuliam Maiest. & hæc est cõmunis opinio, vt tradunt Clarus li 5. §. fin. q. 84. & Marfi. in præct. criminali. §. Diligenter, à num. 177. Animaduertendum est, quod in materia indiciorum & torturæ non potest in omnibus dari certa regula, propter varios casus emergentes. Ideo Iudicis arbitrio multa relinquuntur, an vnum sufficiat indicium, vel plura, vel quale. Iudicis tamen arbitrium in hoc, sicut

sicut in alijs omnibus, debet esse, iuri & æquitati consonum: alias non valet, nec debet sequi propriam conscientiam, sed publicam & regulas legum, vt latè Marfi. in præctica loco citato à nume. 27. prosequitur; quia in arbitrijs Iudex debet facere suum arbitrium cum consilio peritorum. Quando enim dicitur aliquid relinquere Iudicis arbitrio, non is est sensus, vt forsasè indocti iudices & iuris imperiti intelligunt, quod quisq; Iudex pro suo sensu & cerebro possit decernere, ita vt præ ratione sit voluntas propria, sed quod Iudex consideratis circumstantijs rerum & personarum, nec non etiam legum decretis, & doctorum sententijs, arbitretur quod iuri & æquitati consonum erit, quando lex expressè de iustitia non statuit. Vnde arbitraria, quæ dantur iudicibus, intelliguntur concedi, secundum mentem legis, & arbitrium intellectus rationis, vt rectè docet Andreas Barbatius in cap. 1. de constitut. numer. 167. Si autem lex quid certi statuat in casu, legi standum est. Hioc infertur, illa indicia maximè, quæ leges ponunt, & Doctores ex legibus colligunt, obseruanda esse. Deinde breuiter deduco (inferius latiùs Deo duce probaturus) in materia maleficorum peccare quosdam Iudices Iurium ignaros, qui requirunt tantam copiam indiciorum, vt ex natura & statu illius exercitij, quod occultissimum est,

est, vix vnquam sit, aut esse velit, qui aut accusare, aut denunciare audeat: maximè cum regulariter omne iudicium, secundum communem sententiam, quam etiam Constitutio criminalis Caroli Quinti in articulo 23. complectitur, per duos testes probandū sit: Cum tamen iura, Doctores, & praxes doctissimarū curiarum, in enormibus, clandestinis, & occultis, ne crimina impunita maneant, Diuina maiestas grauissimè lēdatur, atq; ad iram prouocetur, & respub. patiatur: leniores & minores quam in alijs admittant suspiciones, & minora argumenta seu indicia requirant, vt in probatione sextæ Conclusionis euidenter probabo.

Aliud hic dubium incidenter soluendū, quod sæpè in praxi occurrit: Casus talis est, Maleficus indicijs sufficientibus, & seruatis seruandis in tortura coram Iudice, notario & assistentibus proprium crimen confessus, deinde de consortibus interrogatus, cum iure & potuerit & debuerit interrogari, denunciavit duos, vel duas, vel plures: quam confessionem ratam habet, & confirmat, dum est ad bancham iuris, vt vocant, & sententiam expectat. Sententia lata proceditur ad executionem, & dum est in manibus Carnificis, locum paratum ad incinerandum intraturus, vel instantia partis denunciatæ, vel importunitatē admonentium mortis, & vrgentium per am
mali

mæ salutem, vt cogitet verè, an falsò denunciauerit: reus perturbatus hiscè vel similibus verbis, dum in extremis militat, vertit se ad populum, dicens ad iudicem, vt paululum expectet, & ait, in præsentia omnium. Rogo vos omnes, vt mihi ignoscatis, atq; pro anima mea Dominum rogetis, & quia illos vel illas denunciaui tanquam participes criminis: excuso eos, & dico me nihil mali de ipsis scire. Vel, delatis præsentibus & instantibus respondet: habeo vos pro bonis & probis. Quibus peractis non est ampliùs locus verbis, sed proceditur ad executionem. Difficultas nunc est, an confessio in extremis facta elidat primam confessionem, in tortura & iudicio factam, ita vt prior non sit ampliùs indicium ad torturam contra denunciatos, iuxta modum in conclusione expositum.

Videtur quod elidat, tum quia confessio nulla, & non perseverans, eiusdem censeatur virtutis, apud Doctores: tum quia quilibet in articulo mortis memor salutis præsumitur. can. Sancimus. r. q. 7. & Glos. in cap. literas. de præsumpt. Quæstio hæc parum apud Doctores trita est. Eam in casu forti mouet Marsilius in practica criminali. §. Restat. in principio, & soluit in partem negantē: & sic etiam in præsentia resolvimus: Non esse standum tali confessioni, quæ in extremis fit: & probatur ex L. Si quis in grau. §. Si quis moriens

moriens. ff. ad Syllan. vbi per illum textum Bartolus & alij dicunt, quod si aliquis iudex, constitutus in mortis articulo, dicit se falsam tulisse sententiam, non statim ipsius dicto, nec ei creditur ad annullandum sententiam: & multis alijs iuribus & allegationibus prosequitur dictus auctor. Præterea eadem solemnitas requiritur in destruendo, quæ exigitur in construendo: nec non etiam eadem solemnitas postulatur in reuocatione actus, quæ in celebratione. Sed talis reuocatio in articulo mortis fit extraiudicialiter, sine debita solemnitate: denunciatio verò facta est seruatis seruandis in iudicio: & actus fortior est, qui fit in iudicio, quam qui fit extrà, iuxta Glos. receptam in Authen. Generaliter. C. de Episc. & Cleric. Ergo posterior confessio non derogat priori. Atq; in maiorem confirmationem optima est ratio. Rei cum ducuntur ad supplicium, & sunt in puncto mortis, adeo concutiuntur timore, & perturbantur angustia necis, vt quasi alieni à mente videantur, & pleni iudicium non habeant, & oppressi mortis timore sunt veluti similes mortuis. Adhæc talis persona, maximè si moriatur poenitens sana mente & ratione, nõ confirmasset primam confessionem factam in tortura, quando sententia danda erat ad banchum iuris: tunc enim conscientiam suam aperuisset, & releuasset

set excusando, quod in tormentis timore poenæ, ad liberandum se à tortura, vel alia affectione mota, denunciaffet tales, tanquam participes criminis, contra veritatem. Si autem in iudicio persistit in prima confessione, veritatem dixisse & consensum præbuisse, in primam præsumitur. Quia qui tacet, quando loqui tenetur, & interrogatur, pro consentiente habetur. Ex his similibusque argumentis videtur concludendum, quod in foro exteriori talis excusatio in extremis non elidat primam confessionem: quamuis maximum quiddam apud Deum & homines sit, quod ille reus statim moriturus exculpet, & excuset, quem inculpauit. Quod in contrarium obijcitur, verum est, quod confessio non perseverans æquiparetur confessioni nulli: hoc tamen intelligitur vsq; ad sententiam condemnatoriã. Si reus non perseveret in confessione facta in tortura, non potest condemnari vi prioris confessionis. At alia ratio est post sententiam. Quod verò adducitur: moriens præsumitur memor salutis, verum est, si constanti & sana mente, & deliberato iudicio respondeat, & non perturbetur timore mortis, vel instantia importuna partium, aut sollicitantium. His addo, quod Baldus ait, in tractatu de pace Constantiæ. §. extra quæro. numero 66. qui tractatus habetur in 3. vol. Oceani iuris, fol. 77.

quem sequitur Iason. in L. 1. ff. Per quam factum erit: num. 16. Non omnis qui moritur, vel est in extremo vitæ constitutus, est Sanctus Ioannes Baptista, licet receperit corpus Christi. Vnde licet sit aliqualis præsumptio, non tamen tanta, vt multum probet. Ex his duo elicio: Primum, pro Confessarijs, qui talium reorum audiunt cōfessiones in casibus, quibus socios criminis tenentur denunciare, vt admoneant eos serio in confessione, ad denunciandum eos, quos in conscientia, ex certa conscientia, sepositis omnibus humanis affectionibus, nouerint consortes, Iudici coram notario & testibus, & si quos fortè in tormentis ex odio, inuidia, vel timore poenæ, vel alia causa contra veritatem denunciauissent: reuocent cum eadem solemnitate, antè sententiam. Quia si postea Confessarius reum committetur ad supplicium, & tunc sepius inculcando admoneat, vt memor salutis, si quem iniuste denunciauisset, eum reuocet, stimuli conscientia ex vna parte, cum mors instet, & ratio reddenda sit: & ex altera anxitate mortis exagitatus facile contingere possit, vt totam primam confessionem in dubium reuocaret. Secundum, vt Iudex nunquam permittat, sententia lata partes accedere ad instandum & molestandum reum, sed si iudicet cōfessiones, vt loquuntur, id fieri curet ante sententiam pro commoditate. Aliàs si post, qui

pe

per importunitatem reuocetur, generatur aliquo modo præiudiciū tum iudicio, quod sanctum esse debet, & sine mendacio, tum etiam ipsi reo, qui falsum dixit, aut in falsum confesum dedit, dum loqui debebat, & tacuit, si postea non stet confessioni: Nec etiam secundum leges talis subsequuta reuocatio, vt supra dictum, magni ponderis est, præsertim quando prima confessio fulcitur adminiculis, quæ ipsam probabilem reddunt. Vide ad hanc materiam constitutionem criminalem Caroli V. in art. 31. versi. Zum sünstten. Huic resolutioni multum fauet, casus in simili expressus in L. Si quis in graui. §. Si quis moriens. Ad Sillauiam. vbi non creditur vulnerato morienti, qui in extremis vitæ, exempli gratia, dicit se à Titio vulneratum, nisi poterit aliter probare. Ex qua lege Angelus ibidem, & Marsilius conf. 5. numer. 14. & conf. 109. tradunt dictum morientis facere indicium ad torturam. In contrarium est communis opinio, facere aliqualem præsumptionem, sed non tantam, quæ sufficiat ad torturam. Stephan. Bertrand. lib. 2. consil. 137. & alij multi, quos citat & sequitur Iul. Clarus lib. 5. quæst. 21. Vnde Constitutiones Criminales Caroli Quinti, in art. 28. determinant, quod sermo morientis, si quem denunciaret, aliquod faciat indicium.

S 3

CIII

Cum in crimine maleficiorum denunciantes saepe sint varij in confessione, dubitatur merito: Cui confessioni standum?

HAEC quaestio si in generali tractetur, intricatissima est, & eam ad longum excellentioribus tractant, Didacus Couar. li. 2. variarum Resolut. cap. 13. Anthonius Gabriel. Romanus lib. 7. cōmuniū conclusionum, concl. 26. 27. 28. 29. & seq. lul. Clar. li. 5. Sententiarum iuris §. fin. & latissimè Menoch. lib. 2. de arbitrijs iudic. qq. casu. 108. Sed omīssis alijs, quantum ad nostrum propositum, sit

Prima Conclus. In crimine hæresis & negotio fidei, si quis de seipso testificetur, & de alijs, etiam si ex interuallo fuerint contraria testimonia prolata, nihilominus statur illi testimonio, quo hæresis reuelatur, etiam si prius testimonium iuramento sit firmatum, & hæresis non detegat, secundum verò detegat, secundo potius statur: ex tex. & Glōf. c. Accusatus. §. licet, de hæret. in 6. Felin. in ca. Cum in tua. col. 2. de testib. Menoch. loc. cit. num. 13. Couar. vbi supra num. & alij ab eo citati. Ratio Redditur à Repertorio inquisitorum in verbo. Testes. Couarr. & Menochio: Ne tam horrendum crimen, in perniciem Christianæ religionis, omnino maneat occultum. Vbi tamen seruanda est consideratio d. §. li

cet, vt ex manifestis indicijs appareat, talem non ex animæ leuitate, vel odij fomite, seu pecuniæ corruptione, sed zelo fidei & religionis suum testimonium corrigere, ac quod reuelat, reuelare. Et hoc est priuilegium concessum in fauorem fidei & religionis. Tantus enim est fauor fidei vt quamuis in alijs criminibus in dubio tutius sit nocentem absolueret, quam innocentem condemnare: in hæresi tamen & negotio fidei, in dubio quis præsumitur hæreticus, quantum ad condemnationem pœnitentiæ imponendæ in foro Ecclesiæ, pro vtilitate animæ. Franciscus Squillicens. de fide Catholica cap. 34. Glossa, & Immolen. ab eo citati. Iosephus Mascardus de probationib. vol. 1. conclus. 495. numer. & alij, quos ipse citat.

Secunda Conclus. Quod de hæresi & negotio fidei dictum, quantum ad testium varietatem, idem seruandum est in crimine maleficorum. Tum, quia eadem ratio multo fortius in hoc crimine militat: Cum hoc crimen maleficorum omni crimine sit atrocius, maximeque sit in perniciem Christianæ religionis, plurimaq; mala in Remp. redundent, si lateat; Tum, quia crimen maleficorum omnium iudicio refertur ad hæresin: Tum quia omni tempore, Inquisitores seruauerunt modum probandi & detegendi hoc crimen à canonibus præscriptum pro hæreticis. Vt est videre apud

Doctores mallei malefic. Syluestrum, Bartholomæum Spineum, Nicolaum Jaqueriū, & alios,

6. *Conclus. Confessio duorum vel trium contra aliquem, vel aliquos particeps criminis, regulariter facit indicium ad torturam, in crimine maleficorum.*

HANC Conclusionem sic intelligo: si duo vel tres focij rei inuenti in tormentis, de se confessi, simul vel successiuè denuntient alium, vel alios, faciunt indicium, vel indicij sufficientia contra talem, vel tales, ad torturam: si in confessione constanter perseuerent, pœnitentes ad iudicium accedant, morientes cum cōtritione, ita vt ex circumstantijs adiunctis non possit præsumi eos mentiri: & si alia non sint indicia, Iudex potest & debet ex lege naturali suprâ insinuata, & ratione officij, tales denunciatos apprehendere, inquirere, & torturæ subijcere. Et in tali confessione multum est obseruandum, an reus sæpius confessionem contra alios reitet, & geminet in tormentis postea, & ad banchum iuris: quia geminatio arguit magnam firmitatem animi & propositi. Marsil. in consil. 113. num. 2. & in L. i. ff. de quest. §. Quæstioni, Felin. in ca. si cautio, De fide instrumentorum, num. 39. Decius in consil. 185. numer. 10. Talis etiam geminatio

geminatio & reiteratio præsupponit deliberationem, iuxta Gloss. in cap. Si quis iratus. 2. q. 3. Quæ de causa non est reuocabilis præextu erroris aut fallitatis. Ludouic. Roman. in consil. 346. incipiente, in hac causa. Barth. in L. Cum scimus. C. de Agricolis & censitis. li. vndecimo. Bald. in L. Nec damnosa. C. de precibus Imperat. offerendis, & alij iam citati, Dicit in conclusione (regulariter) quia possit esse casus, in quo tam pauca denuntiationes non sufficerent: vt si vir in potestate & autoritate constitutus, à subditis denuncia-retur tanti criminis, possit fortassè præsumi ex odio factum, vel alio humano respectu, præsertim si nullæ aliæ adsunt præsumptiones coadiuantes, Si tamē tales denuntiationes multiplicentur à personis infimæ, mediocris, & fortassis æqualis (consideratis considerandis) conditionis & status hominibus; iustitia vendicat sibi locum. Videndum etiam, an tales denunciantes sint maioris autoritatis habiti: tunc enim eorum denuntiationes sunt maioris etiam virtutis, in æquilibrio rationis, contra pares, si debitæ seruantur conditiones. Propter hoc enim crimen licet quemlibet, nõ obstante dignitate, torturæ subijcere, & inuentum reum punire. ex L. Etsi excepta. C. De malefi. & mathe. Probatur nunc Conclusio sic declarata.

Primò, autoritate omnium DD, allegatorum

S §

torum

torum in 3. & 5. conclus. Nam cum dubitant, an vnus confessio in exceptis sufficiat ad torturam, præsupponunt duorum vel trium sufficere: & communis & in praxi recepta opinio tenet, confessionem siue nominationem vnus facere indicium ad torturam, si alia præsumptione vel indicio iuuetur. Sed hic in proposito vnus inculpatio, vel nominatio coniungitur nominationi alterius. Ergo.

Secundò, ex communi sententia, vt supra ostensum est, vnum graue indicium & proximum sufficeret regulariter ad torturam. Sed inculpatio duorum vel trium facit grauissimum contra tertium; cum vnus faciat graue, ex definitione grauis indicij, & proximum: cum omnes rerum circumstantias nominari posset significare & aperire viam ad vltiorem inquisitionem.

Tertiò, In crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, duorum sociorum confessio contra socium vel socios, sufficeret ad torturam ex cap. In fidei fauorem. in 6. de hæret. & 6. quæst. 1. cap. Si quis cum militibus. & in l. Quisquis. Cod. ad legem Iuliam Maiest. & communi doctorum sententia. Ergo & in nostro casu: quia vbi est similis ratio, idem ius est. Et ad legem Aquili. l. Illud. & vbi maior ratio maius ius. Ratio autem in dictis criminibus est enormitas criminis, & rei publ. damnatio.

Sed magnitudine & immanitate hoc crimen omnia superat, maximaque damna in rem publ. redundant, vt omnium confessionibus constat, & hisce infœlicissimis temporibus Respubl. experitur. Hinc benè Lambertus Danæus cap. 5. in dialogis de sortarijs & maleficis, ait: Sunt à fide sceleratissimi apostatæ, Dei potentia perfidi abiuratores, rei læsæ maiestatis diuinæ, transfugæ teterrimi, proditores Dei fœdissimi, affectæ diaboli turpissimi, denique diabolici venefici, & impostores, hæc ille. Si ergo in crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, duo socij criminis contra participes faciunt indicium ad torturam sufficiens, imò fortassè plus probant in defectu aliorum (nam iura eos in testes admittunt indistinctè) quis negabit in nefandissimo scelere duorum vel trium testimonium, de se confessorum, contra alios sufficere ad torturam? quæ solum est mediū, ad inquirendum veritatem. Quid immanius, quam Deo datam fidem abnegare, cum diabolo fœdus contra diuinam maiestatem, eiusque sanctos contrahere, dæmonem adorare, sanctissimam Dei genericam blasphemiam impetere, hosti communis salutis obedientiam, homagiumque præstare? Etenim qui in religionem diuinam peccat, omnibus facit iniuriam, & publicum crimen committit. cap. Vergentis. de hæreticis. & C. eod. tit. l. Gazaros. Si ergo, vt l. 7. ibidem

ibidem definit, Hæreticorum vocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus debent succumbere, qui vel leui argumento à iudicio Catholicæ religionis, & tramite delecti fuerint deuiare: quanto magis qui tot tamq; enormibus flagitijs non dico deuiare à fide, sed totam religionem conculcare maximis argumētis cognoscuntur, & deteguntur?

Quartò; in crimine latrocinij, & alijs exceptis, omnium practitorum iudicio, duorū vel trium denunciationses contra consortes criminis sufficiunt ad torturam, ex legibus supra citatis & allegationibus. Et sic practicitur in rebus publ. benè institutis, doctissimorum virorum consilijs, vt benè docent experientia, & aliorum testimonijs Iul. Clarus lib. 5. §. fin. practicæ criminalis, q. 21. vers. Sed pone. Chassaneus in consuetudinibus Burgundia, Rubr. 7. §. 5. num. 123. vers. Et quantum ad laicū. Raphaël Fulgosi in conf. 173. Alexand. conf. 89. lib. 3. incipiente, Viso themate ante scriptæ. In crimine hæresis duos tantum sufficere probat pluribus allegationibus. Iosep. Mascar. vol. 2. de probat. concl. 859.

Quintò. Omnium Doctorum iudicio, in defectum aliarum probationum, & in subsidium, admittuntur testes non integri, inhabiles, infames, & focij criminum, quando ex natura rei & actus alij haberi nō possunt, iuxta communem rerum cursum. Sic tenent Pa-

norm

norm. Baldus. Hostien. Felinus & alij, in cap. fin. de test. cogend. Anthon. à Butrio in cap. Tertio loco, de Probat. Ioan. Andreas in addit. ad Speculat. tit de teste. §. 1. vers. Quid si olim. Bald. Glossa & alij d. in C. de testib. L. Quoniam liberi. Alexand. lib. 2. consil. 320. incipien. Et viso themate. & eod. li. consil. 166. incipiente, Animaduertis. & lib. 5. conf. 152. incipiente. Viso processu causæ. Philippus Corneus 1. part. consil. 58. incipiente. Post reditum consilium dicitur mihi. Paulus Castr. 1. part. Consil. 348. incipien. Notandum quod adulterium. Decius in consil. 189. incip. Lætatus sum. à num. 10. Marfi. consil. 41. num. 6. & consil. 61. & 102. num. 7. & in practica criminali. §. Diligenter à num. 81. Matheus Mathesil. in singularibus. vers. Nota quod subsidium, pagin. penul. Landfranc. in tractatu de depositionibus testium. num. 102. Salyc. in L. Ea quidem. C. de accusat. Iason. in L. Cunctos populos. De summa Trinitat. & communis ibidem. Mart. Nauar. in manu. Confessariorum, cap. 25. num. 49. & 50. Plurimas ad hoc congregat allegationes Anthon. Gabriellus, Romanus Fisci Apostoli aduocatus lib. 1. cōmuniū conclusionum, in Rub. de testib. conclus. 7. Sed in crimine maleficorum aliter veritas haberi non potest, ex naturali rei & actus, iuxta cōmunem rerum cursum. Eorum enim exercitiis, conuenticula, coniu-

la, coniurationesque de nocte fiunt, & in locis secretis, & ab hominum consuetudine remotis. Vnde dicuntur striges, quia quasi aues nocturnæ de nocte strident, vt notat Syluester in summa, verb. Hæresis. 3. & sua maleficia exercent. Quæ autem de nocte fiunt, & in locis secretis, difficilis sunt probationis, vt pulchrè ostendunt Alexand. in d. consil. 166. & Marsil. in consil. 5. Si autem aliquod in rerum natura crimen est, quod aliter probari non possit, nisi per consortes & socios criminis, hoc profecto est, vt rei natura ostendit, & experientia rerum magistra docet.

Nunquid princeps tenebrarum est author principalis, qui odit lucem, & omnia inuisibiliter operatur? & quis probus eorum tractatibus & conuentibus interest, aut interesse permittitur, vt sit testis omni exceptione maior, qui testimonium ferat? Quis enim vir uxorem habens, cum qua noctes diesque versatur, ipsam innocentem affirmare audebit? Aut quæ mulier, virum ab hoc crimine liberum pronuntiabit? Hic sibi locum vendicat illud Poëticum: Quo minime credis gurgite, piscis erit. Quis igitur Iudex tam à ratione alienus est, qui honorum requirat testimonium, vbi nulli boni interesse possunt, nisi probationem amittere, & pactum cum dæmone & sua facietate inire velint? Atque hoc argumentum confirmat Regula illa Iuridica; in defe-

ctum

ctum probationum, si ex negotij & actus natura non potest haberi legitima probatio, admittitur minus legitima: & lex contenta est ea probatione, quæ haberi potest. text. & Gloss. in cap. fin. de testib. cog. panormit. ibidem. Alexand. i. volum. consil. 64. incipiente, Aeterni numinis inuocato spiritu. Marsil. consil. 5. & in practica criminali. §. Diligenter. num. 126. Bartol. & Immolens. in L. In illa stipulatione. in fine. de verbor. obligat. Chassanegus super consuetud. Burgundiæ, Rub. 1. §. 5. num. 173. Amplius roboratur ex panormitano in cap. De cætero. de testib. vbi testatur, quod licet regulariter non admittantur laici contra clericos, in causa criminali; tamen quando delictum est commissum in villa, vbi solum vnus est clericus, in defectum probationum, admittendi sunt laici. Ad idem facit doctrina Saliceti in L. Ea quidem. C. de accusat. q. 5. recepta ab Angelo ab Aretio, in Tractat. de malefic. Verbo Meritor. & Marsilio d. consil. 5. & alijs. Quando in casu sumus; in quo testes integri haberi non possunt, tunc admittendi non integri: & ponit exemplum. Si quis lusit in prostibulo, & fuit deceptus propter taxillos falsos, &c. poterit lationem & falsitatem probare per lenones & infames.

Sexto, in enormibus & occultis, facilioꝝ
& promissis

& promptior debet esse Iudex in procedendo ad torturam, sicut in incantatione, venenatione & similibus, ex Bald. in L. Nemo deinceps. C. de Episcopali audient. Barbar. & alij in addit. ad Bartol. L. fin. ff. de quaest. Quod latè confirmant Francisc. Brunus in tractat. de iudicijs & tortura, 2. part. q. 8. num. 2. & hæc est cõmunis regula, vt tradit Clarus lib. 5. q. 64. vers. & ideò. Ratio redditur: quia ea, quæ in occulto fiunt difficiliùs probari possunt. Ex qua causa resultat illud luridicũ pronuntiatum: In clandestinis & occultis sufficere probationes per coniecturas, ob rei difficultatem, quæ aliàs non sufficerent. Occulta autem sunt, quæ fiunt de nocte, & in loco occulto. Baldus in L. Cum fratrem. Co. de his quibus vt indignis. in principio. Angel. in L. 1. §. Occisorum. ff. ad Syllanian. Hinc Baldus clandestinum dicit: quia rarò inuenitur sine tortura, vt est venenatio, ex d. L. Cum fratrem. Quomodo autem quæ de nocte fiunt, difficilis sint probationis, probat latè Alexand. lib. 2. consi. 211. incipien. Vifa facti narratione, & eodem lib. consi. 167. incipiente. Animaduersis his, quæ tam per testes, Atque crimen maleficorum, ex his causis alij que, quòd est occultissimum, leuioribus argumentis tortura inquiri posse quis dubitat? tamen à regula criminum aliorum exceptorum non recedimus, vt satis superque constat ex su.

ex supradictis. Quare autem maleficia potius fiunt de nocte, & in locis ab hominum conuersatione desertis, duplex redditur ratio à Paulo Grillando, in lib. 2. de Sortilegijs ca. 4. Prima, quia Dæmon post casum ex paradiso effectus fuit obscurus, & tenebrosus: quare etiam dicitur princeps tenebrarũ: proinde sua opera facit in loco obscuro, & tempore tenebroso, iuxta commune dictum: Qui male agit, odit lucem: Secunda; Si de die fierent, possent videri ab aliquo, & faciliùs discooperirentur eorum maleficia, & deuenirent ad notitiam, & sic caperentur & punirentur.

Septimo. Regulare & iuridicum est, quod propter enormitatem & immanitatem criminis, iura & statuta transgredi licet; Id quod probatur cap. 1. de confes. Glos. & dd. Excipiuntur, propter immanitatem, quæ vocantur excepta ab illa regula: De se confessus super aliorum conscientia non debet inquiri L. Nemo deinceps. C. de Episcopali. audient. In festis pascalibus relaxantur carcerati, exceptis qui atrociam commiserunt, L. per omnes. C. de defensorib. ciuitat. denegatur defensio, propter magnitudinem criminis. L. prouinciarum. C. de ferijs. in venerabili paschæ die, propter immanitatem, admittitur tortura, ad honorem Dei: quod & Bald. in d. l. Nemo deinceps, tradit. Fecit ad idem Glosin §. per contrarium. Instit. de hæred. quæ ab intestat. deferun.

deferuntur. vbi propter immanitatem, fama defuncti damnatur. Sic Ioan. Andreas, propter atrocissimum crimen, in cap. Cum non ab homine, de iudicijs. Testatur clericū sine degradatione posse puniri, non attenda dispositione d. ca. Sic Marfil. in singulari. 601. propter immanitatem criminis recipiuntur testes, lite non contestata, & parte non citata: iuxta notata ab Archidiacono, Dominico Gemiliano, Hostien. in cap. 1. de homicid. in 6. & Felino in cap. Quoniam, nu. 7. Vt lite non contestata. Probant hanc regulam latissimè Baldus in Autent. sed nouo iure. C. de seru. fugitiuis. & Doctores in addit. ibidem. Marfil. in L. vnus. §. Cogniturum. ff. de quaest. & in d. singulari: & omnium latissimè Andreas Barbatus in c. 1. de constit. à nu. 155. secutus doctrinam Innocentij ibidem. Propter hanc regulam in atrocissimis non seruatur ita processus, recipiuntur testes ante litem contestatam, & parte non citata, & proceditur ad torturam, etiam si nō sint ita sufficientia indicia vt rectè infert Iulius Clarus li. 5. q. 1. §. primo: vers. sunt etiam. Enormia enim, vt in d. singulari. 601. Marfil. tradit, talis sunt naturæ & importantig, quod alterent dispositionem statutorum & iuris communis. Atque si hæc omnia in vllō crimine locum habeant, in hoc nostro proposito in summo gradu obtinebunt. Si quidem vt plurimum in crimine maleficorum,

corum, in vno subiecto conueniunt crimena lesa maiestatis diuinæ, quandoque etiam humana, vt experientia compertum est: latrocinia horrenda, & grauissimis circumstantijs affecta; coniuratio cum diabolo in subuersionem regni summi Regis: Idololatria pessima, pactum cum diabolo & inferno; blasphemia in Deum, Beatissimam virginem, & omnes sanctos; peccatū contra naturam cum spiritibus creaturis: sacrilegia nefandissima in abusu sacramenti sacramentorum, & rerum sacrarum; Infantium & innocentum cædes; sepulchrorum violatio, vt innocentes effodiant, quorum carnibus horrendè abutuntur; perditio agrorum, vinearum, sylvarum, omniumque rerum ad salutem hominum spectantium: ita vt merito à lege appellentur hostes communis salutis; & alia plurima scelera perpetrant, quæ nec mens humana concipere valet. Quis igitur tam insipiens est, qui legibus concludere velit, quod omnes leges immanitate & atrocitate superat? Estne vllus canon, aut lex, aut statutum, quod dæmonem cum sua societate includat? Hic Iudices atque potestatem habentes, per Deum, communemque salutem obsecro, vt leges, iura, rationes, & auctoritatem doctissimorum virorum intueantur, oculos aperiant, & cernant, quomodo Deus immanissimis criminibus irriteretur, quomodo propter periculum cōmunis salutis, in

enormibus, ne quidem à processu & inquisitione, & executione in diebus Deo singulari ratione consecratis cessandum sit; quomodo Deus executione iustitiæ reconcilietur. Facillimè, ait d. lex, prouinciarum. C. de ferijs. in hoc summi numinis speratur venia, per quod multorum salus, & incolumitas procuratur? Quomodo ad honorem Dei, iuxta d. L. Nemo deinceps: crimina punienda sint; quomodo sinant crimina impunita coalescere, contra L. per omnes. C. de defenf. Ciuit. quomodo in tam enormibus & periculosis, contra communem salutem, relictis legibus diuinis, naturalibus & posituis, dum periculum est in morâ, iustitiæ executionem differant, cum multorum scandalo, dantes iustam occasionem multis temerarijs iudicijs, & sicô. municantes grauissimis peccatis alienis? quomodo deglutiant camelos, excolantes culices, dum minora & manifesta Lynceis oculis perlustrant, & talpis sunt ceciores in occultis & atrocissimis? quomodo festucam videant, & trabem non animaduertunt, dum furta simplicia, homicidia sine proposito perpetrata, aliaque minora canè peius & angue persequuntur: crimen verò læsæ maiestatis diuinæ, apostasiam, tractatus secretos contra patriam salutem, & alia immanissima facinora, tanquam phantasias & somnia negligunt. Habent Iudices in hoc negotio doctrinam Magni

Basilij

Basilij antè oculus: Qui veram germanamque iustitiam non habet in animo repositam, ac velut ex præuia quadam meditatione reconditam, sed aut pecunijs corrumpitur, aut amicis obsequitur, aut etiam inimicos vlciscitur, aut alienam reformidat potentiam; rectè ius dicere, iudiciaque exercere non potest.

Octauo & vltimò probo conclusionem. Si non demus locum denunciationibus confortum in crimine maleficorum, non est viâ extirpandi hoc crimen, nec inquirendi, aut procedendi contra multos, nec locus puniendi principes huius sceleris; quod concedere est absurdissimum. Et hoc probo reducendo in memoriam ea, quæ posita & probata sunt ex fidei fundamentis, in decimo præludio, Inter dæmones est prælatio & ordo. Sunt enim supremi, medij, & infimi. Qualis ergo ordo inter dominos, talis inter ministros, Nam norunt optimè tanto stabilius esse regnū, quanto maiori firmatur ordine. Videmus autè in regno tēporali, superiores, potentiores, & honoratiores principibus assidere; cōsilia ac responsa dare, ac demū quod executioni mandandum concludere, conclusa per medios & infimos in effectū deducere. Non enim est superiorum cōsiliariorum, manus ad mouere operi. Sicut enim superiores dæmones suas prouincias cōmittunt inferioribus; Sic etiam in pessima illa politia, principes & superio-

T 3

res

res malefici, cum Principe dæmoniorū concludunt tractatus, atque inferioribus executionem mandant.

Atque hanc doctrinam non solum ratio comprobatur, sed etiam maleficorum & maleficarum confessiones confirmant. Quæro nunc ab homine, qui nullum dat locum denunciationibus, cōtra ius, doctissimorum virorum authoritatem, & praxim tam Ecclesiæ, quam rerum public. benè institutarum, atque rectam rationem; quis modus erit procedendi contra illos, qui sunt in superiori ordine? manebunt ne impunita eorum scelera? eorum tractatus contra rempub. communēque salutem occulti latebunt, vt indices plures pertrahantur in diaboli societatem? Recurris ad externa indicia: perquire quando principes huius sceleris visi fuerint aut scopas erigere ad causandum pluuia, aut ollam supponere vestibulo alicuius stabuli, aut lites & minas intentasse plebeis, aut alia opera externa exercuisse, quæ indiciorum vices subeant ad probandum. Hæc enim sunt facta vulgarium & vilium personarum, quæ rus incolunt, & ruri versantur inter plebeos. Ibi quædoque hæc & similia perspiciuntur indicia. Tollatur igitur via inquisitionis & processus per denunciations, & alantur principes maleficorum, & magistri scholæ diaboli: & videtur, cum maximo Reipub. damno, quis

fit

fit futurus rei exitus. Habeant antè oculos, qui gladium portant, iustitiam, quæ tribuit unicuique quod suum est, benè agenti præmiū & honorem: malè operanti pœnam & vindictam: neli respectu humano omittant punire Dei iniurias, ac reipubl. vindicare scelera, seuerissimam indignationem eius, qui etiam iustitias iudicat, incurrant.

Dubia duo hoc loco paucis mouenda & resoluenda sunt.

Primum. *An testes huiusmodi singulares probent aliquid, ita vt quis possit torqueri ad denunciations eorum, & gra.*

VNVS dicit quod viderit N. venientem in deaurato curru, alius in nigro equo, alius in hirco ad congregationem nocturnā, sed diuerso tēpore. Videtur quod non: Tantum enim probant mille testes singulares, quantum vnus. Bald. in L. Iurisiurandi. col. 2. C. de testib. Alexand. in conf. 20. & 81. vol. 4. Marfi. conf. 27. & 28. & alij alibi. & regulariter testes singulares non probant. cap. Tam literis, de testib. cap. Cum dilecti. de election. & c. licet causam. de probat. & L. ob carmen. ff. de test. §. fin. His & similibus auctoritatibus quidam persuadere conatus est dictam singularitatem impedire. Sed quia hic loqui-

T 4 mur

mur in ordine ad torturam, parum ad rem facit disputare de testium singularitate: tum quia communissima est sententia, quod vnus testis omni exceptione maior, faciat indicium sufficiens ad torturam; tum quia socij criminis, etiamsi sint singulares, faciunt indicium ad torturam in criminibus exceptis, vt tradit ex praxi doctissimarum curiarum Lulius Clarus lib. 5. §. fin. q. 21. vers. Sed pone. Deinde vt communior est opinio DD. attestante hoc & confirmante Anton. Gabriello lib. 1. com. concl. conc. 2. num. 19. in Rub. de testib. testes singulares probant de delicto in genere, vt quem esse hæreticum, vsurarium, maleficum, &c. vel quando agitur de probatione actus non momentanei, sed successiui. Quare esse potest, quod maleficus vna vice veniat ad cursum in figura deaurati currus, alia vice in capro, & sic de similibus. Quia Dæmon sicuti dicitur mille artifex: ita etiam versipellis, quod formam subinde mutat.

Dubium secundum.

An, quando malefici à socijs denunciantur, quod ludis Diabolicis & choreis interfuerint, sociorum denunciationes faciant indicium ad torturam, etiamsi non fiat mentio, quod hominem, aut equum necauerint, aut damna intulerint?

QVI.

QVIDAM distinguunt, & dicunt: si tantum denuncientur, quod congregationi interfuerint, & ludis, non faciant indicium ad torturam plures denunciationes: si autem homines, aut equos necauerint, aut damna intulerint, tunc faciant indicium. Sed hæc distinctio tantum narratur, nec vllaratione aut fundamento stabili fulcitur, imò videtur implicare ignorantiam negotij eius, quod arte Diaboli ibidem geritur. Et probatur contrarium. Malefici aut sunt rei læsæ maiestatis diuinæ, quando in cursu & congregatione sunt: aut non sunt. Si rei sunt læsæ maiestatis diuinæ, vt certè dicendum est; Nam in hoc grauissimè diuinam maiestatem lædunt, quod Deo & suo regno abrenunciant, pacta cum aduersario contra Christum & eius exercitum contrahunt. Quis enim nescit, omnem societatem cum Dæmone esse homini interdictam: cum à principe vniuersi, tali hosti perpetuum sit indictum bellum? S. Thom. 2. 2. q. 95. artic. 2. ad vlt. Caietanus ibidem, Domini. Sotus lib. 8. de iustit. & iure, q. 3. artic. 2. Hostes autem regis & regni dicuntur, quibus à Rege indictum est bellum, per notata in L. Si quis ingenuam. §. fin. & L. Hostes. ff. de captiu. Bartolus ibidem circa finem. Martinus Laudensis in tractat. de bello. §. 5. & Iatius Boërius cum alijs in decis. 178. num. 1.

T 5 Sed

Sed societas subditi cum hoste regis, aut principis, siue consummata, siue inita solum sit, facit aliquem reum læsæ maiestatis vt rectè Caietanus 2. 2. q. 95. artic. 4. docet, & text. L. Quisquis. C. ad L. Iuliam maiest. cum DD. conuincit, quod etiam conatus in crimine læsæ maiestatis puniendus: quem conatum Caietanus appellat societatem initam, nec dum consummatum. Reo autem læsæ maiestatis tam diuinæ quam humanæ multò magis creditur, quàm latroni contra latronem: Quia dicta crimina, vt omnibus in confesso est, multò magis sunt priuilegiata, quam alia excepta, ex c. In fidei fauorem, de hæret. in 6. & d. L. Quisquis, & alijs ibidem. Magis autem priuilegiata præcedunt. §. Sanè. cap. Acusatus. de hæretic. in 6. Ergo multò magis denunciante merentur fidem, si quem in cursu & congregatione fuisse denunciant, quam si dicerent ipsum hominem occidisse, aut equum veneficio interfecisse. Nisi quis dicere velit, quod equum interficere aut vaccam occidere, sit crimen grauius, & magis exceptum, quam DEVM abnegare, & cum summo aduersario fœdus inire. Quis autem ignorat, neminem talem conuentum & congregationem frequentare, qui non prius DEVM abnegauerit, pacta cum Dæmone contraxerit, societatem cum eo inierit, & ad omne malum animum habuerit paratum?

paratum? Quid autem ita professioni nostræ fidei repugnat, sicut DEVM expressis verbis abnegare, & professioni in baptismo factæ abrenunciare, Diabolo fidem & ministerium addicere? Ergo qui in cursu & ludis diabolicis iam apparent, sunt perfidi in fide & religione: ergo socij eorum eos denunciantes plus merentur fidei, quam si dicerent eos equos, aut vaccas, aut etiam hominem occidisse. Nam si priuilegium fidei est in d. cap. In fauorem, quod socij criminis & alij testes inhabiles possunt testes esse contra participes in crimine: Quomodo plus fauoris habet latrocinium hominis, aut veneficium equi? Nunquid priuilegium, cum sit quid fauorabile, debet aliquid operari ultra ius commune? cap. In his de priuilegijs Glossa Bernard. Panormit. Anton. cum alijs ibidem. & lib. 6. eodem tit. cap. Si papa. & l. 1. ff. ad municipales, & de incolis cum Gloss. Quid ergo operatur priuilegium fidei concessum. Si socij cõtra latrones, vaccam aut equum interficientes merentur fidem, & non contra eum, qui iam fidem abiurauit, religioni nostræ bellum indixit, cõmunioni sanctorũ valedixit? Quæ cõmuniter omnia præstiterunt omnes, qui in congregatione diabolica apparent, vt constat confessionib⁹ innumerabiliũ hominũ vtriusque sexus & status. Imò vt hoc addam, de quo

alijs

alias dubitauit, tantum operatur fidei fauor, d. c. In fidei fauorem, quod plures quam duo testes inhabiles, & minus idonei, in negotio fidei & hæresi faciunt plenam probationem ad condemnationem, & pœnam ordinariam criminis hæreseos, quando ex circumstantijs, & coniecturis, & personarum qualitate verisimiliter præsumuntur verum deponere, Quam sententiam dilucidè verba c. In fidei fauorem, videntur probare: Quia vt manifesti iuris est, priuilegium sic interpretandum, vt aliquid operetur, & hanc doctrinam securam & in praxi seruandam ex alijs approbat Iosephus Mascard. de probationibus volum. 2. concl. 859. numero 39. Si quis autem neget maleficos reos esse criminis læsæ maiestatis diuinæ, quando sunt in ludis diabolicis, & congregatione, hic poterit etiam negare prima principia. Cogitet talis, qua ratione eò deueniant, quæ pacta & acta præcedant, quid ibidem faciant, cui obsequium & famulatum præstent, quis finis tragedia, Quæ soleant ibidem tractari contra Deum, rempubl. & commune bonum, A communiter accidentibus argumenta ducuntur nõ solum à Logicis & Theologis, sed etiam à iurisperitis. Vnde secundum eos locus à comuniter accidentibus facit indicium indubitatum. Bald. in additionib. ad specul. in tit. de sentent. & his quæ ipsam seq. & Marfil, in pra-

ctio

ctica crimin. §. Secunda numero 36. Et talia confitentur ibi fieri facta, & communiter tractari non solum vetulæ & melancholicæ mulieres, iam ratione & viribus destitutæ, sed etiam iuenculæ, non solum fœminæ, sed etiam viri, iuuenes, adolescentes, & ætate graues, docti, & rerum experientia conspicui, etiam postquam iam se Deo suo iterum reconciliarunt, dispositi ad mortem, & pœnam pro suis sceleribus subeundam cum magna detestatione scelerum, & vt cõmuniter confitentur, ita reperiuntur esse vera, si fortasse vnus sit, qui fallatur, sicut in omnibus rebus moralib⁹ & actionib⁹ humanis accidit quandoq; error, mille reperiuntur dicere veritatē, vt experientia testis est, quæ est rerum magistra. cap. Quam sit. cum Glos. de election. in 6. & c. Statutum, de rescript. eod. lib. & multa experimenta cognitio veritatis insequitur. Bald. in cap. Contingit, de dolo & contum. & Marfil. in practica crimin. §. Principium num. 4. & imperator in Authent. de appellat. Ex rerum experientia inuenimus. Et certum est in hoc negotio, si multi experientia cognoscerent, & ab eis audirent, qui experti sunt cum suis circumstantijs rerum, personarum, temporum & locorum, non somnia dicerent: si hominibus expertis in sua arte non est credendum, à quibus rerum veritas inquirenda: Peto, quare in experto credendum, quod terminis

terminis suæ artis non continetur? Quia neque scientiam, neque experientiam habet, nec meretur fidem in his: unicuique enim artificis in sua arte credendum est. Sic profectò in hac misera secta credendum est expertis. Hi sciunt quid ibi agatur, quæ negotium præcedant, sequantur, & comitentur. Miserum enim est, & à ratione alienum, si ego dormiens velim dicere, me dormiente neminè vigilare, nec velim credere dicentibus alijs, se vigilasse in alio loco, cum circumstantijs locorù, personarù, & rerum actarum: Sic profectò etiam cæci sunt, qui dicunt esse somnia, & in somno tantù accidere, quæ homines vigilantes vnamini consensu & magna constantia seruatis circumstantijs omnibus, non tam in còmodum suum, quam etià contra se cõfitentur fieri, & facta esse. Prædicta ergo distinctio nihil habet fundamenti, sed merito reiicienda est, cum rationi & iuri aduersetur.

Ex proxima conclusione & alijs infero quædam in hac materia:

Primum. Ceteris paribus, in hoc enormissimo & occultissimo crimine, contra quorundam falsam opinionem, maiorum virum esse denunciations talibus circumstantijs fulcitas, quales posuimus, omnib⁹ alijs indicijs: tum quia alia vt plurimù sunt simplicia, leuia, & remota à substantia actus: At denunciations naturâ negotij & circumstantias

in om.

in omnem euentum aperire possunt. Id quod ex definitione indicij confirmatur. Dicitur enim ab indicando, & est medium intellectuale veritatis eliciendæ, ex aliqua singulari circumstantia insurgens, ex L. Indicia, C. de rei vindicatione, & L. fin. C. de probat: quæ descriptio multò fortius conuenit denunciationibus, vt patet intuenti. Quare rectè denunciationem sociorum in genere, Cõstitutio Caroli Quinti in art. 31. refert in numerù indiciorum, eamque ob causam etià inter interrogationes ad maleficij reos adiungit, vt interrogentur de magistro, à quo didicerint. in ar. 31. Tum etià, quia omne indicium, iuxta doctrinã Bartol. in L. fin. ff. de q. ab omnibus receptam, regulariter per duos testes probari debet. Sed denunciations fiunt coram iudice, notario alijsque adiunctis. Denuncians enim ipse circumstantias explicat & causas scientiæ, è quibus testis dictum magnas vires sumit, reddit. Præterea semper vt plurimum denunciations aperiunt viam indicijs, & vltiori inquisitioni. Tandem, quia in hoc crimine, sicut actiones communiter in grauioribus sequuntur operationem demonum, & non maleficorum; ita indicia nullam habent naturalem coniunctionem cum effectu, quare faciliè possunt elidì.

Secundum illatum: Non esse iuri canonico, ciuilique, praxi, rationi; doctissimo-

rum:

rumque virorum authoritati consonum; id quod memini me à quodam iurisperito audivisse (seriò an ioco dictum, nescio) senili facere etiam mille denunciationses.

Tertium: Siue hoc crimen consideremus ut Ecclesiasticum, siue ut seculare; iustissimè & rectissimè iudices procedere per denunciationses ad inquisitionem & torturam. Ad Ecclesiasticum iudicem enim pertinet, quatenus aut hæresis est, aut hæresin sapit, ut in ter tiodecimo præludio demonstratum est: & sic per participes criminis potest procedi, ut patet ex bulla Innocentij octavi præfixa malleo maleficarum, & ex cap. In fidei favore, & cap. Accusatus. §. Sanè de hæretic. in 6. Ad secularem verò; quatenus malefici latrocinia exercent, in perniciem hominum conspirant, vineas & agros destruunt, tractatus contra reipubl. instituunt, animalia in utilitate hominum creata enecant, veneficia intendant, ac similia flagitia contra bonum commune moluntur. Latrones verò, coniuratores, grassatores, proditores reipubl. hostesque communis salutis, contra socios criminis, ut constat ex canonibus, legibus, allegationibus quæ suprâ allatis, testimonium sufficiens ad torturam ferre possunt.

Quartum: consultissimè & æquissimè hæctenus illos fecisse iudices, qui processerunt per denunciationses ad inquisitionem & torturam

turam contra maleficos: quia id fecerunt, ad quod obligabantur ex lege diuina & naturali, nec non etiam officio, secundum praxim tam Ecclesiæ, quam reipubl. ciuilibenè ordinate.

Quintum: Infero, (satisfaciendo eorum clamoribus, qui clamant, torturam debere præcedere indicia, & à tortura non esse incipiendum, ex ll. l. penult. & fin. De quæstio. & communi sententia, quibus legibus hæc doctrina aduersatur) & respondeo ex dictis sequi confirmationem harum legum. Conclusiones enim prædictæ indicia non tollunt, sed ponunt. Nam probant denunciationses Reorum contra socios, in casibus à iure expressis, esse indicia ad torturam, & subire vices indiciorum. Quis enim iurisperitus negabit, si quis probet aliquod maleficium, quantum ad substantiam, per vnum testem omni exceptione maiorem, malefactorem posse subijci tormentis, sine omni alio indicio? quam communem sententiam sequitur Constitutio criminalis Caroli V. in art. 30. Tunc enim ille testis supplet locum indiciorum. Atque sic in præsentia Iudex non incipit à tortura, sed denunciationses sternunt viam inquirendi veritatem, per medium torturæ, & eandem præcedunt.

Sextum: Ex dictis conclusionibus inferendo, ad argumentum Aduocatorum criminis maleficorum, quo arguunt huiusmodi

de se confessos esse criminosos & infames, ex confessione proprij criminis: ergo eis in hoc casu non esse credendum; respondeo, negandam esse consequentiam. Quia, vt euidenter probatum est, possunt esse testes, quando veritas aliter haberi non potest; & in promptu ratio est, probationis difficultas, ne via probandi tollatur, & enormissima crimina impunita in occulto lateant. Si ergo testes esse possunt, secundum omnium doctorum sententiam: quomodo eis non erit credendum? testibus enim fides debetur. Adhæc, vt infames, serui, domestici, socij criminis, non admittantur in testimoniū; nunquid inducitur est iure positiuo? Sic enim attestantur Philippus Corneus. in 4. volum. consil. 241. in litera F. & eod. lib. consil. 259. in eadem litera. Philippus Francus in cap. In fidei fauorem. in 6. De hæreticis. Petrus de Ancharano in cap. Pastoralis: de re iudicata. & Andreas Barbatius in tract. de testib. numer. 42. & ratio suadet. Idem ergo ius, quod has exceptiones induxit contra testes tempore commoditatis, quando alij haberi possunt, ex natura rei & actu admittit, vt exigente necessitate, ne veritas multorum damnum occultetur, possint testimonium ferre sublata testium solemnitate, quæ iuris positivi est, & relicta earundem conditione in iure naturali & diuino. Sic enim locum habet quod communi prouerbio dicitur

tur: Necessitas legem nõ habet. Præterea infamia quandoq; etiam purgatur tortura, vt supra significatum est. Tandem constat ex II. & canonibus & praxi, infames admitti, vt in crimine hæreseos, latrocinij, læsæ maiestatis, &c. Militat hoc ergo argumentum etiam in dictis & similibus. Dicendum ergo est, de iure positiuo regulariter non admitti infames, quando necessitas non vrget, & haberi possunt testes idonei & habiles.

Dices: cum alij admittantur testes inhabiles, quare inimici repelluntur in hoc crimine, sicut in alijs? Certissimum est, quod testimonium inimici non recipitur etiam in criminibus exceptis, vt tradunt Bartol. in L. In quæst. ff. ad legem Iuliam maiestatis. Marfil. consil. 20. numero 27. & alij communiter. Imò nec etiam inimici testimonium facit indicium ad torturam, iuxta Bald. in consil. 36. incipiente, præsupposito statuto. lib. 4. Marfil. consil. 15. numero 6. Iacobus Menochius in li. 1. de arbit. Iud. quæst. q. 28. num. 5. Quando autem loquimur de inimicitia, quæ repellit, intelligendum est de capitali, vel magna, vt Doctores tradunt, quos ad longum citat Lancilottus in tractat. de offic. prætoris in ciuilibus, in §. I. personas testium aggrediendo. nu. 65. Quare malefaciunt aliquando Iudices, propter quamlibet leuè affectionem testis, exceptionem admittendo, ita vt aliquando

aliquando probationes ardentur. Respon-
 deo nunc dubio. Quædam exceptiones te-
 stiū siue inhabilitates sunt iuris naturalis, vt
 quod puer nō habens vsū rationis, furiosus
 & inimicus non admittantur. In inimico na-
 turaliter ira & odium impediunt animum, ne
 possit cernere verum: Quædam sunt à lege
 inductæ, ex quadam congruentia, vt quod
 infamis, seruus, familiaris, &c. non possint te-
 stimonium ferre. Nunc, propter criminum
 enormitatem, & probandi difficultatem, Lex
 & conditor legis dispensant, in defectum mali-
 rum probationum, vt exceptiones à lege sta-
 tutæ non impediunt. At in ijs, quæ sunt legis
 naturalis, non dispensatur; cum non sit po-
 testas. Quare benè docent Ancharanus, Fran-
 cus & Barbat. in loc. cit. Pontificem non posse
 dispensare, vt inimicus testimonium ferat.

*An mino-
 rennes cō-
 tra male-
 ficos testa-
 ri possint.*

Dicit iterum hic aliquis; An minoris tes-
 timonium in nostra materia facere possit in-
 diciū ad torturam? cum experientia con-
 stet, quod malefici aliqui pueros & puellas
 conuentus suos ducant: de cuius rei certitu-
 dine refero me ad Iudicium processus, & com-
 munem huius ciuitatis Treuirensis scienti-
 cui se opponere summæ dementiæ & pertina-
 ciæ est. Non desunt docti viri, qui existimat
 testimonium minoris facere indicium ad
 torturam. Franciscus Brunus de indic. & tor-
 tura l. par. quæst. 2. num. 18. Alberic. in tra-

deu

de testib. prima parte. §. videndum. num. 10.
 Lancilot. loco cit. num. 70. & confirmatur ad
 propositum: in crimine læsæ maiestatis in-
 stem admittitur minor 14. annis cum tormē-
 tis, ex mente Bartoli, Marfilij & aliorum, in
 L. de minore. ff. De quæstionib. Non tamen
 eo modo torquetur minor, quo maior. Mi-
 nor terroribus mouetur, vel ferula, aut habe-
 na caditur; & hoc ad illum effectum (vt tra-
 dit Bartolus) vt faciat indicium.

In contrarium sunt Marfilij in d. L. de
 minore. & alij. & Iulius Clarus lib. 5. §. fin. q.
 24. quod minores possint examinari, vt
 proliat ad inquirendum & veritatē indagand-
 um, præsertim in criminibus atrocioribus,
 & quando aliter veritas haberi non potest.
 Proinde iustissimè faciunt nostri Iudices, in
 hoc enormissimo & occultissimo crimine,
 quod minores examinent, ad accipiendum
 instructionem pro latiori inquisitione, & eo-
 rum dicta, secundum doctorum sententiam,
 faciunt aliqualem præsumptionem, quæ si
 alijs indicijs iuuetur, auget indicium ad tor-
 turam. Quare existimo diuina prouidentia
 contingere quandoque, vt cum malefici in-
 nocentes pueros seducere volunt, puerorum
 simplicitate capiantur, vt eorum consilia dis-
 sipentur & reuelentur.

Septimum illatum. Cum masculinum nō
 concipiat fœminum in exorbitantibus à lege

communi, & quando differens est ratio, vt probant aliorum auctoritate Alexan. 2. part. consil. 166. incipit. Animaduersis. & Ioannes de Cirier in lib. 2. de primogenitura, artic. 5. numero 5. cuius libri habentur in 8. vol. Oceani iuris, & nostræ conclusiones in masculino genere ponantur; in fœminino propter diuersitatem rationis extendo, neminem esse torquendum, nisi ad minimum à tribus vel quatuor sit denunciatus; nisi alia indicia concurrant. Quia testimonium virorum regulariter præfertur testimonio fœminarum, Panormit. in cap. Forus. de verbor. significatione. Marsil. in cons. 51. n. 42. & in cons. 65. n. 45. & mulieri non est tanta fides adhibenda, quanta masculis, ob fragilitatem sexus. Lanfrancus in tract. de deposit. testium, nu. 110. §. Et primò quæritur. Decius in L. fœminina. ff. de regul. iuris. Conrard. Lancilott. loc. d. num. 75. qua de causa numerus debet supplere defectum.

At obijcis: Cùm secundum iura & Doctores, infames & socij criminum admittantur in testes, in defectum aliorum, quando aliter veritas haberi non potest; quomodo per huiusmodi testimonia non proceditur ad condemnationem, sed tantum ad torturam? Sit ergo

Sept. & vltim. Conclus. *Quamuis communiter Doctores secundum iura*
dant

dant, in fames & socios criminis admittant in testes, iuxta prædictam conclusionem; tamen securius est dicere, quod non admittantur ad condemnandum, sed tantum ad torturam inferendam.

HANC conclusionem ponit Salicetus, in L. Cunctos populos. C. de summa Trinitat. & fide Cathol. Idem ibidem tenent Baldus & Iason in 1. lectura, à numero 70. & in 2. lectura numero 50. & 51. Lanfrancus in tractat. de depositionib. testium, à numero 102. Atque hi omnes Doctores Bartolum, qui in d. L. obscurè loquitur, numero 4. in hunc sensum interpretantur. Chassaneus super consuetud. Burgundiæ, Rubr. 1. §. 5. numero 123. versic. Et quantum ad laicum, Hippol. Marsil. in practica criminali. §. Diligenter. numero 3. Anthonius Gabriel. Romanus lib. 1. communium conclusionum. concl. 7. numero 7. Iulius Clarus lib. 5. §. fin. q. 21. versic. Sed pone, quod non vnus tantum. Atque sic in praxi seruari in senatu Neapolitano, curia Parisiensi, & alibi tradit ex Doctoribus, vt non procedatur ad condemnandum, sed tantum ad torturam, propter testimonium duorum vel trium sociorum criminis, idq; esse verum, etiam si testes sint singulares. Et ratio esse potest, quare huiusmodi testimo-

testimonia non sufficiant ad condemnatio-
nem; quia cum sit contra eos exceptio aliqua
non sunt tantæ fidei, vt quis possit ex eorum
dictis condemnari: Ad condemnandum e-
nim requiruntur probationes luce clariore;
ad inquirendum verò veritatem per torturam
minores sufficiunt probationes. Videntur ta-
men aliqui doctores plus tribuere huiusmo-
di testibus. A communi tamen sententia &
praxi Doctorum, in tam periculosa re, non
est recedendum. Tutius est ergo cum Salyce-
to dicere, talium testimonium tantum suffi-
cere ad torturam,

Maius autem dubium esse potest, An, si
multiplicantur huiusmodi denunciations,
& testimonia, possit quis condemnari? Ioan-
nes Bodinus in lib. 4. dæmonomania, cap. 2.
& 4. affirmantem partem docet. Ad eandem
videntur tendere sententiam, qui tradunt ex
multis indicijs resultare indicia indubitata
& ex indubitatis indicijs posse quem condem-
nari: quam quæstionem celebrem in vtram-
que partem disputat Marsilius in L. Repeti.
ff. de quæstionib. columna 6. & pro vtraque
parte adfert graues Doctores. De qua materia
legendi Balq. & Salycet. in L. fin. C. de pro-
bat. Felin. in cap. Tertio loco. De probat. nu-
8. Quicquid autem sit in genere de hac quæ-
stione: video tamen communiter in hanc in-
Doctores sententiam, quod in occultis & et

natura secretis atque atrocibus, probatio per
cōiecturas & multa indicia obtineat ad con-
demnandum. Sic Bartolus, Baldus & Angelus
L. Si quis ex argentarijs. §. penult. ff. de edendo,
Francisc. Brunus de indicijs & tort. quæst.
4. 1. partis, nu. 7. Marsil. in d. L. Repeti. & in
conf. 44. nu. 8. & 9. Alex. in conf. 53. incipien-
te. In casu vertente inter. nu. 4. Chassanæus
super consuetudinib. Burgundiæ Rubrica 1.
§. 2. num. 18. in additione; & ita dicit obseruari
in curia in atrocioribus, vbi probatio est sua
natura difficilis. Idem tradit Iul. Clarus in
praxi esse in Mediolanensi & Neapolitano
senatibus, lib. 5. §. fin. quæst. 20. versic. Scias ta-
men. Hinc probatio per coniecturas in casu-
bus clandestinis, dicitur manifesta. Marsil. in
conf. 44. nu. 10. Angel. in L. Si quis ex argen-
tarijs. §. prætor ait. ff. de edendo. Quando au-
tem aliquis damnatur ex præsumptionibus,
indicijs & coniecturis, non deberet sibi im-
poni vera pœna delicti, sed alia mitior, secun-
dum doctrinam Innocentij in ca. Verisimile.
de præsumptionib. receptam à Baldo in ca. 1.
de offic. delegati, numer. 13. & in L. fin. Cod.
de prob. Marsil. in d. L. Repeti. Lancilott. in
tract. de offic. prætoris in criminalib. in §. de
negatione criminis & tormentis, num. 55. Pa-
normit. in cap. Auditis. de præscript. numero.
32. Ad quod propositum faciunt multa, quæ
dicit Menoch. li. 2. de arbitr. Iudicū. casu. 279.

Antequam ad solutionem argumentorum descendam, aliqua dubia occurrentia resoluam.

Primum dubium: *Quid sentientium de purgatione vel probatione aquae frigidae?*

PRO declaratione in primis cognoscendum est, apud quosdam iudices esse moris, ut si quam maleficam praesumptam habeant, quae veritatem etiam in tormentis fateri nolit, adhibeant probationem aquae frigidae in hunc, ut intelligo, modum. Malefica praesumpta adducitur ad flumen, vel lacum: ligatur manibus pedibusque, ligata projicitur in aquam frigidam: si enatat, habetur vehementius suspecta maleficij, & iterum virtute huius indicij repetuntur tormenta: Si vero submergitur, ut innocens absoluitur. Dubium nunc postulat, An haec probatio licita sit, & conueniens indicium culpae vel innocentiae.

Purgatio aquae frigidae in westphalia frequens

Hanc probationem aquae frigidae ferunt in frequenti esse usu apud Westphalos: in nostris partibus hoc tempore quidam iudices, ut fama est, hac probandi forma utuntur. Eam longè defendit quidam Gulielmus Adolphus Scribonius Marpurgensis. lib. 2. de Sagarum natura & potestate, qui liber prodijt in proximo nūdinis Francfordien. Mensis Septemb. Anno Domini. 1588. Hic auctor

contm

contra Ioan. Euvichium & Herman. Neuvvalt, Medicos, defendit, & ab antiquitate confirmat purgationem aquae frigidae: quia eius meminit Cuiacius, Iuriskonsultus, asserens ea Christianos olim homines vsos fuisse; & adhuc in consuetudine apud multos est. Causas vero naturales cum reddere nequeat, ut pote qui manifestis aduersariorum conuincitur argumentis, alias confingit; in diabolo quandam leuitatem, qua detinentur huiusmodi corpora, ne submergantur: in aqua vero quandam antipathiam, & ut hoc figmentum intelligatur, ponenda breuibus, quae ipse multis profert. Aqua sagas in se ferre non potest; quia Deus aquam praedestinavit saluari regenerationis lauacro, ut in ea homines abluantur à peccatō & regnum Dei ingrediuntur; quare odio maleficas auersatur, & reijcit, ut si maximè pro viribus tentent, non tamen submergi possint; cum spreto diuino lauacro, toti Trinitati abrenunciauerint. Fateatur tamen & benè dictus auctor, hanc suam inuentionem non esse edicta praetoria. Ioannes Bodinus lib. 4. cap. 4. de Magorum Daemonomania, damnat hoc iudicium aquae frigidae, tanquam opus quoque magicum.

Nunc pro resolutione dico. Primò: Iudex, vel alius potestate & auctoritate fungens, qui facit aliquem vel aliquam subire probationem aquae frigidae, mortaliter peccat.

Proba-

Probatur 2. quæst. 5. cap. Mennam. ex Regi-
stro S. Gregorij, in Epistola ad Brunichildam
reginam Franciæ, vbi reprobatur probatio
vulgaris aquæ frigide, quia diabolo fabrican-
te introducta sit.

Deinde similibus similis est ratio: & si
in lege proprius casus non exprimeretur, ad
similem expressum, vbi est identitas rationis,
confugiendum est. Sed probationis aquæ fri-
gidæ eadem est ratio, quæ candentis ferri vel
aquæ feruentis. Tales autem probationes per-
uerse sunt & superstitiosæ, iuxta c. fin. de pur-
gatione vulgari, & 2. q. 5. c. Mennam. & ca. Cō-
suluisti. S. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. ad. 3. S. Antho.
4. part. tit. 15. c. 34. §. 2. Ioan. à Turrec. in d. c.
Consuluisti. Panor. & Pet. de Anchar. in cap.
fin. de purgat. vulgari. qui author & ibidem
meminit probationis aquæ frigidæ. Martin.
Nauar. in manuali Confessoriorū ca. 11. nu. 39.
Vt rei fundamentum perspiciatur, in quibus-
dam regionibus & prouincijs antiquitus fuit
vrsus vulgaris probationis, vt in Francia, sicut
patet ex c. Mennam, tempore S. Greg. & in Li-
nonia, ex c. fin. de purg. vulgari, ætate Hono-
rij tertij. Quare nõ est mirum, si Cuiacius lu-
risconsultus aquæ frigidæ meminerit: nõ ta-
men vt rectè Doct. impugnantes dicunt, eius
vsum licitum asseruit. Sunt autem Honorij
tertij verba in d. cap. fin. Dilecti filii nouiter in
Liunia baptizati, grauem ad nos quærimo-

nian

niam destinarunt, quod fratres templariorū,
& alij, qui temporalē in eis potestaté exercent,
si quando de aliquo alio crimine infamātur,
eos ferri candentis iudiciū subire cōpellunt,
quibus si qua exinde sequitur aduſtio, ciuile
pœnam infligunt. Cum igitur huiusmodi iu-
diciū sit penitus interdictū, vtpote in quo
Deus tentari videtur, Mandamus quatenus
dictos fratres, & alios vt ab huiusmodi cōuer-
ſorum grauamine omnino desistant, per cen-
ſuras Ecclesiasticas appellatione remota re-
pellas: hæc ibi. Purgatio autē ferri candentis,
& aquæ calidæ vel frigide, dicitur vulgaris:
quia nulla canonū aut legū authoritate fun-
data est, sed à vulgo inuenta, & diabolo fabri-
cante introducta, ex d. c. Mennam. & c. Con-
suluisti. & est superstitiosa: quia intendit pro-
bare innocentiam vel culpam hominis per ex-
perimentū non secundū naturam, neq; secun-
dum Catholicā scripturam, sed per modum
superstitiosum. Adhæc qui tali vulgari proba-
tione vtuntur, tentant Deum, dum quæ-
runt ab eo miraculum sine causa. Ferrum candens
cū naturalis sit actionis, ita lædit innocen-
tem, sicut peccantē, & in aqua frigida ita mali
submerguntur, sicut boni. Ad miracula autē,
quæ suo arbitrio Deus sereruauit, vt Ancha-
ranus ait, nõ ferro candenti, vel aqua frigida,
sed iustis orationibus cōmouetur Deus. Hinc
in huiusmodi probatione duplex cōmittitur
pecca-

peccatum: tentationis nimirum Dei, & superstitionis: quia pactum implicitum intercedit cum demone. Ad quod facit autoritas D. Thomæ loco citato, dum ait: Dicendum, quod indicium ferri candentis vel aquæ feruentis ordinatur quidem ad alicuius peccati occulti inquisitionem, per aliquid quod ab homine fit, & in hoc conuenit cum sortibus. In quantum tamen expectatur aliquis miraculosus effectus à Deo, excedit communem sortium rationem. Vnde huiusmodi iudicium illicitum redditur; tum quia ordinatur ad iudicanda occulta, quæ diuino iudicio reservantur: tum quia huiusmodi iudicium non est diuina autoritate sancitum. Vnde 2. quæst. 5. c. Consultuisti, in decreto Stephani Pape dicitur. Ferri candentis, vel aquæ feruentis examinatione confessionem extorqueri à quolibet, sacri non censent canones; & quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinventione non est præsumendum. Hæc S. Thom. ex canon. De antiquitate purgationis ferri candentis legendus est Didacus Couar. lib. 4. variarum resolut. cap. 23.

Secundò: Non solum peccant mortaliter cogentes subire probationem aquæ frigidae, sed etiam omnes, qui credunt inesse effectum ad probandum innocentiam vel culpam, nisi eos ignorantia probabilis excuset: quia est opus superstitiosum, à diabolo introductum, ex pacto

cu

cum eo implicitè habito procedens: ergo mortaliter peccat, qui fidem adhibet tali rei. Nam similes sunt qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Ex qua causa, qui admonentur talis erroris, & non deponunt, nec acquiescunt veritati, tam diu sunt in peccato mortali, quam diu non desistunt à tali superstitione. Quia post admonitionem & instructionem non est amplius locus probabilis ignorantia. Quare rectè Hod. & alij, contra Scribonium, damnant probationem aquæ frigidae, tanquam opus diabolicum.

Tertiò: Si quis, vel quæ ponatur ad probationem aquæ frigidae, & virtute talis indicij præsumpti confessio extorqueatur in tormentis, confessio est nullius roboris & momenti, & consequenter reus, vel rea non potest ex ea condemnari. Probatur. Confessio, quam nullum iudicium legitimum præcedit, etiam si in tormentis facta sit, & reus in ea perseueret, est nulla ipso iure, nec potest confessus ex eo condemnari. ex tex. Glof. Barto. & alijs in L. penult. ff. de quæst. Alexa. in L. Qui in aliena. §. Celsus, nu. 12. De acquirenda hæred. Iaf. ibid. nu. 38. Angel. ab Aretio in tract. de malef. in verbor. Fama publica. Vers. Quinto quæro. Marsil. in d. L. penult. & in pract. §. Secunda q. num. 2. Emanuele Soarez in thesauro receptarum sententiarum, verb. Confessio. Francif. Bruno, de indicijs & tort. 2. part. q. 5. Francifco Viuio lib. 2. communium opinionum, opin.

opin. 70. Iul. Claro. lib. 5. §. fin. quæst. 55. & hæc est cõmuniõ opinio. Sed hæc talis confes-
 sio elicitur virtute nullius legitimi iudicij,
 cùm talis probatio iuri & rationi repugnet,
 vt constat ex dictis. Si ergo iudiciũ nullum
 est: & confesõnem inde sequentem esse nul-
 lam necessum est: Si confesõs nulla est: ergo &
 sententia nulla, quæ inde virtutem sumit. Ex
 prædictis constat, abusum illum probandi
 apud antiquos fuisse reprobatum, tanquam
 superstitiosum: nunc verò nostris temporibus
 denuo maligno procurante reuocatum.
 Sicut enim hoc nostro infœlici sæculo, anti-
 quæ hereses olim damnatæ prodeunt; sicet-
 iam veteres superstitiones consopitæ reuo-
 uantur. Causam verò, quare non submergã-
 tur sagæ, si ita sit, vt refertur, non referimus
 id in leuitatẽ, cùm nulla dẽmoni insit (grauitas
 enim & leuitas sunt qualitates corporum,
 ex elementis compositorum) sed in potentiam
 dæmonum. Qui enim potest celerrimè
 per aëra corpora ad remotissima loca deferre
 sua virtute, valet etiam sustentare, ne sub-
 mergantur. Nam si vir mediocri potentia
 puerum potest tenere, ne profundum petat,
 quanto magis dæmon hominem deferre va-
 lebit? Hoc autem facit non vt nocentiam su-
 æ declaret, cui omnem suam in protegendis
 operam addixit, ad saluandum innocentiam
 in conspectu hominum (Mallet enim talem
 fin

si in culpa sit, innocentem, quam culpabilem
 ostendere, atque sic potius permittet in pro-
 fundum descendere, quod naturale est cor-
 pori graui, quam natate contra naturam.)
 Sed vt in tali opere, dum fortasse vnã ani-
 mam perdit, quæ ad Deum per pœnitentiam
 reuertitur, plures per infidelitatem & super-
 stitionem sibi subijciat. Etenim & cooperan-
 tes & fidem adhibentes in laqueum diaboli
 cadunt. Sortitur autem hoc opus, sicut alię
 superstitiones, de quibus in vltimo præludio
 actum est, effectum ex pacto implicito cum
 demone. Dum enim homines scire volunt
 occulta per modum nec à natura, nec iure
 permillum, aut ordinatum; diabolus accu-
 rit, & manus adiutrices porrigit. Atque eam
 ob causam canones & Doctores vulgarem
 probationem, tanquã rem superstitiosam, &
 diabolo suggerente inuentam reprobant,
 dum tales effectus neque secundum scriptu-
 ram, neque secundum canones, vel Ecclesie
 consuetudinem, aut rei naturam cum cau-
 sis coniungantur: quam Regulam, vt supra
 significatum est, August. lib. 2. cap. 20. de do-
 ctrina Christiana, indicat, pro dignoscendis
 superstitionibus. Quæ regula etiam rejicitur
 facta illa antipathia. Nam aquæ talem tribue-
 re effectum, indiget alia confirmatione, aut
 ratione, aut autoritate probandum est. Quis
 enim aquam in baptismo diceret talem tan-
 tam q;

tamq; vim habere, nisi expresso Christi testi-
monio probatum existeret? Neque aquæ so-
li virtus salubriter abluendi tribuitur, sed ac-
cedit verbum ad elementum, & fit sacramen-
tum, vt dicit S. Augustinus tractatu 80. in Io-
annem. Prætereà, vt ex d. cap. Mennam, & alij
colligitur, hac probatione antiqui abusi sunt
etiam in probandis alijs sceleribus: quomo-
do ergo nunc solum obtinet in Sagarum cri-
mine? Scribit quoque malleus maleficarum
in vltima parte, familiare esse Magis, vt pro
probanda innocentia appellent ad purgatio-
nem ferri candentis: sed non eis esse morem
gerendum. Hæc de improbatione æquæ
frigidæ.

Secundum Dubium: *Quod conclu-
sio maleficum denuntiantem facere indi-
cium contra socium ad torturam, videtur
repugnare Constitutioni practica Car-
oli.*

Responde-
tur ad con-
stitutionē
Car. quin-
ti.

Quinti: In art. 21 vbi expressè prohibetur
ne aliquis ex denunciatione Incantatorum
aut diuinorum capiatur & torqueatur
imo vt tales, si quid præsumpserint, debitis
pœnis subiiciantur, statuitur. Casus talis est
aliquis perdidit rem pretiosam, vel alicui
maleficio inficitur equus: accedit incantato-
rem vel diuinatorem, qui adhibita phiala vel
cribro facit coniurationes & inuocationes
demonum. Tandem dicit, consultatione ha-
bita cum diabolo, vel alio modo vsus, talem
furem

furem rei esse, vel alienum equum maleficio
deltruxisse. Vel venit diuinator, aut incan-
tator in aliquam villam, vt factum hoc an-
no intellexi propè Confluentiam in Kerlich;
dicit, tot sunt in hoc loco sagæ, & illa & illa
est, nominando aliquos; & breui aliquid vi-
debitis, & sic de similibus. Dubitatur an ta-
libus denunciationibus deueniendum sit ad
capturam & torturam. Respondetur simpli-
citer quod non; vt determinat dicta consti-
tutio Caroli, quæ est iuri & authoritati cõso-
na, in L. item apud Labeonē. §. Si quis Astrol.
ff. de iniurijs & famosis libellis. Angel. ibid.
Franc. Bru. in tract. de indicijs & tort. l. par. q.
3. nu. 35. Marf. in pract. & alij alibi. Quia, vt
Angelus docet, Diuinationes cum sint illicitæ,
nec probant, nec faciunt indicium ad tor-
turam. Aliam rationē ex vltimo præludio ad-
ferre possumus: quia incantatores & diuina-
tores, si secreta peccata denunciant, vel de fu-
turis diuinant, nõ possunt ea scire, nisi à Dia-
bolo, à quo cognoscere non est licitum. Quia
talia obiecta cognitionem humanã excedunt,
nisi reuelata mediante aliquo, qui sensu cog-
nouit, existant. At in nostro proposito longè
alia ratio est: malefici denunciant facta so-
ciorum & consortum in crimine, quæ vide-
rant in loco, tempore, modoque deter-
minatis, quibus præsentibus fuerunt, vbi ve-
rè & realiter liberunt, manducauerunt,

X 2 varioſque

variosque tractatus habuerunt, circumstantias de accessu & recessu aperiunt, quæ humanam cognitionem non excedunt, sed sensibus apprehēderunt. Feruntur enim ad talenti conuentum opera diaboli: sed cum in conuentu sunt, functione sensuum corporeorum vtuntur, vident, audiunt, tangunt, saltant, bibunt, & comedunt: quæ omnia sensibilia sunt. Aliquando quædam ex euentu inopinato, scēlici relinquuntur in loco, & desessæ domum ambulando redeunt: de quorum veritate refero me ad experientias multas, quæ partim in malleo maleficarum, Grillando, Bartholomæo Spineo, & alijs: partim in nostrorum Iudicum processibus de translatione reali habentur. Quare qui talia in somno contingere dicunt, sensus negant.

Quomodo somnia sunt, quando dicuntur ex istis locis vinum allatum, ex talibus vasis sumptum, & hoc modo consumptum? Ad hæc si ea sensum effugiunt, quæ ibi tractantur, quomodo nunc nostro tempore, postquam animaduertunt in aliquibus locis denuntiationibus locum esse, honoratioribus & maioribus, vultu & forma reguntur in curribus & conuentibus, ne à vulgaribus cognoscantur? Hæc ita se habere, multorum relatione indies cognoscimus. Portabatur CHRISTVS à Diabolo, & statuebatur in pinnaculo templi: At ibi existens videbat: audiebatque popu-

populum, aliaque sensibilia ad humanam naturam spectantia opera exercebat. Sic & Abacuc ex Iudæa in Babilonem ferebatur ab Angelo: sed in Babilone existens loquebatur, audiebat, videbat, aliaque sensuum functiones exercebat. Non repugnat, quod à Diabolo ad locum ferantur, & in loco existentes humana opera faciant. Ratio ergo fundamentalis, vt paucis concludam, quare maleficorum denunciationes admittantur, diuinorum & incantatorum reijciantur, est, quia malefici testantur de rebus naturali & humano modo acceptis: Hi vero de obiectis, quæ excedunt humanam cognitionem, nisi alia conditio accedat. Vnde necesse est vt aut fallantur; aut à diabolo, qui etiam fallere solet, & à quo non licet quicquam cognoscere, intelligant. Quare meritò dicta Carolina Constitutio statuit, sicut etiam decernunt. d. l. Idem apud Labeonem. & in C. de malefic. & mathem. l. Nemo. vt in tales diuinatores & incantatores seuera fiat animaduersio. Si tamen diuinatores & incantatores veritatem aliter, quam per incantationem & diuinationem scirent, non prohiberentur denunciare, seruatis seruandis.

Tertium Dubium; *An liceat Iudici, An iudici vel alteri potestatem exercenti, dolo, mendacio, vel falsa promissione impunitatis, à* An iudicibus liceat, per mendacia veri-

carè à Reo. Reo præsumpo in hoc crimine, vel alij
elicere. confessionem elicere.

Vt melius dubium intelligatur, talis for-
matur calus. Iudex habet in carcere sagam,
quæ non vult etiam confiteri; vt inducatur
ad cõfessionem, ipsemet eam accedit, vel ali-
um subornat & dicit; habeo adhuc tres vel
duas tuæ societatis in carceribus (easq; nomi-
nat) quæ te denunciant; cum tamen nullam
habeat: sic fortasè vlciscendi animo par pari
referet ait Bodinus. Vel promittit impunita-
tè & euasione, quã nec cogitat, nec potest ser-
uare. Queritur nunc, an tales modi liciti sint.

Quantum ad primam partem, Ioannes
Bodinus li. 4. de Magor. dæmonomania cap.
1. prope finem, tradit licitum esse iudicibus
mendacijs eruere veritatem à magis & male-
ficis; Idque diuino & humano iure, probat
exemplis veteris testamenti, obstetrices, Exo-
1. propter mendacium remuneratæ sunt. Ab-
raham Genes. 12. & 20. dixit de vxore sua
quod soror esset. & Genes. 27. Iacob dixit
esse Esau; & alia extant plurima in libris vete-
ris testamenti. Confirmat latius: Plato & Xe-
nophon magistratibus permisierunt, vt ad rei-
publ. administrationem sic mendacia profer-
rant, vt erga ægrotos & puerulos adhibentur.
Sic ergo, in iure faciendum, vt occul-
torum scelerum peruestigetur veritas. His ra-
tionibus mouetur ad dicendum, iure diuino

& hu-

& humano licitum esse iudicibus, eruere
mendacijs veritatem, quicquid Augustin. in
lib. de mendacio & Aquinas sentiant ab octo
mendacij generibus, quæ exponunt copiosè,
abstinendum esse.

Sic Bodinus loquitur, & quia hæc doctri-
na falsissima & perniciosissima est, in prima ^{Bodinus}
parte dubij, contrarium, ne quis eius lectione ^{notatur.}
capiatur, ostendendum, & eius argumen-
tis respondendum est. Huic falsæ doctri-
næ oppono veritatem. Mendaciũ omne pro-
hibetur iure diuino & humano. Probatur,
quod iure diuino. Non dices falsum testimo-
nium contra proximum tuum. Psal. 14. Do-
mine quis habitabit in tabernaculo, &c. Qui
loquitur veritatem in corde suo, & qui non
egit dolum in lingua sua. Ergo à contrario
sensu non habitabit in tabernaculo Dei, qui
loquitur mēdacium, & egit dolum in lingua
sua. Sapient. 1. cap. os quod mentitur, occidit
animam. Ecclesiastici 7. Noli velle mentiri
omne mendacium. Prouerb. 6. proferentem
mendacia odit Deus. Psal. 5. perdes omnes
qui loquuntur mendacium. Rectè ergo Au-
gustin. in lib. de mendacio cap. 14. & S. Tho-
mas 2. 2. quæst. 110. art. 3. sentiunt, quos neces-
sariò communis sententia sequitur, cùm ex
verbo Dei euidens sit, non esse licitum men-
tiri in vllò casu, neque etiam pro conserua-
tione alicuius vitæ. 22. quæst. 2. can. Ne quis.

X 4

Quia

Quia iuxta apostolicam doctrinam, non sunt faciendū mala, vt eueniant bona; nec etiā pro aliqua vtilitate & necessitate, ex eod. can. *Rom. 3.* & ibidem in can. Primum, & multis alijs canonibus in eadem causa & quæst. Quare oculos non habuit Bodinus, qui dixit licitum esse mentiri iure diuino & humano. Quod multò magis habet veritatem in Iudice & iudicio, cum Iudex vir bonus, & iudicium sanctum esse debeat. Qua de causa communis sententia tradit, omne peccatum esse mortale in iudicio, quando est de aliqua re graui, spectante ad iudiciū, vt tradunt S. Thom. 2. 2. q. 69. art. 1. Caietan. ibid. Martin. Nauarr. de pœnit. dist. 5. cap. Fratres. num. 12. & 14. & in manuali confessoriorum cap. 18. numer. 3. Domin. Sotus in relect. de tegend. & deteg. secretum, membr. 2. quæst. 7. Didac. Couarr. lib. 1. variarum resolut. cap. 1. num. 2. At quis non intelligit confessionem, ex qua quis vel damnatur aut absoluitur, rem esse grauissimam, spectantem ad substantiam iudicij? Et confirmatur: quia, vt Doctores tradunt, non licet iustè litiganti in iudicio, mendacio, aut falsitate vtī aduersus aduersarij dolum & caluillationes. S. Thom. 2. 2. q. 71. artic. 3. ad 3. de aduocato, quod nō liceat ei falsitate vtī. Syl. uest. in verbo Aduocatus, nu. 6. Aurea Armil. ibid. nu. 19. Nauar. in manu. c. 25. nu. 29. Ioan. Immolensis in c. 1. de mutuis petit. numer. 11.

Bald.

Bald. in Rub. Cod. de fide instrum. Iason. in L. Cum proponas inter vos. C. de pactis post. num. 4. Couar. li. 1. variar. resolut. ca. 2. nu. 1. Quare falsissima est Bodini sententia, quod licitè possunt Iudices mendacijs & falsis modis eruere veritatem.

Ad argumenta Bodini, & quidem ad illud de obstetricibus: respondetur primò, secundum Alexandrum Halen. in 3. part. q. 37. membr. 6. Quod in facto earum duo considerentur: pietas compassionis, & mendacium. Compassio opus bonum fuit moraliter, & si præcessit ex charitate, fuit etiam meritorum, pro quo remuneratæ sunt temporaliter: non tamen propter hoc priuatæ præmio æterno, saltem si adfuit charitas. Mendacium verò fuit officiosum, quia profuit, & vtile fuit ad salutem paruulorum, & nulli nocuum: & idè veniale: & idcirco nō impediuit meritum pietatis, licet illi mendacio præmium non debebatur. Secundò, cum S. Thom. loco citato ad 2. Obstetrices nō sunt remuneratæ pro mendacio, sed pro timore Dei, & beneuolentia, ex qua processit mendacium. Vnde signanter dicitur Exod. 1. Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit illis domos. Mendacium verò postea sequens non fuit meritorium. De hoc argumento latius in 22. quæst. 2. can. Si quælibet. Cum Ioan. Turcre. ibid. Raab similiter propter pietatem in

*Solutio argu-
mentorum
Bodini.*

nuncios commendatur, non propter mendacium officiosum, quo saluauit viros ad se declinantes, Iosue. 2.

Ad alia exempla dico cum S. Thoma fol. ad 3. quod in sacra scriptura, vt Augustinus dicit, in lib. de mendacio. cap. 5. inducuntur aliquorum gesta quasi exempla perfectæ virtutis, de quibus non est æstimandum eos fuisse mentitos. Si quæ tamen in eorum dictis appareant, quæ mendacia videntur, intelligendum est ea figuraliter & prophetice dicta esse. Vnde August. dicit, in lib. contra mendacium, Credendum est, illos homines, qui prophetice temporibus digni autoritate fuisse commemorantur, omnia quæ scripta sunt de illis, prophetice gessisse atque dixisse. Abraham tamen, vt Augustinus ait in quæst. super Genesim dicens, Saram esse suam sororem, veritatem voluit celari, & non mendacium dici. Soror enim dicitur: quia filia patris erat. Vnde & ipse Abraham dicit, Genes. 20. Verè soror mea est, filia patris mei, & non matris meæ filia: quia scilicet ex parte patris attinebat. Iacob verò mysticè dixit se esse Esau, primogenitum Isaac; quia videlicet primogenita illius de iure ei debebantur. Vbi autem est hoc modo loquendi per spiritum prophetie, ad designandum mysterium; quia videlicet minor populus, scilicet gentiliū, substituendus erat in locum primogeniti

Iudith

Iudith vero laudatur, non quia mentita est Holoferni, sed propter affectum, quem habuit ad salutem populi, pro qua periculis se exposuit. Pro similibus argumentorum & horum solutione legendi Alexand. Halen. loc. dict. S. Bonauent. in li. 3. sent. d. 38. quæst. 2. Gabriel ibidem q. vnica, art. 1. Turrecrem. cum text. 22. quæst. 1. can. Vtilem. cap. Si quis per vetus testamentum, cap. Is autem. cap. Abraham ca. Quæritur cur patriarcha. & alij.

Quod verò Plato & Xenophon magistratibus permiserunt, vt in administratione reipubl. mendacia proferant, vt erga ægrotos & puerulos adhibentur, nihil probat; sed seipsum interimit: quia erga ægrotos & puerulos aut non vtimur mendacijs, aut si quid dicitur, ioco contingit, aut fingimus. At in iudicijs quando agitur de eruenda veritate, ex qua absolutio sequitur, vel damnatio pendet, res grauissima est, & magni præiudicij.

Quantum nunc ad secundam dubij partem spectat, An confessio à iudice extorta promissione impunitatis, sit valida ad hoc, vt quis ex ea possit condemnari.

Negatiuam sententiam tenent Ioan. Imolen. consil. 109. Hyppolitus Marsil. ff. de quæstion. L. 1. §. quæstioni, & consil. 14. nu. 25. & in consil. 32. nu. 22. Decius in L. 1. C. de sent. quæ pro eo quod intèrest. num. 7. & in L. Ea est natura cauillationis. ff. de reg. iuris, in fin.

Et alij.

Et alij, quos citat Couar. lib. 1. variarum Resol. cap. 2. nu. 16. Probatur hæc opinio. Iuramentum per dolum extortum non nocet iuranti, cap. Cum contingat de iureiurando. 3. cap. Quamuis. de pact. in 6. ergo eadem ratione non debet nocere confessio dolo extorta. Idem renunciatio illius, qui fraudulenter fuit inductus ad renunciandum, non valet. cap. Sane. de renunciat. & confessio facta per suasionem aduersarij potest reuocari. vt probat Marsil. in dicto consil. 32. In contrarium, talem confessionem esse validam, & reum ex ea condemnari posse, tradunt Felinus in cap. Afferte. de præsumpt. Archidiaconus in cap. vtilem 22. quæst. 2. Cinus in L. præfenti C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt. & alij. Ratio eorum est: quia cum ista promissio perniciosa reipubl. sit, seruanda non est. Hanc questionem fu sùs tractant Couar. lo. ci. Iul. Clar. li. 5. §. fin. q. 55. vers. Circa secundum. Iacob. Menoch. l. 2. de arbitr. iudic. casu 367. qui repetit omnia, & in ordinem digerit, quæ Coua. tradit.

Conueniunt in primis Doctores, & admonent, vt Iudices abstineant ab huiusmodi promissionibus, & ratio esse potest; quia promissio obligat de iure naturali: quare hostetiam seruanda fides est. 23. quæst. 2. cap. Noli & Gloss. in L. Conventionum. ff. de pact. si sit deliberata voluntaria de re possibili, aut notabili: & qui promissionem non seruat, fra-

git fidem. Si autem promittit Iudex impunitatem animo non se obligandi, grauiter peccat significando verbis animum, quem non habet: quod spectat ad mendacium pernitiosum, si sit de re notabili, tendente contra salutem corporalem vel spiritualem proximi: de qua re legendus Nauar. in manuali cap. 18. nu. 6.

Secundò, si reus spe promissionis frustratus in confessione perseueret, damnari poterit, secundum communem sententiam.

Tertiò, si spe frustratus reuocet confessionem, & excipiat, nõ debet nec potest ex ea condemnari. Couar. loc. cit. & Menochius: & sic intelligendam primam sententiam tradit.

Quartò, quando reus sic confessus est crimen, & confessionem nec reuocauit, nec confirmauit, non pœna ordinaria, sed arbitraria puniendus esset, & mitiori. Couar. & Clarus loc. cit. & Menoch. & vt Clar. ait, si talis promissio fiat ab eo, qui potest gratiam facere, seruanda esset: nisi circumstantiæ aggraurent: & id in aliquibus curijs practicari tradit.

Prima opinio validioribus nititur argumentis, quæ alij non soluunt, nec suam muniunt, quauis in praxi apud multos sit. Quod verò in oppositum adfertur, hanc Iudicis promissionem nõ esse seruandam, cum tendat in perniciem reipub. cuius interest delicta puniri: verum est, vbi de delicto ordine iuris & recto modo constat, vt tradit Couar. in loc. d. prope finem.

Quar-

Quartum Dubium, *An condemnati ad ignem, iuxta dispositionem legis, vini sunt comburendi?*

Videtur quod sic: quia sententia videtur in illum effectum tendere, & quando ignis pœna à lege imponitur, in pœnam imponitur. Cadaver autem cum careat sensibus, non est capax doloris & pœnæ. Ad hæc Iudices, qui exequentur sententias, sunt ministri iustitiæ; ergo subduntur legibus, & debent infigere pœnam à lege præscriptam: maxime qui agnoscunt superiorem. His non obstantibus, usus obtinuit, vt priusquam igni tradantur, interficiantur compressis faucibus, siue strangulentur, ad euitandum periculum, ne lenta mors, ob magnos cruciatus, in blasphemias, aut desperationem reum trahat. Idcirco apud Christianos receptus est mos prius strangulandi, quàm comburendi, nisi in aliquo casu, ob singulares circumstantias criminis atrocitas aliud postulet. Si autem reus maneat pertinax in malo, & non conuertatur ad cor, nec pœniteat, viuus comburitur in crimine hæreseos, vt praxis Italiæ & Hispaniæ docet. Quod etiam in crimine maleficorum fieri debet: nam in pœnitenti non est timenda desperatio; & ratio, vt viuus non comburantur, est ne cadant in desperationem.

vel aliud peccatum in maximo curciatu. De hoc dubio legendi sunt Couarruias lib. 2. var. resolut. cap. 10. à. num. 9. & Iulius Clarus lib. 5. §. fin. practicæ criminalis. quæst. 99. verfic. vnum tamen in hoc proposito notabis.

Quintum Dubium: *An maleficis pœnitentibus, nec non alijs damnatis ad mortem, petentibus Eucharistia sacramentum dandum?*

RESPONDEO, quod sic, si vera signa pœnitentiæ appareant, & ex dispositione deuotioneq; petant: de furibus suspendendis est textus, 13. quæst. 2. cap. Quæsitum. de hæreticis, cap. Super eo. de hæret. in 6. de damnatis in genere, Gloss. recepta in Clementina 1. de pœnit. & remissionibus. Franciscus Cardinalis Zabarella ibid. quæst. 9. & 12. Turrecrem. in dict. cap. Quæsitum. Stephanus Auerrius in tractatu de potestate Ecclesiæ super laicis, num. 58. Iosep. Angles in florib. Theologicarum qq. 1. part. in 4. sent. in q. de Suscipientibus Eucharistiam. Iuli. Clarus lo. cit. sed quæro nunquid. Angel. in verb. Eucharistia 3. §. 27. Syluest. ibid. num. 7. & ex professo Marti. Nauar. in Enchiridio de oratione & horis canonicis, cap. 22. num. 11. & in manuali confessoriorum cap. 25. numero. 23. & hæc est communis sententia: quam in vrbe existens iudici in scholis confirmatam à Pio Quinto pijsimo

pijsimo Pontifice, in motu quodam proprio. Et nunc hunc morem pium sequuntur multi pij Magistratus, quamuis non vbiq̄ gentium obseruetur, & in constitut. crimin. Caroli V. artic. 79. statuitur vt Reo tempore siuè mors denunciatur, vt confiteri possit, & si petat Eucharistiam non ei denegetur. Hoc tamen obseruandum est, vt propter sanctissimi sacramenti reuerentiam ipso die executionis non communicent, sed communicatio anticipetur. Si autem executio non pateretur moram ex rationalibus causis, & damnatus ad mortem pro animæ consolatione cum fructu peteret sacramentum, contra nullam esset legem ipso die executionis communicare, modò communicatio executioni sententiæ quatuor horis præmittatur, vt corrupta tanto temporis spacio sacramenti specie, nulla sacramento irreuerentia fiat. Atque hæc consuetudo est in Vrbe Roma, digna maximarum Pontificum pietate & prudentia, quam orbis imitari deberet, vt rectè Nauar. loco citato hortatur. Hac ratione motus ante decem annos non solum dedi sacramentum, sed etiam quibusdam præfectis & iudicibus consilium super hoc petentibus consului. dandum, & adhuc consulo. Sicut enim abusus, qui tendunt in animarum perditionem in dies, sine mora extirpandi sunt: sic pij vsus, qui hominum salutē & spiritualē consolationem pro-

mouent

mouent, introducendi. Confessoriorū autem est iudicium, an expediat Eucharistiam huiusmodi damnatis ministrare, vel non: pendet enim ex dispositione recipientium. Quidam enim ita sunt dispositi, vt multum ipsis prolit ad salutē animæ, si hoc salutari cibo confirmentur, ad subeundū mortis supplicium, & frangendū diaboli machinas in extremis.

Ex his deduco, quam impium fuerit dicere, & pastore, qui sitientissimus esse debet salutis animarū indignum, sacerdotis cuiusdam, qui damnatæ ad mortem pœnitenti personæ petenti viaticum respondit: Non est æquum dare sanctum canibus. Minimè canes sunt, sed oues, qui ad cor redeunt, & cum pœnitentia Dominū suum pro reconciliatione in cordis hospitium recipere desiderant. Hic excludenda etiam occurrit praxis execranda quorundā ministrorū iustitiæ, vel potius in hoc casu iniustitiæ, qui damnatos ad mortem occidunt in corpore & anima, quando salutis remedijs ad conseruationem animæ essent muniendi: vt aduersus mortis timorem eos confirmet, vino obruunt & rationem tollunt, ita vt miseri homines Dei & animarum obliti, moriantur in corpore & anima, sine fine nunquam ad vitam reducendi, cum post mortem tam miseram nec spes veniæ, nec locus pœnitentiæ sit. Dicitur etiam ab usum damnat. Carolus. V. in d. artic. 79. Caueant

Y

ergo

ergo diligentissimè Iudices, vt hoc prohibetur, ne ipsi fiant rei tanti facinoris, atq; etiam damnatis petentibus superfluous denegentur potus. Quomodo enim excusaretur ab homicidio, qui furioso aut amenti postulat gladium ad interficiendum se, morem gereret? Ex dictis quoque haberi potest solutio dubij, de quo semel interrogatus respondit affirmatiuè, prout etiam nunc respondeo; An pro personis maleficis, vel alijs mortis supplicio affectis pro sceleribus, possit quis orare sacrificium offerre, vel alia satisfactionis opera exercere? Respondetur, quod sic; si penitentes discesserint, possunt hæc bona pro eis fieri ex d. cap. Quæsitum, Glos. ibidem. Angel. loc. cit. Aurea Armilla in verb. Communio, num. 27. In cuius rei confirmationem faciunt multa, quæ adfert Petrus Rauennas in quodam tractatu incipiente, Valet cum perpetuo silentio ad clarissimum Theologum professorem Iacobum de alta platea &c. Cuius scopus est probare, corpora suspensorum & latronum, non esse in locis publicis relinquenda, sed sepulturæ tradenda. Habetur hic tractatus in fine Alphabeti aurei vtriusque iuris eiusdem authoris: his tamen non obstantibus dico, quod non deceat vt pro talibus solemnes fiant exequiæ, prout pro alijs Christianis, qui cum honore vitæ finierunt, fieri consuevit. Piè autem faciantur

amici & sanguine iuncti, qui priuatim pro eis orant, sacrificia offerunt, vel curant offerri, & satisfactoria opera exercent.

Sextum Dubium; *An sonitus campanarum, maleficorum, sagarum, demonum, que conatus impediatur, ne grandine, tempestatibus, ac alijs modis frugibus, seminibus, & vineis nocumentum inferant, vtriusque sexus homines huius sectæ fruantur, & vnde talis virtus sit?*

DE antiquitate, nec non laudabili ac necessario campanarum in Ecclesia vsu, legendi sunt Anthonius Monchiacenus, Demochares in libro de obseruanda missarum celebratione cap. 13. Guilhelmus Durandus in Rationali diuinorum officiorum, libro 1. cap. 4. Petrus Melsia in Sylua variæ lectionis parte. 2. cap. 9. Ioannes Andræas & Hostien. in cap. 1. de offic. custodis. Authorem campanarum Vergilius Polidorus lib. 3. de iuuentor. rerum, cap. vltimo, vult latere, licet inuentum non sit nouum, cum vsus earum fuerit tempore Moyfis, teste Iosepho lib. 3. Antiquitatum. Apud Christianos quidam tradunt primum institutorem fuisse Paulinum Nolanum Episcopum, virum sanctitate & eruditione clarum; in cuius rei confirmationem maximè ipsa nominis notatio facit.

Dicitur enim campana à Campaniæ regione, vt attestantur Ioan. Andr. & Durandus, de minoribus vasa nolæ à ciuitate Nolana quæ est in Campania. Vt timor campanis ad laudandum Deum, congregandum clerum in Ecclesia, vocandum populum ad diuina, concitantur deuoionem in populo, ad fugandas tempestates, & exterrendos hostes. Dum campanæ sonantur, pelluntur insidiæ inimicorum, fragor grandinum, impetus tempestatum, percussio fulminum & infesta tonitrua temperantur. Saluberrimum campanarum apud Christianos vsus tubæ argenteæ in veteri testamento significabant, in quarum locum in nostra Ecclesia campanæ successerunt. Vt habentur enim tubis argenteis tempore Moyses, Numer. 10. ad collectionem populi, & sacrificijs, dum hostias offerrent, vt memoriam eorum esset coram Domino Deo, & cum in bellum exirent, clangebant vluantibus tubis, & sic memor eorum dominus eruebat de manibus inimicorum. Hinc etiam festa petularia clangorem tubarum habebant, quibus præ cæteris clangoribus tubarum infiscebantur, ad præparandum populum, ad laudandum Deum, & reuocandum in memoriam beneficentia & munera diuina: tantumque Dominus Deo clangor tubarum placebat, vt medianitarum sonitu, antè arcam foederis muros Iericho, quibus cingebatur, aduersantium excidit.

Josephus
li. 3. Anti-
quitatum
cap. 15.

Num. 29.
Leuit. 23.
Sophon. 1.

titus cadere fecerit. Mirum ergo nemini videatur, quod mirabiles etiam sint effectus campanarum, quæ sine dubio spiritus sancti inspiratione inductæ sunt. Efficit autem benedictio, vt quod arte & metalli natura fieri non potest, per verbum & orationem sanctificatum mirabiliter operetur, ex diuina dispositione. Neque velim vt quis hic moueat, quod Caluinus, Brentius, alijque eius farina calumniantur, nos campanas baptizare: hoc enim apud doctos inauditum est, licet rudes ex plebe sic communiter loquantur. Benedicuntur enim campanæ, iuxta ritum in pontificali præscriptum: verum de baptismo ne verbo quidem fit mentio, vt rectissimè Cardinalis Hosius lib. 5. in confutatione prolegomenon Brentij asserit. Quantam virtutem benedictiones in huiusmodi creaturis obtineant, qui voluerit, videat Thomam Vvaldensem in libro de sacramentalibus à cap. 166. His accedit quod dum campanæ pulsantur, fidelium mentes in Deum mouentur, eius auxilium contra inimicorum insultus implorant, Guilhelm. Parisiensis in lib. de legibus, fol. 44. col. 1. asserit rectè, quod campanæ sortiantur virtutem arcendi fulgura, tempestates & similia ex sua consecratione. Quæ tamen non fiunt nisi virtute creatoris, à quo petitur, vt arceat fulgura, tonitrua & cætera. Sicut enim regale signum & sigillum

Campanæ
non bapti-
zari, sed
benedicti.

lum deferentes securos efficit eos, ne iacturam & nocumentum patiantur à subditis regis, & hoc non sua virtute, sed potestate regia & voluntate: Sic Campana non ex virtute aliqua, quæ ei insit, sed omnipotentis potestate & voluntate protegit & defendit loca, in quibus eius sonus auditur, ab aduersitatibus & incommodis aëreis. Qua de causa maleficorum conatus infringitur, & Dæmonis cooperatio impeditur ad pulsus campanæ, quando sonus auditur ab eis, vt eorum confessionibus didicimus, & ideo campanas pulsantes vocant cōmuniter in sua schola, canes latrantes. Sylua variæ lectionis & nonnulli alij causam etiam naturalem reddunt, quare sonitu campanarum tempestates sedentur, & temperentur. Motus enim pulsationis aërem rariorem facit, & densitatem materiæ dispergit: vnde sequitur dissolutio & moderatio meteorologicorum, quæ in regione aëris et concretione materiæ elementaris generatur. Dæmones autem naturalium rerum mutationibus suas operationes admiscunt, atq; effectus naturalium causarum subtilitate operationis, & peruersitate voluntatis, Deo permittente, in interitum rerum ad humanam salutem productarum, dirigunt. Ex his, vt ad propositum reuertar, patet veram esse confessionem maleficorum & sagarum, qua assurrunt campanarum sonituum, eorum conatus

frequenter impedire, ne valeant pessima consilia in conciliabulis proposita, in effectum deducere: Atq; hoc argumentum plurimum confirmat fideles in fide, dum cognoscunt diabolum cum sua cohorte, instituta pro fidei nostræ promotione abhorre: corroboret etiam Catholicorum animos, vel quod iuxta maiorum suorum antiquissimam traditionem hucusque magno fructu fecerunt, cum maiori feruore facere continent.

Hic ad maiorem prædictorum illustrationem duo sensibilia exempla addere vtilis visum est. Vnum narrat Paulus Grillandus lib. 2. de Sortilegijs q. 7. num: 30. quod contigit Anno Domini 1524. mense Decemb. dum ipse esset in quodam castro monasterij S. Pauli, Romæ, in regione Sabinensi, ad instantiam Abbatis, dicti monasterij, vbi examinavit maleficas incarceratas, ex quibus vna fuit, quæ cum deferretur à Dæmone suo, reuertendo à ludis in itinere, antequam peruenirent domum, dum esset vicina oppido patriæ suæ, audiuit pulsare campanam manè pro Aue Maria, sic Dæmon debuit eam deponere & discedere, quam deposuit statim iuxta ripam quandam, vbi erant, spinneta quædam, diluculo iuuenis quidam oppidi illius iturus pro negotijs in alium locum vicinum, visus est ab ea & cognitus, quem ipsa saga proprio nomine vocauit,

Quam audiens iuuenis prima facie timuit aliquantulum, sed videns postea mulierem ipsam, quæ feminuda erat, & crinibus sparsis de capite pendentibus magis obstupuit, nec audebat ipsam accedere. Nihilominus cum ipsa benignè rogaret, vt accederet, accessit, cumque eam cognosceret, interrogauit, cur ibi sola moraretur in ea forma. Cui illa dixit, quod tota illa nocte a sellum suum, quem perdiderat, perquisiuerat, & non potuit inuenire. Cui iuuenis subridens, minusque credens dixit. Hoc enim aliud sibi quærit, quam a telli inquisitio. Qui quærit a sellum, vadit cum socio, & non feminuda & scapillata. Aliud est quod quærebas, dixit ipse: dicas mihi veritatem, si vis quod te adiuuem. Vnde venis? vbi fuisti? quid facis hic sola? quis te adduxit? dicas mihi omnia, si vis habere suffragium, & ero tibi securus & fidus. Tunc mulier satis pinguis & pulchra, cui nomen Lucretia, licet satis timeret seuitiam viri & suorum consanguineorum, tamen confisa de iuuenis fide, ipsum prius rogauit summis precibus, ne cuiquam reuelaret factum, sed taceret, quod vellet ei pingua munera dare. Sic iuuenis promisit, quod fidem seruare vellet. Tunc ipsa fassa est, quod ea nocte fuisset in ludis Beuentanis, & dum esset in itinire, deserreturque per aërem à magisterulo suo, auditu pulsatione Campanæ pro Aue Maria, ipsam depo-

deposuerit in eodem loco, vbi sola & seminuda inueniebatur. Tunc iuuenis accessit ipsam, & iuuit vt se vestiret & accommodaret omnia, & illam domum reduxit nemine aduertente factum. Pro laboribus iuueni donauit par caligarum, biretum, camisiam, & partes casei, rogando iterum atque iterum ne factum reuelaret, quod & promisit. Tacuit per aliquot menses: deinde nescitur quo spiritu, aut indignatione, aut lapsu iuuentutis ductus rem ipsam secreto modo nunc cum vno, deinde cum altero propalauit, adeo quod paulatim res deuenit ad notitiam curiæ. Vnde mulier ipsa capta, & cum alijs incarcerata fuit, & iuuenis ille vt testis omnia hæc mediò iuramento deposuit, ita & ipsa post multa, quum facinus suum diutiùs tergiuersare non potuit, confessa est, & cum alijs vitam flammis finiuit. Alterum exemplum recentissimum est. Quidam Ioannes ex pago Salmenroer, sub Iurisdictione Reuerendissimi Domini nostri Archiepiscopi Treuirensis, Pallatioli extremam mortis accepit sententiam, Anno Domini 1586. Iouis post Cinerum. Hic confessus etiam est præter alia, quod cum semel die Iouis in nocte in Heckenroderheide cursui & congregationi interfuisset, & cursu perfecto concluderentur varia mala ab ipsis perpetranda, ita vt negotium præter expectationem protraheretur, dies appropinquauit,

& opera tenebrarum pellebantur, & cum dicitur Iohannes esset in reditu, campana pro Aua Maria pulsata est, & sic in suo prato cecidit statim in terrā. In quo loco iam erat sua propria ancilla & famula, & herbas foenumque colligebat ad pascendum vaccas. Quod cum famula vidisset, mirum in modum perterrita, dixit. Auuncule vnde huc venis? Cui respondendo iniunxit silentium. Causam sui casus reiecit in pulsationem campanae, quae audita hircus ipsam in terram deiecerat. Hoc factum non solum ex processu negocij per notarium subscripto, sed etiam ex relatione nobilis ac validi Domini Ioannis Zanth, vicedomini huius Ciuitatis, in veritate cognovisse cognoui, qui utpote officiatu Reverendissimi nostri Archiepiscopi in praefectura Pallatioli, plenam inquisitionem accepit super veritate.

Deveniendum nunc ad solutionem argumentorum.

SOLVTIO ARGUMENTORVM.

P R I M V M Argumentum, ex cap. Episcopi 26. quaestio. 5. in quo haec verba habentur. *videlicet etiam non est amittendum, quod quaedam scelerata mulieres retro post Sathanam conuersae, Deum illum in phantasmis & phantasmis seductae, credunt*

se & profitentur cum Diana nocturnis horis, Dea paganorum, vel cum Herodiade, vel cum innumera multitudine mulierum, equit aye super quasdam bestias, & multarum terrarum spacia intempeste noctis silentio pertransire, eiusque iussionibus obedire, velut Domina, & certis noctibus ad eius seruitium euocari: Sed utinam haec sola in perfidia sua perijissent. Nam & innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hac vera esse credunt, & credendo a recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluuntur, cum aliquid diuinitatis, aut numinis extra unum Deum arbitrantur. haec ibidem.

Respondetur in primis in hoc capite non damnari sectam maleficorum, sed aliam longè diuersam, ut patet intuenti textum, ut late ostendunt Bartholom. Spineus in quaest. de Strigibus cap. 25. Alfonso à Castro lib. 1. de iusta haereticorum punitione cap. 16. Nicolaus laquerius haereticarum prauitatis inquisitor, in flagello haereticorum fascinatorum cap. 7. Syluester in verbo, Haereticus. 3. Paulus Grillandus Iurisconsultus, Romae causarum criminalium auditor in tractatu de fortilegijs, q. 7. Pro hac sententia citat Syluester Augustinum Bottonam de Sauiliano, & Ioan. Grassum Doctores iuris, in quibusdam consilijs & responsis. Differunt autem mulieres, d. c. Episc. à maleficis & sagis. 1. Quantū ad credulitatē, quia dictae in ca. Episc. credebant, quod equitarent cum Diana Dea paganorum & Herodiade, Sagae autem nostrae & malefici recte credunt.

credunt, quod cum Dæmone magisterulo suo proficiscantur. 2. Illæ in ca. Episcopi, putabant aliquid numinis & diuinitatis esse, præter Deum: Nostri malefici & sagæ non laborant hac ignorantia: Quare ratio legis non competit eis. Ergo nec etiam lex eos comprehendit, quia lex suam interpretationem sortitur à ratione, quando expressa in lege reperitur, & ratio magis attendenda, quam dicti legis. L. Adigere. §. Quamuis, ff. de iure patronat. L. Cum Pater. §. Dulcissimis, ff. de legat. 2. L. Milites prohibentur. & L. Milites agrum, ff. de re militari. Bartol. in L. omnes populi, in 7. q. principali, ff. de iustit. & iure, & in L. 1. C. Quæ sit longa consuetudo. Quare cui non conuenit ratio legis, non conuenit ipsa lex, ut probat d. q. 7. Grillandus. 3. Differunt: Nostri malefici & Sagæ expressè abrenuntiant Deo, & professioni in baptisate factæ, & promittunt quod Diabolo velint adherere. Sed illis in c. Episcopi hoc non attribuitur. 4. Nostri conficiunt sortilegia, & vnguenta venefica, nec non etiam conspirant cum sathana in perniciem humani generis, de his nihil in ca. Episcopi. 5. Nostri Dæmoni reuerentiam faciunt, idololatram exercent, homines & præsertim infantes sæpè accant, sed illæ non in cap. Episcopi. 6. Nostri abutuntur Eucharistiæ sacramento, & filium hominis conculcant, de qua re etiam nihil in cap. Episcopi.

cap. Episcopi. 7. Nostri cooperante Dæmone grandines, nebulas & similia efficiunt, ad destructionem fructuum nascentium: quod non scribitur de illis in cap. Episcopi. Aliæ differentię penitus consideranti non deerunt.

Deinde in illo capite aliqua continentur, quæ non sunt vera, sed à fide aliena, & ideo in illo cap. damnantur tanquam contra fidem, nempe quod equitarent cum Diana, vel cum Herodiadè Philippi vxore: quia Diana Dea paganorum nulla est, neque in hoc mundo, neque alibi. Herodias autem est in inferno, neque mulier, sed sola anima. Falsum quoque est, quod equitarent super veros equos, aut bestias; quia bestię in tam breui tempore realiter & corporaliter, tanta terrarum spacia, in tanto silentio, transcurrere non possunt. Hinc quod in bestias nulla creatura verè transformari valeat, prosequitur textus. Hanc solutionem maximè persuadet ratio textus, quia eiusmodi mulieres, inquit, aliquid diuinitatis & numinis extra vnum Deum arbitrantur. Sic Turres cremata commentator in d. cap. Franciscus Victoria in Relectione de arte magica, num. 31. Alfonso à Castro loc. cit. Bernard. Basinus in tract. de artibus Magicis, nona propositione. Iosephus Angles in floribus in 2. sentent. prima parte, in quæst. de arte magica, diffic. quinta. Lambertus Danæus in Dialogo de sortarijs, & alijs

alij Doctores pro prima responsione citati. Non ergo intendebat d. caput delationem corporalem reijcere & improbare, sed ea, quae fidei erant contraria. Postremo Gratianus, vt notum est versato in decretis, ea collegit ex concilijs tam generalibus, quam prouincialibus, tum etiam alijs doctoribus. Vnde tantum veritatis habent, quantum in proprijs locis. Concilium autem illud Anciranum, vel vt alij vocant Anciranum, fuit prouinciale, vt rectè tradit Reuerendissimus & Illustrissimus Dominus Bartholomæus Caranza, Archiepiscopus Toletanus in summa Conciliorum, fol. 26. pagina 2. in Antuerpien. editione. Quare non esset tantæ autoritatis, vt ei adhærendum sit, si in aliquo contra sacras literas, Doctorum Theologorum communem sententiam, & veritatem definiret; quod tamen non dicimus, cum non definiat aliquid, quod contrariæ parti faueat, vt patet ex dictis. Mirandum ergo est, quomodo leuiter peritorum conscientia ita constringatur auctoritate huius Capituli, cum Theologia alij, penes quos est censura, ea quæ fidei sunt discernere, nullam in hac re inueniant difficultatem? Nonne omnes Doctores, quorum est de sensu scripturarum iudicare, delationem corporalem comprobant & credunt? Sic Pontifices, Cardinales, Doctores, Theologi Itali, Hispani, & Germani sentiunt: Sic Iurisperiti

periti rectè sentientes, vt patet ex eorû scriptis, quorum nomina hic, & in duodecima conclusione primi membri questionis posuimus. Tantæ autem testium nubi proprium iudicium, quod fragili & apparenti ratione ducitur, præferre, summæ temeritatis est. Accedit ad testimonium experientia certissima, quam communis vox populi confirmat; atq; hic certè dicere possumus, vox populi, vox Dei: cum omnis veritas à Deo sit.

Secundum argumentum. Angelus Sathanae transfiguratur se in Angelum lucis. 2. Cor. ii. & in d. cap. Episcopi. ergo potest diabolus in congregatione representare personam innocentem: & sic innocens patietur, si detur fides maleficis in denunciationibus, ex deceptione dæmonis, & errore maleficorû: & confirmatur hoc argumentum ex historia S. Germani Episcopi, quæ habetur in aurea legenda, & in sumario historiali S. Antonini 2. par. tit. ii. cap. 17. §. 5. Vbi legitur, quod S. Germanus in quodâ loco, cum post cenam iterum pararetur mensa, admiratus interrogauit, cui denuo pararetur? Cui cum diceretur, quod bonis illis mulieribus, quæ de nocte incedunt; illa nocte S. Germanus statuit vigilare, & ecce vidit multitudinē dæmonū ad mensam in forma hominū venientem, qui eis præcepit, ne abirent: & cunctos de familia domus excitauit: quæsiuit si illas personas

*Historia
de S. Ger-
mano.*

personas cognoscerēt? qui responderunt omnes vicinos & vicinas suas esse. Tunc S. Germanus ad domos singulorum de vicinia illa misit, demonibus mandans interim ne discederent. Euntes autem missi à sancto viro ad domos vicinorum, repererant eos in lectis suis dormientes. Adiurati ergo demones à sancto viro dixerunt, omnibus audientibus, se demones esse, qui sic hominibus illuderent.

An demō innocentes in nocturnis conueniunt re praesentare possit.

Pro resolutione huius argumenti reuocanda in memoriam sunt ea, quæ diximus in præludijs tertio & quarto: Diabolum non posse operari, nisi ex permissione diuina, & tantum saltem & non plus, quantum conceditur à Deo. Quare causa huiusmodi transfigurationis & præsentationis diaboli, non solum petenda est ex peruersa voluntate & potestate diaboli, sed etiam ex concessione diuina singulari in ordine ad talem effectum. Multa enim potest diabolus ex suæ naturæ potentia & subtilitate, quantum ad actum primum, quæ non potest quantum ad secundum: Manus enim eius ligatæ sunt, vt non possit operari, quando & quantum vult, atque cum similia rei multum lucis adferant, in simili id ostendam. Quantum ad actum primum, posset diabolos omnes nos occidere, & subuertere; & quantum ad voluntatem, vellet: cum semper circumeat & quærat quem deuoret, omniumque interitum appetat.

Quoad

Quoad operationem & effectum, deficit: quia Deus non concedit. Quare non valet hoc argumentum, in quo aliqui Theologiæ & philosophiæ ignari multū gloriantur: diabolus potest se transfigurare in angelum lucis ad representandum innocentem. Negatur enim simpliciter, vt sonat: quia non potest, quantum ad actum secundum, cum causa totalis non sit diaboli potestas & peruersa voluntas, sed etiam antequam diaboli potestas exeat in actum, requiratur singularis diuina concessio. Sumitur ergo in argumento causa partialis, & non totalis: & sic non valet. Hoc autem modo ad propositum argumentum formari deberet. Diabolus potest se transfigurare in angelum lucis, ad representandum innocentem: & Deus concedit ei potestatem faciendi. Ergo, &c. Et tunc negatur antecedens, tanquam falsum in proposito, vt latius patebit. Est enim hoc contra diuinam providentiam ordinariam, quæ ex diuinis literis innotescit, & effectibus declaratur. Sicut enim diuina misericordia efficiente non potest diabolus (vt rectè Bartholom. Spineus in quæst. de Strigibus, cap. 14. & in Apologia tertia. cap. 3. ait) deludere nisi eos, quorum mentem primum sibi per infidelitatem subjugauerit: Ita credendum est nullius illum personæ figuram, vt de tanto crimine accusetur, posse prætere, nisi eius, quam sibi iam

Z

per

per similia crimina deuinctam esse sciuerit, & multoties realiter cum alijs ad ea perpetranda conuenit. Quod etiam testantur in confessionibus malefici, & sagæ, vt Iudices referunt. Atque vt hanc prouidentiam Dei erga nos latius ostendamus, reducenda est in memoriam communis Theologorum verâ doctrina, quæ ex diuinis literis clarè elicitur, nê esse permissam diabolo tantam potestatem super iustos, sicut impios & malos. Gaudet enim iusti, vt pote amici & filij Dei, multis priuilegijs, quibus pessimi & malefici, maxime ob criminis immanitatem, tanquam inimici & hostes tam diuine maiestatis, quam communis salutis, iusta dispositione priuantur. Hoc enim diuinæ legis stabiliunt promissiones, vt in psal. Quoniam in me sperauit, liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum; & iterum. Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam non derelinques quærentes te Domine; & iterum. Clamauerunt ad me iusti, & ego exaudiam eos. Item: Qui sperat in Domino, non confundetur. & 2. Petri 2. Nouit Dominus pios de tentatione eripere. & Paulus: Fedelis Deus, (scilicet in promissis) qui non patitur tentari supra id, quod potestis: sed dabit cum tentatione prouentum. Exempla ad hunc effectum etiam non desunt. Susannam iniuste infamatam, à senibus accusatam, & mortis iudicatam Dominus liberauit, & innocen-

Quare diabolus solos impios in conuentibus maleficorum reprobauerit.

psal. 90.

Susanna senum ca.

tem ostendit. Athanasius vir sanctissimus, in Arrianorum concilio apud Tyrum coacto, ex inuidia, stupri accusabatur: & iusto Dei iudicio consilium suggestum est, quo liberatus fuit. Introductus enim in iudicium est Athanasius, & vna cum eo Timotheus presbyter, qui simulans se esse Athanasium: Ego ne inquit, mulier, apud te sum diuersatus? ego te violauit? Cui illa petulanter: Tu mihi vim intulisti; iureiurando affirmans Iudicum fidem obtestabatur, vt tantum flagitium vindicarent. Qua cognita fraude, reiecta est mulieris impudentia. Iterum alia vice idem sanctus malefici accusetus fuit, quod ad vsum magicæ artis manum mortuam Arsenio amputatam adhibuisset. At Arsenius noctu aufragens, cum se in conspectu totius concilij statuisset, Athanasij inimicorum impudentissimum scelus aperuit. Et in S. Hieron. legenda refertur, quod diabolus se transformauit in formam S. Syluani Episcopi in Nazareth, amici S. Hieronymi: qui dæmon in lecto fecerunt nobilem primò quidem verbis prouocare cepit ad luxuriam, deinde etiam factis sollicitauit ad malum, quæ cum clamaret, Dæmon sub specie S. Episcopi sub lecto sceminæ se abscondit; vbi requisitus & inuentus per luxuriosa verba mentitus est se esse Episcopum Syluanum. Postridie ergo vir sanctus, disparente diabolo, grauissimè

luminis de ripitur, Athanasius, Arrianorum.

Syluanus Episcopus, etiam diaboli calumnias tandem euadit.

diffamatus est: quæ infamia tandem apud se-
pulchrum S. Hieronymi, fatente diabolo in
obfesso corpore, purgata est. Maximum ad
nostrum propositum testimonium prebet S.
Cyprianus, quod & nostri malefici & sagæ in
suis confessionibus, vt intelligo, confirmant.
Hic sanctus cum adhuc Magus esset, Iustina
Christianæ Virginis amore incensus, incan-
tationibus & veneficijs Antiochiæ illam ad
suæ libidinis assensum allicere conabatur, &
dæmonem consultabat, qua nam id re con-
sequi posset. Cui dæmon; nullam sibi artem
processuram aduersus eos, qui verè Christi
colerent. Quo responso commotus Cypria-
nus, relictis magicis artibus se totum ad Chri-
sti Domini fidem conuertit. Si hoc argumen-
tum tam validum est apud Magicæ artis pa-
tronos, quod diabolus sitientissimus damna-
tionis & humanæ perditionis potest se trans-
figurare in angelum lucis, ad infamandum in-
nocentes: quomodo non habent lynceos, sed
clausos oculos, vt videant argumentum non
solum militare in crimine maleficij, sed in
alijs omnibus? Quod si concesserint: furibus,
latronibus, coniuratoribus, adulteris, & si-
milibus singulare præstiterint patrocini-
& iustitiæ salutiq; reipubl. maximum detri-
mentum. Si enim diabolus, secundum eos,
potest representare innocentes in cursu & co-
uentu maleficorum: quomodo non potest
repræ-

*Cyprianus
martyr è
mago fit
christianus*

*Veris Chri-
sti cultori-
bus artes
magicæ ni-
hil obfunt.*

sentare innocentem in forma homicidæ, ad-
ulteri, vel fornicatoris, vt etiam ex exemplo
S. Siluani constat, quum omnium innocen-
tum maximè interitum exoptet? Accusatur
ergo quis homicidij, latrocinij, adulterij, vel
alterius criminis: sint duo vel tres testes: ex-
cipiat negando factum, & respondendo dia-
bolum se transformasse in suam formam, &
facinus perpetrasse, cum etiam se possit trans-
figurare in Angelum lucis, multò magis in
formam hominis: maximè cum nihil magis
desideret, quam interitum animarum: Ne-
gare autem, quod diabolus in forma humana
occidere, furari, scortari & similia perpetrare
valeat, si à Deo permitteretur, veritatem est
impugnare. Huius argumenti nodum solue-
re non poterunt, qui ita vrgente conscien-
tia, vel non rarò excecantibus affectionibus
laborant. Ad diuinam oportet recurrant
providentiam, quam etiam in nostra materia
allegamus. Sed vt hoc magis magisque veri-
tatem habere ostendamus, in simili pergen-
dum est. Diabolus, ex omnium Theologo-
rum & etiam Iurisperitorum rectè sentien-
tium iudicio, potest corpora deferre de loco
ad locum: ergo potest eos eripere è manibus
iustitiæ, & custodia publicæ potestatis: quod
quidem non rarò ad decipiendum promit-
tit, sed tamen non præstat. Quæritur nunc
quare hoc non facit? impediuntne carceres,

*Quare dia-
bolus ma-
leficos ex
magos à po-
testate
magistra-
tus non
eripiat.*

clausuræ, aut alia corporalia impedimenta & vincula? At hoc dicere cogitareque stultum & ridiculum est; cum tanta eius potestas sit, vt nulla super terram ei possit comparari. Potest subuere ciuitatem: quanto magis solvere & rumpere clausuram? Confugiendum ad diuinam prouidentiam, ne iustitia è medio tollatur, & impiorum audacia crescat. Sed negabit obstinatus. Probandum erit ex factis: quia experientia conspiciamus, quod pro suo beneplacito magiæ Rei, non possunt, aufugere, nec rapi à dæmone extra muros clausuræ vel carceris. Regulare autem est, quod diuina voluntas non solum nobis innotescat per sacras literas, promissiones, comminationes, permissiones & prohibitiones, sed etiam effectus. Diabolus est potens ad liberandum eos, & optaret, ad conseruandum in perpetuam damnationem: Sed non potest illud efficere siue re ipsa præstare: quia potentissimus Deus manus eius ligat, vt non operetur. Sic in præfenti cognoscitur diuina prouidentia erga innocentes, ex sacris literis, & factis, quamuis etiam ipsi malefici veritatem attestentur. Quod enim nunquam factum est, neque fit secundum communem rerum cursum: nequaquam fieri posse, si ex factis contingentia, incommoda sequantur, iudicandum est. Sed nunquam aut rarissime auditum est, ex constantibus & perseverantibus

con-

confessionibus, quod innocentes repræsentati sint in talibus conuentibus, imo semper experientia compertum ibi repræsentatos eos, qui fuerunt rei tanti criminis. Si tamen de extraordinaria Dei potentia loqui velimus, negandum non est Deum posse permittere, vt innocens accusetur in hoc crimine, sicut in alijs ad bonum aliquem finem: Quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Tandem tamen innocentia manifestabitur, vt supra sacris literis & exemplis declaratum est. Cum etiam diabolo fallaci perspectum sit ex sacris literis, Deum non permittere, vt electi tribulentur aut tententur, nisi ad meritum, probationem & bonum; non appetit talem repræsentationem iustorum. Hæc etiam doctrina maximum robur sumit ex conscientijs innocetum. Quis enim innocens angitur aut timorem concipit, ne à dæmone inter maleficos & sagas repræsentetur? Alias si hoc posset diabolus, semper omnes merito in timore & tremore versaremur, ne in fabulam & tragædiam, in qua salus animæ & corporis periculo exponeretur, traheremur. At securæ conscientie nullo modo sibi metuunt, sed stant in magna constantia, etiam si quandoque ab iniustis angustientur.

Atq; hanc sententiam & veram doctrinam, quod Diabolus nõ possit in conuentu repræsentare innocentem, præterquã quod nostri

Deus extra ordinem potest permittere, vt innocens à dæmone re presentetur in nocturnis maleficorum conuentibus.

malefici testimonium perhibeant, tenent Doctores Mallei maleficarum 2. par. q. 1. cap. 11. pag. 331. in impressione Francofordiensi de anno Domini 1582. Nicolaus Iaquerius Gallicus inquisitor, in flagello hæreticorum facinoriorum, statim in proœmio, & in cap. 26. Bartholomæus Spineus sacri pallatij Apollinici Magister, in q. de strigibus, cap. 14. & in Apologia 3. cap. 3. Petrus Loyerius consiliarius Senatus Andegauenſis lib. 2. de spectris, ca. 5. & vocat Theologorum sententiam. Neque in hac Grillandus, Bodinus, & alij dubitarunt, qui tradunt complicitibus in hoc crimine credendum.

*Obiectio
ex historia
S. Germani
refuta.*

Ad illa autem, quæ adferuntur in confirmationem ex historia S. Germani, respondetur primò; concedendo historiam illam S. Germani ad literam, si rectè inspiciatur, nihil facit cõtra hanc doctrinam, imo eam confirmat. Dæmones illi representabant personas adhuc in lectis dormientes ex pacto, quod cum dæmonibus habebant. Non propterea illæ personæ erant innocentes. Sicut etiam in materia præſenti doctores sentiunt, maleficos non personaliter semper interesse, sed aliquando repræſentatiuè: talis tamen repræſentatio fit accedente eorum consensu expresse, vel tacito. Hæc solutio clara & breuis, ex historia corroboratur. Homines enim in hospitio sciebant eos solitos venire, & dicebant

esse vicinos & vicinas, qui mensæ accumbere solebant. Non est autem absurdum, quod pro illo tempore & actu patiebantur illusionem. Certum enim est, si secundum hominum morale iudicium loqui velimus, quod hospites non volebat mensam statutis temporibus gratis præparare. Hospites aduentantibus porrigunt cibos & potum pro pecunijs. Præsumendum ergo est, quod vicini solebant soluere, & veras pecunias offerre. Diabolus non veros, sed apparentes nummos suis dat, qui cito euanescent, & humano vsui non inferiunt.

Deinde respondet Barthol. Spineus in q. de Strigibus, cap. 28. quod illa historia sit suspecta, quantum ad hoc punctum, eò quod durum videatur, & a communi hominum sensu alienum, hospitem illum voluisse tot cibaria crebrò gratis præparare, & si vicini erant & cognati, non petere ab eis pretium alimentorum. Dicere autem, vicinos dedisse pretium, si deludebantur, & se saturatos non inueniebant, ridiculum est. Et si dicatur, quod dæmones ipsi pretium exolebant vice illarum personarum, mirum est si talia se facere somniabant personæ illæ, & non cito delusionem aduertebant, si pecuniæ non realiter deficiebant? Si vero talia non somniabant se facere, mirum non minus est, si cum hospite & familia de his sæpius illi vicini ser-

monem non habuerint, & sic tam ab hospite quàm eius familia audientes illa de se referri, quæ scirent sibi contigisse, facillè tam se quam hospitem illum & alios omnes ab huiusmodi delusionibus non liberauerint.

Postremò, concessò quod vera sit historia fuerint etiam omnes viri illi ac mulieres, qui representabantur, immunes à veneficij crimine: nihilominus inde non solum non refellitur doctrina communis, sed etiam valè roboratur: ostenditur enim ex illa narratione, eam esse Dei in suos prouidentiam, & curam paternam, vt si quando permiserit innocentem representari per demonem, ne in periculum veniat, clarissimè se innocentiam manifestaturum. Quocirca quibus à Deo gladius datus est ad vindictam malorum, in honorem autem innocentium, nisi grauissima Dei in se velint prouocare iram, & fieri rei torquentium & calamitatum, perfidie ac sacrilegiorum, quæ ex mora executionis iustitiæ sequuntur, procedant contra eos, qui in conuentibus maleficis visi sunt, donec aliquis Germanus suscitetur, qui innocentiam clarè manifestet delatorum & humanitus delatorum.

Tertium argumentum esse potest, quod obscurè insinuat Ponzinibus, licet nõ debeat. Testes de nocte non vident: ergo non possunt ferre testimonium illi noctu agenti contra socios: quia testes debent cognoscere parte

viti

vt tradit Barto. in L. Minorem. C. de transactio. Antecedens probatur ex L. Si nõ specialiter. C. de testamen. & in L. fin. cum exceptio. n. ff. Quod metus causa. Cum ergo malefici nocte sua conuenticula habeant & maleficia exerceant, decipiuntur: & sic eis non est habenda fides. Hoc non obstante argumento responderetur, testes de re nocte patrata testimonium ferre posse, & fidem mereri, si dicant lunam, aut aliquod lumen illuxisse, aut delinquentem admodum fuisse propinquum, subiungant. Communis sententia est, quod cum prædictis circumstantijs, & causis scientiæ, possunt testimoniũ ferre, licet alias non. Iason in d. L. Si non in speciali. nu. 13. & in L. Non minorem. Cod. de transact. nu. 4 & 5. Bartol. ibid. Bald. in d. L. Si non in speciali. Doctores, communionum opinionionum sine receptarum sententiarũ lib. 18. in verb. Testis. verfic. Testis deponens se noctu. Emanuel Soarez in Thesauro receptarum sententiarum, in verb. Testis. Iulius Clarus in li. 1. §. fin. practicæ criminalis. q. 21. Verfic. Sed quid si testis non viderit.

Nemo autem putet diabolo & suis difficile fore efficere lumen ad videndum, quod etiam non facillè extinguatur à vento, naturalibus medijs. Multa enim dæmon nouit, quæ hominibus haud posse fieri videntur. In cuius rei confirmationem facit August. li. 21.

de

de Ciuitate Dei. cap. 6. loquens de quadam
 lucerna inextinguibili, in quodā phano seu
 templo Idolorum, quę nec tempestate, nec
 pluuia, aut vento extinguebatur; & dicit id
 factum naturalibus aut magica arte, aut re-
 præsentatione dæmonis. Quare etiam non est
 mirandum, quod luna non lucente, dæmoni-
 nes & malefici possint habere lumen ad vi-
 dendum. Confirmant hoc etiam confessio-
 nes maleficorum: fatentur enim, quod che-
 reis peractis, conuiuijsque expletis, luminaria
 extinguantur, quando inhonestas & fœdas
 carnis voluptates expleant, vt patet ex proce-
 sibus, de quibus Malleus, Bodinus, Grillan-
 dus & alij. Hęc breuiter pro tractatu
 quæstionis scripsisse sufficiat, quæ
 omnia subijcio censuræ sanctæ
 Matris Ecclesiæ.



COM

365
 COMMENTARIVS IN TITV-
 LVM CODICIS LIB. IX. DE MA-
 LEFICIS ET MATHEMATICIS, THEO-
 LOGIÆ & IURIS SCIENTIÆ, SECUNDUM
 MATERIÆ SUBIECTÆ NATURAM,
 accomodatus.

AUCTORE,
 Petro Binsfeldio Suffraganeo
 Treuirensi Doctore
 Theologo.

Deut. 18. cap.

*Nec inueniatur in te qui iustret filium suum, aut
 filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur,
 & obseruet somnia atque auguria. nec sit maleficus, nec
 uicant atque, neque qui pythones consulat, nec diuinos.*



AVGVSTAE TREVIRORVM
 Excudebat Henricus Bock, Anno 1591.

CVM in tractatu de maleficorum & sagarum confessionibus sapius mentionem legum ciuiliū in tit. C. de malef. & mathem. fecerim, quibus etiam mea probasi, nec desint qui has leges in multis effectibus, quos maleficis tribuunt, ita cōmententur, ut eis omnem veritatem adimant, quasi Imperatores ex falsa vulgi opinione, & non rei veritate locuti fuerint, cum tamen scriptum sit: Per me reges regnant, & legum conductores iusta decernunt: Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam: hunc cōmentarium subiungere decreui, ut veritas, qua impugnavi, non tamen vinci potest, magis elucescat, leges ab iniuria vindicentur, & Imperatorum dicta salua persistant. In quo, diuino aspirante favore, legum sententiam Patrum Theologorumq; doctrina conformem ostendam, praesertim cū impugnant es has leges addunt in causis definiendis eis, quae spectant ad animum, cuiusmodi est de maleficorū negotio, dicta patrum & canonum legibus esse, praeferenda. Et quia in hac materia multa occurrant, quae muros Hierusalem adificiant, & ciuitatem Babylonis destruunt: scio quod hisce meis laboribus quoq; non deest Sanaballath fabricator. Non tamen idē incepta relinquenda sunt, sed constanti animo perficienda, ad laudem & gloriam eius, quo confortante omnia possumus.

2. Esdræ.
4. cap.

Seruabitur autem hic ordo in toto cōmentario. In primis in Rubricā aliqua notabilia, quae toti materiae aliquod intelligentiae lumen adferent, praemittentur. Deinde singularū legum verba ponentur, quibus poteris, si quid circa literā declarandū sit, breuius explicabitur. Tandem secundū materiae occurrentis naturam quaestiones mouebuntur cum sua resolutione.

RUBRICA, DE MALEFICIS ET MATHEMATICIS, & CAETERIS SIMILIBUS.

PRIVM notabile in Rubricam. Continuatio: Cum in superioribus actum sit de homicidio, quod non solum gladio, sed etiam veneno arte diabolica praeparato, incantationibus, & maleficijs committitur, recte hae Rubrica subiungitur.

Secundum notabile. Recto ordine hic tractandum esset de existentia maleficorum: An rei veritate sint maleficia, & opera diabolica. Sed haec veritas probata est sacris literis, canonicis, legibus, ex ratione in superiori tractatu, praeludio primo.

Tertium notabile. De inuentore Magicae & Diabolarum artium varij variè iudicant. Conueniunt autem cōmuniter Doctores, a Persis has perniciosas artes esse inuentas. 26. q. 4. can. Igitur genus. S. August. in li. de natura Dæmonū, & li. 7. de Ciuit. Dei, c. 35. Ildorus li. 8. Etymol. cap. 9. Rabanus de Magorū praestigijs. Plinius li. 30. naturalis historiae. cap. 1. Persae enim caeteris fuerunt curiosiores, & in naturali philosophia perspicaciores, cuius terminis cum non essent contenti, & vellent plus sapere, quam oportebat, in Diaboli laqueos inciderunt. Apud Persas

Perfas autem primum Magicarum artium inuentorem ferunt Zoroastrem Bactrianorum Regem. Hunc, vt Augustin. tradit lib. 21. de Ciuit. Dei. cap. 14. dicunt statim à natiuitate risisse, cum potius more omnium mortalium plorare debuisset. Nec ei aliquid boni mortis strosus illerifus portendit: cum magicarum artium fuerit inuentor, quæ quidem illi nec ad præsentis vitæ vanam felicitatem contra suos inimicos prodesse potuerunt. A Nino quippe rege Assyriorum, cum esset ipse Rex Bactrianorum, bello superatus est, & demum ictu fulguris tactus impiam vitam finiuit. Quod malum præuidere non potuit, quamuis talis ac tantus esset magus & Astrologus, vt viuens astrum Zoroastres diceretur. Hic scripsit de arte Magica multa millia versuum. Si veritati magis, quàm curiositati studere volumus, absq; dubio dicere debemus, primum Magistrum Magicarum artium fuisse mille artificem Dæmonem: Quia nullus mortalium tam malas artes inuenire potuit, qui ab ipso instructus non sit: cum opera Magorum & maleficarum humanum captum superent. Hic id satis clarè habetur 26. q. 2. can. Qui sine uatore. Vbi dicitur. Hæc vanitas magicarum artium ex traditione malorum angelorum in toto orbe terrarum plurimis seculis inuoluit. Id quod clariùs Lactantius lib. 2. de origine erroris cap. 17. tradit, dum de Dæmonibus

libus loquitur: Eorum inuenta, inquit, sunt Astrologia, & Aruspicina, & Auguratio, & ipsæ quæ dicuntur oracula, & Necromantia, & alia magica, & quicquid præterea malorum exercent homines, vel palam, vel occultè, & post pauca: Hi sunt qui imagines (intelligè astronomicas, de quibus infra) & simulachra fingere docuerunt: qui vt & hominū mentes à cultu veri Dei auerterent, & fictos mortuorum regum vultus, & ornatos, exquisita pulchritudine statui, consecrariq; fecerunt: & illorum sibi nomina quasi personas aliquas induerant. Sed eos magi & ij, quos vere maleficos vulgus appellat, cum artes suas execrabiles exercent, veris suis nominibus nent illis cælestibus, quæ in literis sanctis leguntur. Zoroastres autem primus inuentor dici potest, non quod ipse eas inuenerit, sed quod eas à Diabolo traditas prius hauserit, scriptis tradiderit, & alios homines docuerit. Nam à nostris maleficis & magis discimus, quod nō omnes instituuntur, & erudiuntur immmediatè ab hominibus eiusdem artis peritis, quamuis non rarò à similibus confortibus seducantur, sed plurimi ab ipso Dæmone, in forma humana apparente, in tam execrabili negocio instruuntur.

Quartum notabile. Quandoquidem Rubrica inscribitur de maleficis & mathematicis, & cæteris similibus, leges præsentis in suo

gradu & latitudine comprehendunt
nes artes magicas humano generi pernicio-
easque damnant. Quia similitudinem est
lis ratio.

Quintum notabile. Omnes artes pernicio-
sa Magorum & maleficorum, à Dæmonibus
contra salutem hominum inductæ, sunt. Al-
fines & caudas habent colligatas, quam
facies habeant diuerfas: vt de hæretibus ca-
iam dicitur in cap. Excommunicamus, & de
2. de hæret. Quare earum sectatores diuer-
sis nominibus à Doctoribus quandoque
pellantur, quandoque etiam confunduntur.
Sic vocantur lamia, Striges, Magi, Venefici,
Incantatores, Malefici, Sortiaria mulierum,
viri fortilegi, foemina sagæ. Lamias nomi-
nant Apuleius lib. 1. de asino aureo, Philo-
stratus in vita Apollonij Pythagorici, Fran-
ciscus Ponzinibus in suo tractatu, Thom-
Erastus, & alij. Striges Syluester in ver-
Hæresis 3. & lib. de Strigimagis. Bartholo-
meus Spineus in tractat. de Strigib. Paulus
Grillandus, & alij Sortiarias. can. Si per
Sortiarias. 33. quæst. 1. & Lambertus Danaus
in dialogo de Sortiarijs: maleficas & male-
ficos sacræ literæ, & leges in præsentis tituli
communiter Doctores, & vulgus. Lamia
vocantur per transumptionem à Lamia
stia monstruosa, quæ pedes habet equinos
& cætera membra humana, & ita crudeliter

vt filios suos dilaniet. Sic nostræ La-
mia etiam infantium sanguinem expetunt,
quo abutuntur in suis sceleribus. Striges ap-
pellantur ab aue strige, quæ nocte stridet, &
etiam aggreditur tenellos infantes & ex eo-
rum corporibus sanguinem absorbet. Eo-
dem pacto nostræ Striges nocturno tempore
strident, volant, & opera tenebrarum exer-
cent, nec non infantum cædem sitiunt. Sa-
pe dicitur, eo quod satis agant, & in officio suo
pessimo diligentes nimis sint: vel à sagien-
do, quia multa scire volunt. Magi, quia
ea, quæ mirabilia sunt, & humanam natu-
ram excedunt, virtute Dæmonis exercent.
Venefici quia sæpè veneno nocent. Incan-
tatores, quia verbis & carminibus malefici-
particiunt. Malefici à malefaciendo. Sortia-
rij & fortilegi à fortilegio, quod vniuersa-
liter acceptum omnes diabolicas artes com-
plectitur, vt attestantur Paulus Grillandus
lib. 2. de Sortilegijs. Iodocus Damhauderus
in praxi criminali ca. 61. & Plinius li. 28. c. 4.

Sextum notabile. Quamuis maleficus dica-
tur omnis malefaciens, sicut maleficium dicitur
omne malefactum in genere. 26. q. 5. can.
Non liceat. L. Congruit. ff. de officio præ-
sid. ff. ad legem Aquil. L. Ita vulneratus. C. de
pennis. L. Si operis: hoc tamen nomen sagis &
nostris maleficis tribuitur per antonomas-
iam siue excellentiam, ob insigne nocendi

studium, & facinorum magnitudinem. 16 q. 5. can. Nec mirum. & L. Nemo. C. de malef. & mathem. Ildor. li. 8. Ethymolog. cap. 9. Atque sic semper Magos, & magicis siue diabolicis artibus vtentes vulgus maleficos appellauit. Lactant. loco citato. Casianus in collat. 8. cap. 19. August. in d. c. Nec mirum. Ildor. loco citato. D. Thomas lib. 3. contra Gent. cap. 106. Nomina enim rectè intelliguntur ex vulgi & hominum vsu & cõsuetudine. L. Labeo. ff. de suppellectili legata: & Horat. de arte poëtica.

Septimum notabile. Et si leges in præsentit. Codicis loquantur in masculino genere, comprehenduntur tamen etiam fœminæ. Quia masculinum in materia indifferenti inter masculum & fœminam prolatum, semper concipit & cõprehendit fœmininum. ff. de verborum significat. L. 1. ff. de legat. 2. L. Si ita scriptum. Glof. Ioannes Immolenis, & alij ibidem. Bartol. in L. Quicumque. de feruis fugit. Marfil. consil. 85. num. 20. Lodouicus Romanus in consil. 98. num. 3. Petrus Anchar. in cap. In generali. de elect. in 6. Archidiaconus in can. Si quis suadente. 16. q. 4. & alij alibi. Quod non solum veritatem obtinet in lege ciuili, sed etiam diuina, vt rectè annotat Panormit. in ca. Maiores. de Baptismo & eius effectu, num. 3. ex illo Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest

est introire in regnum cœlorum: Ad quod propositum allegari possent multæ scripturæ tam veteris quam noui testamenti, Psal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo. Qui ingressus est sine macula, & operatur iustitiã. Qui loquitur veritatem in corde suo, & c. Deuter. 18. Nec inueniatur in te, qui iustret filium suum, aut filiã ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia, atque auguria, nec sit maleficus, aut incantator, neq; qui Pythones consulat, nec diuinos: omnia hæc abominatur Dominus. Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis est: & c. cap. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum: & iterum. Discedite a me maledicti in ignem æternum.

Ottauum notabile. Doctores pleriq; quando hanc materiam tractant, vt loquuntur in fœminino genere, vt constat ex malleo maleficarum, Francisco Ponzinibio, Bartholomæo Spineo, Syluestro Priërate, Thoma Erasmo, Vlrico molitore & alijs, non quia fœmininum masculinum concipiat contra d. L. Si ita scriptum, & communem sententiam, sed quia maleficia & sortilegia frequentius in mulieribus inueniuntur. Quare autem plures fœminæ sint superstitiosæ & maleficæ quam

quam viri, aliquæ redduntur rationes à Doctores Mallei maleficarum l. parte. q. 6. Ioannes à Turrecremata. 36. q. 5. can. Episcopi. Alphonsus Castrensis lib. 1. de iusta hæreticorum punitione. Paulus Grillandus lib. 2. de Sortileg. q. 7. numero. 31. Martinus Arles in tract. de superstitionibus & alijalibi.

Prima ratio: Mulieres sunt pronæ ad credendum, cum non habeant magnam experientiam. Vnde à Diabolo facile decipiuntur, iuxta illud: Qui facilè credit, facilè decipitur.

Secunda. Mulieres sunt curiosæ, & appetunt cognoscere, quæ eis non conveniunt. Curiositas autem magna est dispositio ad superstitiones & maleficia, vt alibi dictum: & cum hic sexus, sit simplex, Dæmon sub specie recti sæpe scæminas decipit.

Tertia. A natura, scæminæ sunt mollioris complexionis: quæ causa efficit, vt facilius impressiones à spiritibus capiant. Et sicut quando à bonis spiritibus instruuntur regunturque, valde bonæ & deuotæ redduntur, ita quando Dæmonum suggestionibus consentium præbent, pessimæ fiunt, ita vt non sit malitia super nequitiam malæ mulieris.

Quarta. Maior est fragilitas ad casum in sexu muliebri ex natura sexus. Quare Dæmon statim in principio, primæ mulieri

lieri insidiabatur, & eam ad peccatum pertraxit.

Quinta. Hic sexus si iram, aut odium aduersus aliquem concipiat, vehementissimè irascitur, & se vindicare determinat: Cum autem sit imbecillis, & vana sit sine viribus ira: Dæmon data oportunitate offert vindicandi modos, & auxilium pollicetur,

Sexta. Fœminæ sunt pusillanimes, & quando in tristitiam aut desolationem cadunt, non facilè se expediunt, sed diu in pusillanimitate tristitiaque remanent. Accurrit Dæmon, occasionem perscrutatur, tentat, & sæpe vincit.

Septima. Lubricam habent linguam, & sic si quas malas norunt artes, confortibus citò reuelant, quibus sine difficultate persuadent, vt idem sapiant secum non considerantes, quis rei exitus sit futurus.

Nonum notabile. In Rubrica nomine mathematicorum intelliguntur diuinatores. Prohibetur autem maximè diuinatio, quia principatum obtinet, & nunquam in bonam partem propriè dicta accipitur. l. q. r. can. Nunquam diuinatio, Hieron. in cap. 3. Micheæ. S. Thom. 2. 2. q. 95. art. 1. Dominicus in cap. Accusatus. §. Sanè. de hæret. in 6. Ioannes. Andreas in cap. In tabulis. de Sortileg. Troilus Maluetius Iurisperitus in tract. de fortibus, prima parte, & alijalibi.

Varia autem multaq; sunt diuinationis species, secundum diuersitatem mediorum & obiectorum, circa quæ diuinatores versantur. De his speciebus agitur in 26. q. 4. can. Igitur genus; & ibidem q. 5. cap. Nec mirum, Et nota, hoc caput. Nec mirum, attribuitur à Gratiano D. Augustino, in lib. de Ciuit. Non tamen est Augustini, vt rectè obseruauit Alphonsus Castren, lib. 1. de iusta hæret, punit. cap. 15. Habetur autem hoc caput integrum apud Rabanum, in libello de magorum præstigijs, quem ipse ex varijs locis D. Augustini & Isidori confecit, vt annotatur apud d. cap. Nec mirum, in decretis à Gregorio xiii. felicissimæ memoriæ Pontifice, repurgatis. De iisdem speciebus diuinationis tractant S. Thomas 2. 2. q. 95. art. 3. Isidor, lib. 8. Ethymolog. cap. 9. Et ex iurisperitis Troilus Maluetius in tract. dicto. Damhauderius in praxi crimina. cap. 61 à num. 87. Grillandus lib. 2. de Sortilegijs. q. 2. Latissimè Petrus Gregorius Tholoianus, in 3. parte Syntagmatis iuris vniuersi, lib. 34. cap. 3.

Omnis diuinatione vtitur ad præcognoscendum futuros euentus, Dæmonum consilio, aut auxilio. Duobus autem modis Dæmones inuocantur: Expressè, & Tacitè, siue præter intentionem hominis. Quando expressè inuocantur, solent multipliciter futura prædicere. Quandoque superstitiosis quibus-

dam

dam apparitionibus se aspectui, & auditui hominum ingerunt ad prænunciandum futura & hæc species vocatur præstigium, quia oculi hominum perstringuntur. Quandoque per somnia futura prænunciant, & vocatur diuinatione somniorum. Quandoque per mortuorum aliquorum cadauerum apparitionem, vel locutionem, aut responsonem; & hæc est Necromantia, & huius artis professores vocantur Necromantici, quoniam incantamentis videntur mortuos resuscitare, vt dent responsona, & hi solent cadauer sanguine conspergere, eo quod Dæmones sanguine delectari dicantur. Quandoq; verò futura prænunciant per homines viuos, sicut in arreptitijs, & vocatur diuinatione per Pythones: Qui sic dicti à Pythone Apolline auctore diuinationis. Quandoque diuinant per aliquas figuras, aut signa, quæ in rebus inanimatis apparent. Quæ si appareant in aliquo corpore terrestri, vt potest ligno, ferro, aut lapide polito; dicitur Geomantia; Si in aqua, Hydromantia. Si in aère, Aëromantia: Si autem in igne, Pyromantia: Si autem in visceribus animalium immolatorum in aris Dæmonum, Haruspicium dicitur. Diuinatione, quæ fit absque expressa Dæmonum inuocatione, in duo genera diuiditur. Quorum primum est, quando ad præcognoscendum futurum aliquid consideramus in dispositionibus aliquarum rerum, & si fiat

Aa 5 in consi.

in consideratione astrorum & syderum, pertinet ad astrologos, qui & Genethliaci vocantur, propter obseruationes natalium dierum. Hi obseruant diem natalem, & horam ortus in hanc lucem, mox per duodecim cœli signa, syderumque cursus discunt, & ad iustum signi calculum referunt, & hinc prædicunt hominis nati fortunam, aut infortunam fortunam, futuroque euentus. Si verò attendantur motus & voces auium, seu quorūcumque animalium, vel etiam hominum sternutationes, aut membrorum saltus, pertinet ad augurium, quod dicitur à garritu auium: sicut auspicium ab inspectione auium, quorum primum spectat ad aures: secundum ad oculos. Si autem consideratio fiat ad verba hominum præter intentionem dicta, quæ aliquis retorquet ad futurorum euentuum præcognitionem, appellatur omen. Si obseruentur aliquæ dispositiones figurarum in corporibus, aliæ species sunt, vt si ex inspectione linearum in manibus, Chiromantia est, quasi diuinitio manus. Si autem quædam signa in spatula alicuius animalis considerentur, spectat ad spatulamantiam: Si ex facie inspecta iudicium sumatur futurorum, physiognomia nominatur. Ad secundum diuinationis genus, quod est sine expressa Dæmonum inuocatione pertinet diuinitio, quæ fit ex con-

sideratione

sideratione eorum, quæ eueniunt ex quibusdam, quæ ab hominibus seridè fiunt ad aliquod occultum inquirendum, siue per protractionem punctorum, quod pertinet ad artem Geomantiæ: siue per considerationem figurarum, quæ proueniunt ex plumbo liquefacto in aquam proiecto, siue ex quibusdam scedulis scriptis, vel non scriptis in occulto repositis, dum consideratur quam aliquis accipiat: vel etiam ex festucis inæqualibus propositis, quis maiorem vel minorem accipiat, vel taxillorum projectione, quis plura puncta proijciat: vel etiam dum consideratur quid aperienti librum occurrat, hæc omnia fortium nomen habent. Quomodo & quando sortes sint licitæ, infra, quando leges explicabuntur, in proprijs locis declarabitur.

Decimum notabile. Cum diuinatores futurorum & secretorum cognitionem à Dæmonibus hauriant, videndum est ex Theologorum & Doctorum sententia aliquid de Dæmonum scientia. De hac materia habetur 26. q. 4. can. sciendum, ex Augustin. de natura seu diuinatione Dæmonum, cap. 3. 5. & 6. Tractant Theologi communiter cum Magistro in secundo sentent. d. 7. S. Thom. 1. part. quæst. 64. Isidorus de summo bono, lib. 1. cap. 10.

Triplici acumine scientiæ vigent Dæmones

nes

nes; subtilitate naturæ, Experientia temporum: & reuelatione supernorum spirituum. Quantum ad subtilitatem naturæ, etsi per malitiam sint indurati, scientia tamen naturali non sunt priuati. Vnde perspicacissimè cælorum motus, stellarum siderumq; influentias, Planetarum coniunctiones, elementorum missiones & temperamenta, herbarum vires, animalium proprietates, lapidum virtutes, metallorum operationes ac omnium mixtorum qualitates cognoscunt, nec est quippiam rerum naturalium, quod eorum cogitatione effugiat, exceptis occultis cordium nostrorum cogitationibus, quæ solùm Deo cognite sunt, vt infra latius dicitur. Sic ergo vt Paul. Grilaudus in lib. de Sortilegijs q. 6. nume. II. ex Syluestro in lib. I. cap. 13. & lib. 2. cap. 7. de Strigimags attestatur, Dæmon optimus est Philosophus, Theologus, Arithmeticus, Mathematicus, Dialecticus, Logicus, Grammaticus, Musicus & Medicus excellentissimus.

Experientia etiam insignis in Dæmonibus comparatur diuturnioris vitæ beneficio, qua experientia nos priuamur, ob momentaneam vitam, quæ modico tempore durat, & vt bulba statim perit. Sic hominum inclinationes, & modos superandi eos discit & obseruat Dæmon. Quomodo cognitio Dæmonum indies augeatur & crescat, doctè tradit Guilielmus Parisiensis in 2. part. de vniuerso cap. 114. Amplius,

plius, ait, ipse vsus siue consuetudo malignandi, ex necessitate auget astutiam ipsarum (intellige substantiarum spiritualium:) Hoc enim manifestum est in animabus humanis. Homines enim malignationibus assueti ipsa huiusmodi assuetudine astutiores efficiuntur ad malignandum. Quomodo igitur vel qua de caula prohibita erunt primè peccatrices substantiæ, vt non possint in sua versutia crescere: præsertim cum incessanter videamus ac audiamus easdem nouis & hætenus inauditis insidijs homines seducere atq; subuertere, & in noua flagitia atq; stupenda inducere? An fortè creatoris bonitas malignitatem eorum compressit, atq; frenauit vsque modo, vt eos non permitteret tanta ac talia mala suggerere hominibus? Quod utiq; verisimilè dici posset pro parte. Vix enim inueniuntur vitia, vel peccata in hominibus, quorum similia non præcesserint in eisdem, propter quod dixi, pro parte. Non enim improbabiler, neq; impiè creditur, eam esse circa homines diuinæ pietatis sollicitudinem, vt malignos spiritus non permittat totis malignitatis suæ conatibus seuire in homines, cum & ipsos sibi inuicem inimicantes homines à mutuis nocuentis reprimat & compeecat. Amplius, cum non omnes isti primi peccatores sint pares etiam nunc astutia, vel malitia, quomodo prohibentur minores à maioribus de astu-

de astutijs addiscere ea, quæ ignorant? Præfertim cum maiores per minores, tanquam sibi subditos & ministros, innumeras suarum malignitatis fraudes exercent? Amplius, quis ignorat omnem affectionem, siue bona sit, siue mala, ad ea quæ ad ipsam pertinent exacuere, & quodammodo, ut ita dicatur, docere? Cuius exemplum vnum est in auaritia, quæ alias simplicissimas mentes ad exquirenda lucra, & ad vias eius excogitandas incredibiliter exacuit & dirigit. Sic & turpis amor se habet erga turpem amatorem, docens ipsum excogitare vias, quibus obtineat, quod amor suggerit, hoc est, vel amantiam ipsam, vel delicias amatorias. Amplius sic verum est, iuxta sermonem Aristotelis, quod virtus omni scientia certior & melior. Sic quod malitia omni astutia certior ac nequior sit, dubium esse non debet. Quare si cut virtus scientiam illuminat circa ea, quæ ad doctrinam pertinent: Sic & malitia ipsam malignandi astutiam circa ea, quæ malignitatis sunt, illuminat. Quod autem crescat diabolica malitia incessanter, habet sermo scripturæ. Superbia eorum, qui oderunt te, ascendit semper: & paucis interiectis. Quis dubitat eos incessanter insistere seductionibus & subuersionibus hominum? Deinde ludificationibus, & magicis operibus, quæ per eos fiunt, iugiter inseruire?

Quem

Quemadmodum igitur ex frequenter male agere crescit malitia in hominibus, sic necesse est, & fieri apud illos, præsertim cum tantarum renouationes, & malorum operationum, & malarum dispositionum seu passionum in eis euidenter appareant. Si igitur semper crescat eorum malitia: necesse est etiam, ut crescat astutia ex eadem consuetudine studiorum malignitatis. Amplius, cum apud eos sint principatus, & potestates, noua mala semper imperant, & nouas malitias eis suggerunt. Quomodo ergo incessanter noua mala non addiscunt, cum & nouis suggestionibus principum suorum, & noua faciendi experientia reuelentur? Hæc ex Guilhelmo, ex quibus clarè aduertitur, quomodo astutia diabolica indies augetur, & experientia crescat. His accedit Augustinus lib. 2. de Genesi ad literam cap. 17. qui tradit eos experientia temporum, propter tam magnam longitudinem vitæ, callidiores fieri, Aduertendum tamen ex Sancto Thoma 1. parte quæst. 64. artic. 1. ad 5. quod cognoscunt per experientiam longitudo in rebus singularibus completur similitudo eius speciei intelligibilis, quam sibi naturaliter habent inditam, aliqua cognoscunt præsentia, quæ non præcognouerunt futura. Postremò reuelatione bonorum angelorum,

cum

cum quibus non conueniunt quidem per
conformitatem voluntatis, sed per similitu-
dinem intellectualis naturæ: aliqua addiscunt
Dæmones, quæ boni spiritus ab omnipoten-
ti Deo acceperunt, ad cuius imperium & be-
neplacitum Dæmonibus reuelant. S. Augu-
stinus. Thom. Isidor. Magist. & DD. locis ci-
tatis. Obijcit contra hoc S. Bonauent. in 2. d.
7. par. 2. in expositione literæ. Dæmones
sunt inimici Dei & angelorum. Si ergo ab
inimicis abscondenda sunt secreta consilia,
videtur quod Deus eis nunquam faciat reue-
lari. Item, ipsi Dæmones sunt in tenebris
damnationis. Cùm ergo non sint idonei ad
gratiam, & reuelatio sit cognitio gratiæ &
non naturæ: videtur quod nullo modo fiat
ipsis reuelatio. Respondet S. Bonauent. pro-
vero habendum esse, quod dæmones aliquando
præsciant reuelatione superiorum spirituum
cuius reuelationis attendendus est finis &
modus. Finis: quia mirabilis sapientia per
inimicantes sibi implet voluntatem suam.
Vnde sicut reuelatio somnij de exaltatione
Ioseph facta insidiantibus, secundum mirabi-
lem Dei dispositionem, fecit ad eius imple-
tionem, licet secundum intentionem illorum
esset ad impedimentum: sic Deus ita ostendit
per angelos suos Dæmonibus, ut dum illi
obuiant, aliquid valdè decens & competens
ordinatissimè impleat, & eliceat: & ex hoc pa-
tet pri-

et primum argumentum: quia non est simi-
le. Humanū enim consilium potest irritari,
non tamen diuinum. Attenderendus etiam
modus. Duplici enim modo fit reuelatio.
Aliquando mentis illustratione, sicut fiebat
sanctis Prophetis, & hæc est gratiæ. Aliquan-
do verò sola prædictione, sicut homo reuelat
quandoque suam voluntatem, & hæc non est
gratiæ aliquo modo perficientis, vel eleuantis
naturam, sed potest esse opus misericordiæ, si
illud ordinetur ad bonum eius, cui prædici-
tur: Vel iustitiæ, si ordinetur ad punitionem
alicuius mali, utpote si ad fallendum fallaces:
Vel vtriusque, si simul ad vtrumque, & ira est
quasi semper. Quis huiusmodi futura præ-
dicuntur Dæmonibus, & permittuntur mi-
rabilia ab eis fieri, ut boni talia parui pendant,
in quibus se vident à damnatis & miseris su-
perari. Et mali proficiant in peius errantes &
in errorem mittentes, occulto Dei iudicio,
tamen iusto. Vnde valde stultum est deside-
rare facere mirabilia, vel præscire futura, &
quasi magna hæc reputare, cum inimicos Dei,
in his videamus abundare. Nunc videndum
est, an Dæmones præscientiam habeant futurorum &
secretorum, ita ut ex eorum reuelatione homo possit
prognosticare & occulta cognoscere. Dubium esse
potest de futuris contingentibus, cordium
cogitationibus, & rebus occultis latentibus,
ut sunt furta occultissima, deperdita, & the-

Duplici
modo fit
reuelatio.

auri in visceribus terræ absconditi. *Utriusque & distinctius proposita difficultas resoluitur, aliquæ conclusiones sunt ponendæ. De hac materia legendi sunt Doctores in 2. senten. d. 7. S. Thomas lib. 3. contra Gentes cap. 147. S. Augustinus in lib. de diuinatione seu natura Dæmonum, tomo 3. Alexand. Halensis. 2. part. q. 26. memb. 4. Decretista in ca. Sciendum, cum textu 26. q. 4.*

Prima conclus. Futura, si in scriptis considerentur, à nullo, præterquam à solo Deo, cognosci possunt.

CONCLUSIO est de fide. Probatur: Prædicere res futuras, signum diuinitatis est, vt ex locis sacræ scripturæ probatur. *Isaiæ 41. Annunciate, quæ ventura sunt in futurum & sciemus; quia Dixeritis vos. & 45. suam prophetiam diuinam esse probat. Hæc dicit Dominus sanctus Israël, plastes eius; ventura interrogate me. Sap. 8. Signa & monstra sciantur, & euentus temporum & sculorum.*

Secunda conclus. Futura in scriptis Dæmones nequaquam cognoscere possunt, nisi ab Angelis bonis eis reuelentur, vt dictum est.

CONSTAT ex prima conclusione. Futura enim sic prædicere, spectat ad Deum. Ergo non competit Dæmonibus. Et sic Dæmones quando prædicunt huiusmodi futura contingentia, fallunt & mentiuntur. Sic Reg. 22. cap. Prophetæ Baal mentiti sunt Achab Regi Israël. Aliquando etiam prædicunt Dæmones futura, quæ ipsi facturi sunt. Aliquando intelligunt etiam ab alijs hominibus, quæ facere intendunt, & suis magis vel maleficis, qui nec rei cognitionem habent, prædicunt. Sic cuidam Annæ ex S. Medardo sub iurisdictione Monasterij S. Matthiæ, extra muros Treuirenses quæ mortis sententiam & executionem recepit Anno Domini 1590. 11. Augusti, comprehensio nem suam, & incinerationem futuram prædixit proprius magisterulus. Cui mulier respondit: Miserabilis Dæmon, huius rei tu causam dedisti. Iterum Dæmon: Tibi facio, sicut tui similibus.

Tertia conclusio. Futura, quæ habent causam necessariò determinatam & infallibilem, ad eorum esse prædicendum. Dæmones naturali cognitione cognoscere possunt.

HÆC conclusio constat ex d. cap. Sciendum: & cõmuni sententia Doctõrum: &

CON

Bb a Ratio

Ratio est: Huiusmodi futura habent esse in suis causis necessariò determinatis, quod quidem esse cum sit determinatum, infallibile & necessarium, certò potest cognosci. Quia philosophiæ est pronunciatum: Sicut res se habet ad esse, ita ad cognosci. Sic multò certius quocunque Astrologò eclipses, & planetarum coniunctiones prædicere Dæmones possunt. Quia rectiùs causas talium effectuum cognoscunt:

Quarta concl. Futura, quæ habent causam, ut plurimum determinatam, sed fallibilem, cognoscuntur certa quadam coniecturali cognitione, sed non infallibiliter à Dæmonibus.

RATIO: Quia cum hæc futura solum habeant esse in sua causa determinata non necessariò, & infallibiliter, sed ut plurimum simili modo cognoscuntur iuxta dictū pronunciatum. Sic Dæmon possit prædicere mago vel malefico anni fertilitatem, quando est bona calis constitutio aut æris optima constitutio, non tamen infallibiliter, quia fructus multis modis possent impediri ex alijs causis.

Quinta conclus. Futura merè contingentia, & indeterminata Dæmones non possunt naturaliter cognoscere.

QUIA hæc futura cum sint ad vtrumlibet,

bet, indeterminatam & fallibilem habent causam, atq; ab hominis libero pendent arbitrio, quod in vtramque partem potest flecti. Liberum enim arbitrium, quantum ad actus sui determinationem, non cadit in cognitionem certam Dæmonis. Et confirmatur ratione. Quia si posset cognoscere: utiq; vellet scire, An vinceret hominem, vel esset vincendus ab homine, quem tentat: Quia cum superbus sit, nunquam tentaret eum, à quo se vincendum præciret. Ideoq; semper tantum eum tentaret, quem se victurum præcognosceret. Sed clarum est ex sacris literis, gestis Sanctorum, & experientia, quod tentat etiam alios, à quibus vincitur, ut patet in Iob, Salvatore nostro, S. Anthonio, Hilarione, & multis alijs. Ergò non præcognoscit futura ad vtrumlibet.

Sexta concl. Dæmones sæpe de actibus humanis coniecturaliter vera prænunciant.

RATIO: Quoniam Dæmones passiones appetitus sensitivi, ac inclinationes corporales cognoscunt, & cum plures sint, qui appetitū & carnalia desideria sequuntur, quàm qui illis resistunt, sæpe de actibus humanis vera cõiiciunt. Qualis enim quisq; est, talé sibi finé præscribit. Ex externis etiã signis & operibus qualis interior homo sit, nõ est diffici-

dicare, iuxta illud Euangelij. A fructibus eorum cognoscetis eos.

Septima concl. *Cogitationes hominis pendentes à voluntatis nostra libertate, si solo intellectus & voluntatis termino continentur, Demones non cognoscunt.*

PROBATVR. Quia hoc diuinæ maiestatis proprium est. Ieremiæ 17. Præuum est cor hominis & inscrutabile, quis cognosceret illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes. 1. Paralip. cap. 28. Omnia enim corda scrutatur Dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit. 3. Reg. 8. Tu nosti solus cor omnium filiorum hominum. Psal. 43. Nonne Deus requirit ista? ipse enim nouit abscondita cordis. Iob. 42. Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Math. 9. Cum vidisset Iesus cogitationes eorum. Act. 1. Tu Domine, qui corda nosti omnium. Roman. 8. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus. Hebræor. 4. Discriminator est cogitationum & intentionum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu, eius &c. Eandem veritatem docent sancti Patres. Hieron. super dicta verba Math. 9. Ambros. super caput 2. 1. Corinth. & lib. de officijs. cap. 14. S. August. de diuinatione Dæmonum cap. 5. & lib. 2. Retract.

cap

cap. 30. Chrysoft. hom. 23. super Ioan. super illa verba. Ipse enim sciebat, quid esset in homine. S. Thomas 1. par. q. 57. art. 4. S. Bonau. in 2. d. 7. par. 2. art. 1. q. 3. & alij alibi. Hinc deducitur: quod nullus etiam Magus, aut diuinator potest cognoscere secretas hominis cogitationes.

Octaua concl. *Cogitationes hominis & affectiones cordis indirecte & coniecturali cognitione Dæmones, quandoque possunt cognoscere.*

PATET: Homo ex effectibus exterioribus sic interioris actus potest cognoscere, iuxta illud Ecclesiast. 13. Cor hominis immutat faciem eius: & aliud Math. A fructibus eorum cognoscetis eos, &c. Ergo multo magis Dæmones, qui maiori naturæ subtilitate sunt præditi.

Nona concl. *Dæmones cognoscunt secreta furtiua, deperdita, & thesauros, quæ hominum cognitionem fugiunt.*

QVIA cum sint incorporei, acrimonia sensus, & celeritate motus vigent nec impediuntur interpositione corporum, sed omnia naturalia obiecta perspecta habere possunt. Nullo tamen modo licet hominibus Dæmonibus huiusmodi inquirere, vt infra latius probabitur

Vndecimum notabile. Artes huiusmodi magica & diabolica diuidi possunt in diuinatrices & operatrices. Diuinatrices, quarum exercitium maximè versatur in diuinando, secreta reuelando, & responsa accipiendo: Ad quas referre possumus auguria, sortilegia speciatim sumpta, Chiromàtia, Spatulamàtia, &c. Operatrices, quæ virtute & cooperatione diabolica mirabilia & scelera operatur, vt est Magia propriè dicta, quæ arte diaboli mirabilia ad vanam ostentationem operatur. Ad eandem classem referre possumus incantationem, veneficia amatoria, & maleficorum crimen: quod cum omnium pessimum sit, vt pote contra salutem humani generis, semper versatur in operatione; Quamuis quidem etiam huius sectæ reperiantur, qui vacent tantum diuinatrici, quam operatrici magiæ.

Duodecimum & vltimum notabile. Cum ad maleficorum & sagarum crimen Dei permisso, Dæmonis potestas, & hominis voluntas liberè consentiens concurrant, manifestissimum est maximam huius argumenti cognitionem ad Theologum pertinere. Quis enim quid Deus permittat, quid Dæmon possit, & quæ societas inter hominem & angelum esse queat, cognoscit, nisi Theologus ex sacris literis? De dei permissione nihil physicus tractat: De diaboli potestate nihil leges ciuiles scribunt; leges humanæ non Dæmonibus, sed homi-

hominibus viuendi modum statuunt. At quia maleficorum crimine nocumenta Reipublicæ inferuntur, humana pax læditur, & publica tranquillitas perturbatur, vt ab omni hominum memoria experientia rerum magistrata compertum est: iustissimè pœnas leges ciuiles in maleficos & mathematicos decreuerunt, Causarum autem concurrentium, ad tam immane maleficorum crimen, in effectus fluxus, Theologi iudicium requirit, quamuis etiam philosopho suas partes non denegemus in discernendis effectibus veris à falsis & præstigiosis. Atque hæc causa est, quare Iurisperiti tam parum, vt omnibus notum est, in commentatione argumenti harum legum præstiterint. Bartolus, Baldus, Salyceus, Angelus & alij copiosissimi in alijs legum titulis extiterunt: de harum ll. materia, aut nihil, aut valde parum cum Glossæ explanatione scripserunt. Quare nemo miretur me hoc argumenti genus, quod multum in praxi & controuersia hisce infœlicissimis temporibus versatur, ad tractandum suscepisse, qui professione sum Theologus, atque etiam iam longa lectione Theologiæ tantum scientiæ iuris adiunxi, quantum huius materiæ necessitas postulat. Exactiorem iuris cognitionem, in harum legum interpretatione relinquere eis, qui omnem ætatem in Iurisprudenciâ consumpserunt.

C. DE MALEFICIS
& mathematicis & coeteris
similibus.

LEX. I.

Plus est hominem veneno extinguere, quam occidere gladio.

DVPLEX huius legis sensus esse potest prior secundū Gloss. & Bald. Atrocius est venenare, quam occidere gladio, quia venena dans tenetur L. Cornelia de Sicarijs & venefic. ff.

Secundus sensus Salyc. & aliorū. Gravius est veneno extinguere, quia dolo & clamore destinè committitur, & occultè vita hominis subtrahitur, & ut plurimum non est locus remedio. Similis ratio sumi potest ex Bald. L. Cum fratre. C. de quibus ut indign. cum textu ibidem. Venenatio est crimen occultum, & sapit prodicionem. & idem Bald. in L. Nemo C. de summa Trinitate col. 2. in verbo. Simile est in veneficio. Ille qui venenat aliquem, dicitur proditoriè eum occidere.

Quomodo nomen veneni sumatur.

Nomen (venenum) medicum est, & sumitur in vtramq; partem, bonā & malam L. Qui venenum ff. de rerum & verbor. significacion

cion. Qui venenum dicit, adijcere debet, utrum bonum esset, an malum. Nam medicamenta venena sunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum eius naturam, cui adhibitum est, mutat. Dicitur enim secundum Gloss. ibidem in verb. (mutat) venenum, à vi vehementi immutandi naturam eius, cui adhibetur. Ad idem facit L. Eiusdem legis. ff. ad legem Corneliam de sicarijs & venefic.

Pro maiori præsentis legis intelligentia annotandum cum Paulo Grillando, lib. 2. de Sortilegijs q. 12. num. 14. quod ff. ad legem Corneliam de Sicarijs fit mentio & tractatur de venenis naturalibus, quæ hominis ingenio & medicorum peritia fiunt, absque aliqua superstitione seu Dæmonis inuocatione. Venenū autē in præsentī L. accipitur pro eo, quod fit per fortilegos, magos, maleficos & necromanticos similesque, ope & suffragio Dæmonis, Sicut nomen (venenum) pro naturali veneno accipitur, & etiā pro eo, quod arte diabolica vel preparatur, aut administratur: ita nomine veneficij & venefici cōmuniter Doctores non solum prophani, sed etiam Ecclesiastici utuntur pro maleficio & malefico. Exodi 22. vbi nostra versio Hieronymi habet; Maleficos non patieris viuere, septuaginta interpretes habent. veneficos. & Augustinus. lib. 21. cap. 6. Magos nostra scripsit

scriptura, inquit, Veneficos & incantatores vocat. Iſichius lib. 6. in Leuiticum cap. 19. Pessimus, ait, est etiam veneficis adherere quia Dæmonum inimicorum nobis & pestilentium nomina dicunt, & ibidem, in cap. 20. Non qualecunque peccatum esse declinare ad magos, siue vt septuaginta, ventrilloquos & veneficos, prædiximus. His accedit Philo in lib. de specialibus legibus, cuius verba quoniam maximè faciunt ad dictæ L. 1. intelligentiam, ad longum inferenda duxi. Cæterū, inquit, qui gladio, hasta, fuste, saxo, alioque telo interficiunt, fieri potest vt inconſulto repentinoque impetu perciti scelus admittant, furori non rationi obsecuti, ita vt dimidiatum videatur facinus, cui non accessit longa deliberatio. Alij verò sceleratissimi, polluti mente ac manibus, magi & venefici, per otium & in secessu dant operam malis damnatisque artibus, captantes occasionem variarum calamitatum inferendarum proximis. Ideò lex vult veneficos & veneficas, ne vnum quidem diem viuere, sed mori, quamprimum depræhensi fuerint, nec vlllo pacto differri supplicium. Nam qui propalam & cominus aggrediuntur, vtrunq; cauere possunt; occultæ autem insidiæ veneficæque non animaduertuntur facile. Præstat igitur vna noxa, quam illaturi erant alijs, auertatur in eorum capita, & alioquin etiam qui gladio

vel alio quouis telo grassatur, non enecat multos eodem tempore: venenis autem lætiferis innumeri perimuntur, inter æsculentam admixtis confusisque per insidias: & accidit aliquando in numeroso conuiuiis, sodalibus ad eiusdem salis eiusdemque mensæ societatem collectis, inter libationes violari sodalitatæ scœdera, repente mutatis rerum vicibus, & in conuiuij locum succedentibus funestis exequijs. Quapropter etiam mitissimos clementissimosque iudices scire in id genus conuenit, nec salutem eorum vnquam parcere. Quid enim est iniquius, quam alimenta ad tuendam vitam facta vertere in perniciem, & naturæ beneficia corrumpere? vt qui ex cibo potuque petunt refectioem necessariam, in insidias præcipitati, pro salute mortem inueniant? Eadem pœna manet eos, qui non lætiferam venena conficiunt, sed longos morbos, & tabem lentam inferentia. Nam sæpè satius est mori, quam ægrotae, præsertim diuturno morbo, non habituro scelicem exitum. Respuunt enim medicinam morbi contracti è veneficis. Molestiores autem sunt in hoc genere animarum noxæ, quam corporum: quoniam inde nascuntur deliria, & intolerabiles insanix, quibus mens, qua nihil pretiosius homini datum est diuinitus, oblaeditur: vel potius in totum demigrat sine vlla spe reditus, brutam deterioremq; animi partem relinquens

linquens corpori communem cum bestis. Quandoquidem sublata ratione homo in terram mutatur, utcumque lineamenta humanæ speciei retineat. Veram quidem illam Magiam, hoc est, perspectivam scientiam, per quam naturæ opera cernuntur clarius, ut honestam expetendamque non plebei solum sectantur, sed etiam reges regum maxime præsertim Persici, tam curiosi harum artium, ut regnare non liceat, nisi cum magis versato. Ex hac adulterata depravataque descendunt, quas maxime proprio vocabulo magicas artes dicimus, circulatorum, ariolorumque studia, & mulierum mancipiorumque nequissimorum expiationes, lustrationesque profitentium mutationesque amoris odium: aut è diverso in amorem odij, per quasdam potiones & incantamenta idonea. Atque his dolis inuncant simplicissimum quemque, donec in calamitates ingentes pertrahant, ut nonnumquam magnæ familiæ conationesque paulatim fidendo sine ruina strepitu intercidant. His omnibus opinione consideratis, noster legislator non sinit procraftinari veneficorum supplicia, sed absque mora vult exigi, quod dilatio non oportunitatem peccandi præbeat, ultro ad mortem properantibus, cæteros vero suspicionem metuque repleat, existimantes quicquid illorum vitæ accedit, suæ securitati decere.

ere, Idcirco sicut vipers, scorpios, aliasque venenosas bestiolas, prius quam mordeant, aut laucient, aut omnino se commoveant, sine mora ad primum aspectum occidimus, præcauendo genuinam eorum malitiam prius, quam noceant: Eodem modo etiam homines plectendi sunt, qui cum sint animalia rationalia, nihilo secius à nativa mansuetudine in ferinos mores degenerant, & pro delectamento habent lædendi quotquot possunt licentiam. Hactenus in presenti de veneficis dictum sit. Hæc Philo, in quibus materiam d. L. i. rectissime explicat, quomodo gravius, plus atrociusve sit veneno quam gladio occidere, & quod secundum legem etiam diuinam per veneficos malefici intelligantur. Consonant his etiam quæ prophani docent. Iustinian. Instit. iuris civilis de publicis iudic. in §. Item lex Cornelia. versic. Eadem lege & venefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tum venenis quam suffuris occidunt: suffuris, id est, incantationibus, secundum Glossam. Sic Plato & Platonici, veneficij nomine, pro incantatione & fascinatione utuntur. Plato lib. ii. de legib. Porphyrius li. 2. de sacrificijs, & Iamblycus in lib. de mysterijs & Confirmo hoc ex ll. L. Qui ventum ff. de verborum signifi. & L. Quod sæpè, §. veneni. ff. de contrah. empt. nomine veneni continetur omne,

omne, quod adhibitum eius naturam, cui adhibitum est, mutat. Ergo nomine veneni maleficium seu incantatio etiam intelligitur, quia maleficio & incantatione corpus eius, cui incantatio siue maleficium applicatur, mutatur in peius, & inficitur veneno & morbo, nisi quis diuinas literas, canones & leges negare velit. Atque hoc latini sermonis obseruantissimus etiam Calepinus obseruauit in verbo, Malefacio tibi. Malefica mulieres incantatrices dicuntur, & venefica: & in verbo, Veneficus & venefica qui vel quæ venenum conficit, & qui incantationibus & ceteris malis artibus vtitur. Hinc triueneficus, id est excellens veneficus. Plautus. Mustas adhiu triuenefica? Nomen ergo (venenum) commune est veneno naturali, & illi, quod incantatione & arte malefica siue magica conficitur. Quod etiam verum est apud graecos *φάρμακον* enim vtrique conuenit, vt doctus admodum multorum auctoritate ostendit Ioan. Bodinus in confutatione opinionis Ioannis Vieri.

Dubium hic esse potest, quod mouet Salycetus, & breuiter resoluit, An, quando aliquis emit aut praeiuit venenum ad occidendum, & non secutus est effectus, tenetur poena ordinaria?

NON est dubitandum, quando effectus nequitur, tunc enim omnium consensu receptum est, quod poena ordinaria afficiendus sit. Sed in casu proposito alia ratio est. Quidam distinguunt: Conatus praebendi venenum, aut ad remotum actum tantum veniunt, vt, emit aliquis venenum ad occidendum hominem, sed non propinauit, quia impeditus, vel poenitentia ductus mentem mutauit: & in hoc casu, communissima est sententia, quod non puniatur poena ordinaria, sed arbitraria, sic Salycet. & Angel. in praesenti L. Bald. in consil. 443. incipienti, Cecehus conuictus homicid. par. 2. non longè ab initio. Menochius lib. 2. de arbitrar. iudic. quaestionibus. cal. 360. num. 46. & alij à Couarr. & Menochio citati. Aut conatus venit ad actum proximum, vt pote emit aliquis & propinauit venenum: sed venenatus medicorum ope adiutus effugit mortem: tunc is maleficus poena ordinaria puniatur. Sic Salycet. Angel. Couarr. Menoch. & alij locis dictis. Alij indistinctè tenent, euentem & etiam propinantem venenum, non fore puniendum poena ordinaria, si effectus non sequitur. Berthacinus in repositorio Iuris, in verbo, Venenatio. Carerius in practica fol. 190. num. 19. vt citatur à Didaco, Iulius Clarus lib. 5. sentent. in §. Homicidium, num. 14. Bertach. attestatur se hanc

Not

Cc senten-

sententiam sæpe Romæ practicasse: & hæc magis communis opinio videtur, & in præliis receptior: vt Clarus docet. Hæc circa primam L. sufficient.

LEX. II.

Artem Geometriæ disci, atq; exerceri publicè interest: Ars autem mathematica damnabilis est, & inter dicta omnino

NOMINE Geometriæ intelligitur scientia, quæ docet mensurare terram. De qua conscripsit libros Euclides, quos vertit Boëtius. In his varias mensuras, lineas, superficies, angulos & figuras Geometricas ponit. De hac eadem latè scripsit Orontius Fines Delphinæ in duobus libris. Plato in 7. lib. de Republ. magnis laudibus extollit Geometriam; & inter cætera attestatur, Geometriam ad veritatem animum attollere, & philosophandum præparare cogitationem conducere etiam ad rem militarem, ad castræ ponenda, regionem occupandam & ad machinamenta, quibus circa acies, vel in obliquo, vel in itinere utendum est. Tantum Plato Geometriæ tribuit, quod voluerit scribitur in forib; suæ scholæ, vt referunt: *ἀγεωμετρίαν* & *ἄδραστία*, id est, nullus ignarus Geometriæ ingrediatur. Iudicabat enim maximè

interesse ad disciplinas comparandas, si quis Geometriæ vacasset.

subum circa literam huius L. mouere aliquis potest.

Quomodo mathematica, quæ est vna ex scientijs, secundum philosophum lib. 6. metaphyl. textu 2. & cõmunem philosophorũ sententiam, omnino damnatur, & Geometriæ, quæ eius est pars, tanquam utilis Reipubl. admittitur? Mathematica enim complectitur Arithmetica, Musica, Geometriam & Astronomiam. Respondetur, Mathematica dupliciter accipitur. Vno modo pro scientia, quæ considerat quantitatem, ratione, sed non a materia separata. Vt Aristoteles lococit. dicit: hæc cum consistat infra terminos humanæ rationis, est vna ex humanis scientijs, utilis & necessaria Reipubl. & dictas sub se continet scientias, eiq; Geometria subiicitur. Hinc Pythagoras, & multi eius scholæ discipuli firmiter statuebant, absq; mathematico quadriuo haud facillè philosophiæ apicem contingi, nec posse verum percipi. Et in initio quidem Geometria & Arithmetica, ab eodem Pythagora, referente ex alijs Lodo- uico Cælio Rhodigino, lectionum antiquarum lib. 4. cap. 30. in mathematicarũ album sunt aduocata, quod ad omnem scientiam, omnemq; disciplinam capescendam has cum primis accommodas perspexisset. Alio modo

Mathematica dupliciter accipitur.

accipitur mathematica pro scientia diuina,
na, & iudiciaria, & hæc iuxta hanc L. omnino
damnatur, quando non stat in certis & defi-
nitis terminis. Atq; huius mathematicæ pro-
fessores, damnantur, & vulgò dicti fuerunt
mathematici, vt constat ex Augustino lib. 3.
Confess. cap. 3. Cuius verba referuntur à Gra-
tiano 26. q. 2. c. Illos planetarios, quos mathe-
maticos vocant, planè consulere non desi-
stebam. & ibidem q. 4. cap. Igitur, ex eodem
Augustino de natura Dæmonum. Hi sunt,
qui vulgò Mathematici vocantur, cuius su-
perstitionis genus constellationes latini vo-
cant, id est, notationes syderū, quomodo
habeant, cum quisque nascitur. Primum au-
tem ijdem stellarū interpretes Magi nuncu-
pabantur. Postea hoc nomine solū mathe-
matici dicti sunt: hæc ibi. Ad idem facit illi-
lex CC. Honorij & Theodosij in L. Mathe-
maticos. C. de Episcop. audient. Mathe-
maticos, nisi parati sint, codicibus erroris proprii
sub oculis Episcoporum incendio concrema-
tis, Catholicæ religionis cultui fidem trade-
re, nunquam ad errorem primum redituri
non solum vrbe Roma, sed etiam omnibus
ciuitatibus pelli decernimus. Nunc pro-
latiori intelligentia dictæ L.
aliqua sunt quæ-
renda.

Prima

Prima quæstio: *An corpora
cælestia agant in hac inferiora?*

Hac quæstione resoluta facilè pate-
bit, ad quæ mathematica & Astrolo-
gia se extendant.

Prima conclus. *Corpora cælestia
agunt, & imprimunt in hac inferiora.*

S Augustin. lib. 3. de Trinit. cap. 4. Cor-
pora crassiora & inferiora per subtiliora
& potentiora quodam ordine reguntur, &
D. Dionysius in 4. cap. de diuinis nomini-
bus: Lumen solis ad generationem sensibi-
lium corporum confert, & ad vitam ipsa mo-
uet, & nutrit & auget & perficit. S. Thom. 1.
par. q. 115. art. 3. S. Bonauentura in 2. d. 14. par.
ultima, & alij Theologi ibidem, & Aristoteles
lib. 2. de generat. tradit, Solem, per accessum &
recessum esse causam generationum, corrup-
tionum, aliarumque variationum, quæ in his
inferioribus fiunt.

Secunda conclus. *Corpora cælestia
non habent actionem ullam in creaturas
purè spirituales, id est, in Aeglos & Dæ-
mones.*

QVIA corpora cælestia sunt inferiora spi-
ritualibus creaturis. Inferiora autem

non agunt in superiora, vt docent S. August. lib. 12. super Genes. cap. 16. S. Thom. 1. part. q. d. artic. 5.

Tertia concl. *Nullum calorum cogit hominis arbitrium.*

S. Thom. 1. 2. q. 9. art. 5. & loc. cit. art. 4. & 6. S. Bonavent. in 2. d. 14. par. vlt. q. 2. Damasc. lib. 2. de fide Orthod. cap. 6. & alij in 2. d. 14. Turrecrem. in 26. q. 2. can. Illud probatur ratione: Si cælum cogeret liberum arbitrium; superius subderetur inferiori. Homo enim est superior cælo & stellis, homo autem nõ est propter astra, sed astra propter hominem facta sunt. Præterea, si cogeretur voluntas ab astris, nec esset consilium, nec quid dignum pœna, aut præmio.

Quarta concl. *Mores hominum & euentus futurorum, vel actus humanarum voluntatum simpliciter & sufficienter attribuere constellationibus siderum est superstitiosum, & contra fidem Catholicam.*

HIEREMIAE IO. cap. à signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes: quia leges populorum vanæ sunt. Deinde hoc spectat ad errorem Prisciliani, qui dixit homines stellaribus stellis alligatos. Eius errorem dam-

nauit Concilium Braccaren. primum cap. 9. Si quis animas & corpora humana fatalibus stellis credit astrungi, sicut Pagani & Priscilianus dixerunt, anathema sit: & cap. 10. Si quis duodecim signa, quæ mathematici obseruantes solent, per singula animæ, vel corporis membra dissipata credunt, sicut Priscilianus dixit: anathema sit.

Quinta concl. *Dispositiue & indirecte corpora cælestia possunt agere in hominis voluntatem, & tunc eam contingenter inclinant, sed non necessitant.*

S. Thom. 1. 2. art. d. S. Bonau. & alij. Ratio est. Quia varia corporum dispositio plurimum facit ad humanorum morum variationem. Cælorum autem virtus potest directe in corpus humanum imprimere, tunc tamen voluntas non cogitur, sed tantum inclinatur. Vnde dicitur: sapiens dominabitur astris.

SECUNDA QVAESTIO.

An Astrologia, quæ est pars Mathematicæ, omnino sit prohibita?

DE hac materia tractant S. Tho. 2. 2. q. 95. Alexand. Halensis 2. par. q. 184. Turrecrem. in d. c. Illos. Albericus in Repertorio iuris, in dictione, Sortilegus. Troilus Maluetius in tractatu de sortibus, parte prima.

Panormi; Ioan. Andr; Petrus Ancharanus,
& Ioannes de Anania cum alijs in cap. Extua-
rum, de Sortilegijs.

*Astrolo-
gia due
sunt par-
tes.*

Astrologia duæ sunt quasi partes. Una
quæ tradit notitiam corporum cælestium, &
influentiam eorundem in hæc inferioria.
Alia, quæ iudicat ex astrorum & corporum
cælestium inspectiõne ac obseruatione de re-
bus, quæ occurrunt vel geruntur circa homi-
nem: & hæc dicitur astrologia iudiciaria, quæ
quando in ferendo iudicio metas humani in-
tellectus transgreditur, reprobatur: atque ut
hoc meliùs & rectiùs intelligatur, in primis
notandum ex Doctõribus. Varij possunt esse
effectus, de quibus astrologus suum iudici-
um interponit. Aliqui sunt, qui necessariam
naturalemque cum suis causis coniunctio-
nem habet, ut sunt Eclipses, oppositiones sy-
derum, coniunctiõnes planetarum &c: Alij
reperiuntur, qui non semper, nec necessariò
suis causis dependent, sed ut plurimum: vt,
siccitas, pluuia, sterilitas terræ, pestis, &c. Alij
sunt effectus, qui contingenter, & fortuitò ex
mera liberaque hominis voluntate depen-
dent. Alij sunt effectus, quidem occulti & ab
humana cognitione remoti, vt sunt ea, quæ
occulta sunt: vt, furta secreta, thesauri in vi-
sceribus terræ, perditorum inuentio, &c. Et
quoniã de singulis hisce effectibus potest esse
dubiũ: per conclusiones ponetur resolutio.

Prima

Prima concl. *Astrologus si iudicium
ferat de prioribus effectibus, qui natura-
lem necessariamque dependentiam à sua
causa habent, non peccat contra ullã legẽ.*

PROBATVR. Tales effectus possunt cum
certitudine scientiæ cognosci ex suis cau-
sis à quibus semper, naturaliter, & infallibi-
liter dependent: ergo nihil superstitionis est
admixtum tali iudicio, sed spectat ad huma-
nam scientiam. In hac conclusione omnium
est idem sensus.

Secunda concl. *De effectibus se-
cundi generis, qui ex astris & calorum mo-
tione non infallibiliter, sed sæpè eueniunt,
infallibiliter iudicare, & eos futuros pro-
gnosticare non potest Astrologus,*

PROBATVR. Sicut res se habet ad esse ita
ad cognosci: sed tales effectus non depen-
dent ex suis causis necessariò & infallibiliter,
ergo infallibiliter astrologus nõ potest de eis
prognosticare. Deinde, tales effectus oriun-
tur nõ solùm ex syderum constellatione, sed
etiam elementorum, mixtorũ, & corporum
varia dispositione, quæ habent qualitates non
rarò contrarias, quas Astrologi, aut non cog-
noscunt, aut non considerant: & quando ex
aliqua parte in his contingit ignorantia, cor-

Cc 5

ruit

ruit cognitio, vt optimè Gabriel in 2. d. 14. q. vnica prope finem docet. His accedit, quod ministerio honorum Angelorum Deus hunc mundum regit & disponit, prout expedit homini, in cuius vsum hæc inferioria diriguntur. Homo autem aliquando peccat & Deum prouocat ad pœnam. Aliquãdo etiam ad eor per pœnitentiam redit, Dei misericordiam implorat, bona opera, quibus Deum conciliat, exercet. Quare pro meritis & peccatis ministerio angelorum varias dispositiones non rarò Deus immittit, iuxta illud psalmi 106. posuit flumina in desertum, & terram fructiferam in falsuginè, à malitia inhabitantiũ in ea. Ex dictis infertur, quod si Astrologus tam perfectã haberet Astrologiæ cognitionem, quã Dæmones habent, sæpe posset prædicere & verè prognosticare de huiusmodi effectibus, ex causarum concursu.

Tertia concl. *De prædictis effectibus coniecturaliter Astrologus potest prognosticare.* Conclusio constat ex dictis.

Quarta concl. *De effectibus fortuitis, moribus, & actibus humanis ex libera voluntate dependentibus, Astrologus cum nulla certitudine potest aliquid prædicere.*

PROB

PROBATUR in primis ex sacris literis. Sic, futura prædicere spectat ad Deum. Esaiæ 41. Annunciate, quæ ventura sunt nobis, & sciemus, quod Dij estis. & cap. 47. Stent & fluunt re augures cœli, Astrologi, qui contemplantur sydera cœli, & supputabant menses, vt ex his annunciarent ventura tibi. Sap. 8. Signa & monstra scit, antequam fiant. Job. 38. Nunquid nosti ordinem cœli, & ponentes rationè eius in terra? Deinde constat hæc Conclusio ex canonib. 26. q. 2. can. Illos planetarios, & can. Sed & illud: obseruare auguria, requirere stellarum cursus, & euentus ex i. futurorum rimari, seruare somnia; superstitioni tribuitur. & q. 4. can. Igitur genus Astrologi dicti, eo quod in astris auguratur, Genethliaci appellati sunt, propter natalitiorum considerationes dierum. Geneses enim hominum per duodecim cœli signa describunt, syderumque cursu, nascentium mores, actus & euentus prædicere conantur: id est, quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat vitæ, qui nascitur. Hi sunt qui vulgò Mathematici vocantur, & ca. 2. de Sortilegijs: & de hac Astrologia etiam d. L. intelligitur, cù ait: Ars autè Mathematica damnable est, & interdicta omninò. Damnât etiam sancti Patres hanc Astrologiã, & attestantur eam esse supersticiosam, inutilè, vanam, & impossibilè. Ambr. li. 4. Exameron c. 4. Basíl. in serm.

in serm. in principium Prouerb. Gregorius in hom. de Epiphania Domini. Augul. Iaric. simè lib. 5. de Ciuit. Dei à principio, per aliquot capita. & lib. 2. super Genesin cap. 16. & 17. lib. 2. de doctrina Christiana à cap. 21. per aliquot capita, & sup. Psal. 61. Euseb. de præ. parat. euangelica li. 6. c. 6. 7. 8. & 9. Guilielmus Paris. in tract. de legib. ad longum. S. Thomas 2, 2, q. 95. art. 5. S. Anton. 2. par. tit. 12. cap. 1. §. 6. & hanc sententiam omnes Theologi meritò sequuntur. Consentiant Iurispr. riti in locis in principio q. citatis. Ratio etiam est manifesta. Tales effectus non pendent à lege astrorum, vt ex supra dictis patet: ergo per inspectionem astrorū non potest certa de his haberi cognitio. Fuit enim error gentiliū, astræ efficientiam exercere in actus humanos: quare diebus Septimanæ nomina planetarum assignarunt, Diem Dominicam soli, feriam secundam lunæ, tertiam Marti, quartam Mercurio, quintam Ioui, sextam Veneri, Sabatū Saturno: Sic à Sole dicebant se habere spiritū vitalem: à Luna corpus: à Marte sanguinem: à Mercurio ingenium & linguam: à Ioue temperantiam humorum elementarium: à Venere voluptatis delectationem: à Saturno hunc morem. Ex dictis patet impium esse dicere, quod sydera aut planetæ efficaciter inclinent, & instigent quosdam ad furta, aliquos ad homicidia, alios ad luxuriam & Venerem, & sic

deh.

de similibus. Quia natura corporum cœlestium est bona, & à Deo Opt. Max. omnium honorum auctore creata, ad bonum finem. Ergò eorum inclinatio naturalis est in bonū, & non ad malum. Alioquin cum dans formam, det etiam quæ naturaliter formam consequuntur, Deo esset tribuenda naturalis astrorum inclinatio ad malum. His addi potest, quod corpora cœlestia operantur suæ opera secundum Dei præceptum, quod nunquam transgrediuntur. Si ergò instigent ad malum: id fieret ex præcepto Dei, quod est accusare diuinam bonitatem, quæ omnia fecit valde bona, vt diuinæ literæ docent. His omnibus id consonat, quod index librorum damnatorum à Concilio Tridentino in Regula sexta vult, vt Episcopi diligenter prouideant, ne Astrologiæ iudiciariæ libri, tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitisque casibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audent.

Quinta concl. *Damnabile est contradiuinis literas, contra canones & leges, per Astrologiam inuestigare res occultas, furta secreta, thesauros, virginitatem, &c.*

DEVT.

DEUTER. 18. Non inueniatur in te, qui Pythones ac diuinos consulat. Leuit. 19. Nō declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini. Ex cap. 20. Anima quæ declinauerit ad magos, &c. Et in iure canonico textus est in cap. 1. de Sortilegijs. & ibidem cap. Ex tuarum. Imponitur pœnitentia Presbytero, eò quod accessit cum quodam infami ad priuatum locum non ea intentione vt vocaret Daemonium, sed vt inspectione astrologij furtum cuiusdam Ecclesiæ recuperaret, hoc fecit bono Zelo, & ex simplicitate: tamen grauissimum fuit id crimen iudicatum, & non modicam inde maculam peccati contraxit, vt canon ait. De lege ciuili etiam non est dubium ex d. l. & infrà. L. Nemo Aruspex. & in L. Item apud Labeonem quaritur, §. Si quis astrologus, &c. Consultus aliquē furem dixerit ff. de iniurijs & famo. libell. & L. 1. C. de Thesauris lib. 10. Consentiant Theologi, Canonistæ, & Iurisperiti in dictis locis. Causa huius conclusionis esse potest. Quia occulta referuntur diuinæ cognitioni & per naturales sciendi modos non possunt cognosci, ideo necesse est quod cognoscantur consilio aut auxilio Dæmonum, à quibus, cum sint fallaces, & inimici Dei generisq̃ humani, non licet aliquid sine maximo scelere inuestigare.

CIRCA

CIRCA PRAEDICTA POTEſT moueri dubium.

Si ex syderum & planetarum inspectione nihil possunt predicere Astronomi de rebus & euentibus futuris: Quomodo ergo sepe vera prognosticant?

RESPONDEO secundum ea, quæ ex partibus adducit Bartholomæus Medius in 2. S. Thomæ q. 9. art. 6. veritas talium prædictionum non referenda est, in constellatione, & obseruatione, sed ad alias quatuor potiores causas: nimirum ad fortis, ad pacta, ad prudentiam consultorū, & stultitiam consulentium. Vim fortis hoc facere attestatur S. Augustinus lib. 4. Confes. cap. 3. Si enim, ait, de paganis poëtæ cuiuspiam longè aliud canentis atq; intendentis, cum forte quis cōsuluit, mirabiliter consonus negotio sæpè versus exiret, mirandum non est, si ex anima humana superiore aliquo instinctu nesciente quid infesieret, non arte, sed forte sonaret aliquid, quod interrogantis rebus factisq̃ concineret. Hæc August. Secundò, multa ab Astrologis dicta eueniunt non ex Astrologia diuinante, quæ nulla est, sed societate & foederibus inter eos & Dæmones constitutis, & sic Astrologi vera respondent ex occulto instinctu spirituū, vt S. Augu. docet l. 5. de ciui. Dei cap. 7.

cap. 7. in fine. & lib. 2. De Genesi ad literam cap. 17. Fatendum (ait) est, quando à mathematicis vera dicuntur, instinctu quodam occultissimo dici, quem nescientes humanæ mentes patiuntur: quod tamen ad decipientes homines fit, spirituum immundorum & seductorum operatione, qui quædam vera de temporalibus rebus nosse permittuntur. Tandem concludit. Quapropter bono Christiano, siue mathematici, siue quilibet impie diuinantium & maximè dicentes vera, cauendi sunt, ne consortio Dæmoniorum animam deceptam pacto quodam societatis irretiant.

Tertiò: implentur frequenter, quæ Astrologi prænuunciant, non ex constellatione, sed sola animi prudentia, qua non solum præterita recolunt, præsentiaque perspiciunt, sed etiam futura prospiciunt, & quæ ventura sunt longè antè præuident. Fiunt aliquando quidem homines exercitatione & longa rerum experientia ita sagaces, quod ex hominum & negotiorum circumstantijs bene consideratis certitudine quadam morali de rebus futuris vera enunciant. Sic Hannibalem prudentissimum ducem, perspecta temeritate ac imperitia Terentij Varronis Romani consulis, produnt veterum scripta prædixisse Afris victoriam, & Romanis cladem: quam prognosticationem rerum euentus confirmauit.

Quar.

Quarta & postrema causa est, consulentium stulta credulitas. Solet enim talis credulitas immittere credulis consulentium animis, aut spem felicitatis à diuinatore promissa, aut metum calamitatis ab eo denunciata. Hi autem duo effectus crebrò efficiunt, ut humana negotia prænuunciatos effectus fortiantur. Nam quemadmodum spes & fiducia ardua quæque opera audenter aggrediuntur, & foeliciter magnificeque absolunt: ita pavor & metus pauidè incipiunt, & incepta facili negotio imperfecta relinquunt. His addo cum S. Thoma 2. 2. q. 95. art. 5. ad 2. quod Astrologi ex consideratione astrorum frequenter etiam vera prænuunciant: quia plures homines passiones corporales sequuntur. Et ideo actus eorum disponuntur, ut in pluribus, secundum inclinationem cælestium corporum. Pauci autem sunt, id est, soli sapientes, qui ratione huiusmodi inclinationes moderentur. Et ea de causa, Astrologi in multis vera prænuunciant coniectura quadam, & præcipuè in communibus euentibus, qui dependent ex multitudine. Vnum tamen hic annotare licet de calendariorum nostrorum scriptoribus, quorum cognitio est ex Astrologia, quod quidam tam multas sciunt prognosticationes de rebus futuris, ut moraliter loquendo, necesse sit aliquod verum incidere. Nam qui multa dicit, non sem-

D d

per

per mentitur. Multorum autem ex vniuersa tanta est credulitas, vt Astrologo siue mathematico sæpe falsa prænuñtiant, si in vno veritatem conijciat, fidem adhibeant certam. Melius autem mihi placent cædendaria Italia, ex quibus aliqua vidi, quæ solum tempus, & lunæ solisque mutationes cum Eclipsibus indicabant.

TERTIA QVÆSTIO.

An Cometa sint signa bellorum, infirmitatum, calamitatum, aut mortis principum, &c.

Antequam questio resoluatur, quadam sunt præmittenda ex philosophia.

COMETA generatur ex vapore sicco, calido, terrestri, crasso, cuius partes adinuicem benè cohærent. Causa eius efficiens est duplex. Remota, & Proxima. Remota Cometæ causa efficiens est sol, qui radijs suis calefaciens terram, eleuat ex ea prædictum vaporem. Proxima autem causa efficiens est, suprema regio aëris, quod altissimam eius partem spheræ ignis contiguam. Nam vapor paulatim ascendens cum peruenerit ad supremam illam partem æstuantem & calidissimam, propter vicinitatem ignis, dilatatur.

Apparet autem potissimum in triplici figura,

1. *Comæ, Barbæ, & caudæ.* Hinc dicitur stella comata, quia in circuitu & secundum omnes partes emittit radios velut crines argeos, & est quasi coma capitis, quæ ex omni parte pender à capite. Eandem ob causam à quibusdam stella crinita appellatur. Dicitur stella barbata, quando non secundum omnes partes in circuitu, nec secundum plures, sed tantum secundum vnâ partem emittit radios ad instar barbæ, quæ tantum ab anteriori parte fluit, scilicet à facie. Nominatur stella caudata, quando nec in circuitu, nec secundum omnes partes, sed tantum ex vno emittit radios oblongos, ad modum caudæ, & in hac figura frequenter apparet. Provenit autem hæc diuersitas figurarum in cometis, ex diuersitate densitatis & raritatis & diffusionis ipsius vaporis sicci, calidi, terrestris. Nam quando inflammatur in suprema parte supremæ regionis aëris, aliquando attenuatur secundum omnes extremitates in circuitu, in medio autem remanet densus: & tunc emittit radios in circuitu, fitque comata stella. Aliquando est adeo crassus & densus, quod solum in aliquas partes extremas, in quibus est minor densitas, attenuatur & diffunditur, & tunc secundum aliquas partes emittit radios, in quibus est minor densitas, & apparet vt stella habens barbam. Aliquando est adeo densus, quod vix secundum

vnam partem minus densam potest ex calore ignis subtiliari & diffundi : & tunc ex tali parte tantum emittit radios per modum caudæ.

Quantum ad colorem cometæ, aut est albus vt argentum, aut rubens, vt ferrum ignitum, non tamen bene inflammatum: vt niger, vt carbo extinctus. Ratio huius varietatis est, quia vapor ille diuersis modis potest variari. Aliquando est ita temperatè densatus, quod ex calore spheræ ignis potest subtiliari secundum omnes extremitates suas, & inflammari, & tunc ex flammæ & sua subtilitate apparet, vt stella alba. Aliquando est adeo densus, quod non potest bene inflammari: licet igniatur: & tunc apparet vt stella rubea, & tanquam lignum densum, ignitum, rotundum, à quo non exit flamma clara, sed rubea. Aliquando est adeo condensatus ex sua viscositate, quod nec ignitur, nec inflammatur, sed extinguit ignem sibi propinquum ex crassitie suæ materiæ, sicut quando in ignem propicitur pomum viride, quod ex sua frigiditate & humiditate indigesta extinguit carbonem sibi propinquos, & tunc talis vapor in supra ma aëris regione non apparet, vt stella, sed vt carboniger magnus. Quandoque autem vapor ascendens est adeo rarus & subtilis, quod dum appropinquat spheræ ignis, citissime consumitur ex calore ignis, sicut stipula, & leuic

leuis palea, quando in ignem proijciuntur magnum: & tum ex tali vapore nõ generatur aliquid apparens. Quando autem per aliquot dies pro dispositione materiæ cometa apparuit, resoluitur & convertitur in ignem, vel aërem. De his Aristotel. lib. 1. Meteorologico-rum. Albertus lib. 1. Meteor. tract. 3. csp. 5. Chrysof. Iauellus in Epitome in lib. Meteorolog. lib. 2. tract. 2. cap. 2. & alij alibi.

Tandem vt ad propositum reuertamur, & intelligatur quomodo liceat ex cometæ apparitione prognosticari, aduertendum est quod cometa aut potest habere ortum ex causis naturalibus modo dicto, aut ex miraculosa Dei dispositione.

Quando ex naturalibus principijs cometa oritur, in primis potest significare famem futuram. Quia gignitur ex multo vapore sicco, calido, terrestri, eleuato ex intensa & diurna calefactione Solis: & sic terra multo tempore remanet exiccata, ob defectum pluuiarum, & aduritur, ita vt femina & alia vegetabilia non possint fructificare: & sic sequitur rerum necessariorum penuria, quam fames comitatur. Cometa etiam denotat pestem instare: Nam vapor siccus, crassus, calidus, terrestris, qui est materia cometæ, inficit aërem vt venenum. aërem autem infectum homines attrahunt per respirationem, qui attractus inficit corpus, sequiturque pestis ex corruptione aëris. Præ-

Cometa aut procedit ex causa naturali: aut supernaturali.

Quæ sint significationes cometæ?

terea signat etiam praelia. Quia tempore cometae est excessiva caliditas in aere diffusa, quae inflamat spiritus in humano corpore existentes, ac reddit cholericos. Ex cholera autem excitantur homines ad iram, ex ira ad vindictam, ex vindicta ad praelia. Et quoniam ad praelia plerumque sequuntur mutationes dominiorum, sectarum & legum, solet dici, quod Cometa haec omnia significat. Postremo, Cometa etiam significat mortem Regum & Magnatum tam naturalem quam violentam: naturalem quidem, quia tempore cometae, ut dictum est, in aere excessiva caliditas diffunditur: deinde aer in excessu calefactus alterat corpora, praecipue delicatè viventium, ut sunt principes & Magnates; disponitque ad aegritudines peracutas, quae ut plurimum mortem inferunt. Violentam etiam denotat, quia tempore cometae bella, secundum dicta, oriuntur, in quibus principes & magnanimi pro suo honore se exponunt; ac sic frequenter pugnando succubunt.

Cum autem Cometa ex speciali Dei dispositione appareat, semper significat aliquam calamitatem imminentem, aut mortem regum, vel principum. Et in hac significatione Theologi loquuntur de cometa. Cum enim sic naturalem non habeat productionem, nec sit stella in firmamento posita; eius quoque significatio non est naturalis. De his cometis signat

signis loquitur Damascenus li. 2. de fide Orthodoxa, cap. 7. Adgignuntur autem, ait, & frequenter cometae & signa quaedam interitum Regum, qui quidem non sunt ex eis astris, quae ab rerum initio facta sunt, sed diuina iussione oportuno tempore constituuntur, & rursus dissoluantur. Quandoquidem princeps est persona communis, ex cuius morte frequenter solet oriri perturbatio totius regni, de cuius custodia angeli solliciti sunt, iussu diuino angeli faciunt tales apparitiones in aere, quandoque ad significandum mortem principum, qui praesunt populo: & tunc utile est recurrere ad Deum per penitentiam, orationem, & alia opera pia. S. Bonavent. in 2. d. 14. q. vltima. Ex varijs scriptoribus placet aliqua adferre exempla. 2. Machab. cap. 5. Cum Antiochus secundam profectio- nem in Aegyptum pararet, contigit per vniuersam Ierosolymorum ciuitatem videri quadraginta diebus per aërem equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastas quasi cohortes armatas, & cursus equorum per ordinem digestos, & congressiones fieri cominus, & scutorum motus, & galeatorum multitudinem gladijs districtis, &c. Quapropter omnes rogabant in bonum monstra conuerti. 4. Regum cap. 7. In castris Syriae Dominus fecit apparere sonitum tumultumque, curruum & equorum, & exercitum maximi, quibus auditis aduers-

farij obsidionem soluerunt, fugeruntque. Iosephus lib. 7. de bello Iudaico, de stellis & cometa præcedentibus deuastationem Hierosolymorum, per Titum & Vespasianum, laquitur in hæc verba: Infœlicem plebem teturimi quidam homines & deceptores, falsa vaticinantes suadebant, vt euidentibus signis & iudicijs iracundiæ, & indignationis diuinæ non crederent, quibus apertè futurum & vrbis & gentis præfagebatur excidium, sed velut afflati & amentes, & qui neque oculos, neque animas in se haberent, spernebant omnia quæ cœlitus minabantur. Etenim stella præfulgens, gladio per omnia similis, imminere desuper vrbi; & cometes præterea exitiæ flammis ardere visa est per totum annum. Sed & ante excidij & belli tempus, cum populi ad festum conuenirent, octauo de Mensis Xantici (qui est Aprilis) tempore noctis horæ nona tantus luminis fulgor aram templumque circumdedit, vt putarent omnes diem clarissimum factum, & permanere spacio horæ mediæ. Quod imperitis quidem & ignaris prosperum videbatur, sed legisperitos & probos quosque non latuit exitiale portentum: Et post pauca. Sed & transactæ die festo post aliquod dies, prima & vicesima diē mensis Arthemefu (qui apud nos vocatur Maius) prodigiosus apparuit visus & fides pene excedens, quod verè falsum putaretur.

nisi oculorum fidem confirmasset malorum consecuta perniciēs. Etenim prope solis occasum visi sunt currus & quadrigæ in omni regione per aërem, & armatorum cohortes mitteri nubibus, & vrbes circumdari agminibus improbitis. S. Grego. hom. 1. super Euangel. in illud Lucæ 21. Erunt signa in sole: narrat, quod ante effusum sanguinem Christianorum tempore Gotthorum, vel Longobardorum, in Italia visa sint acies igneæ in aëre, priusquam Italia gentili gladio ferienda traderetur, & has acies ipsemet S. Gregorius vidit, vt attestatur. In vita S. Thomæ Aquinatis legitur, cometa per triduum ante ipsius mortem super monasterio fossæ nouæ, vbi infirmabatur, stetit, & eo mortuo non amplius apparuit. S. Antonin. 2. par. tit. 12. c. 10. §. 1. tradit An. Dom. 1400. apparuisse Cometam per longū tempus, habentem comas nigras, & signasse mortē magni ducis Mediolan, qui tunc mortuus est. Et in principio regiminis Eugenij Quarti, eodē Antonin. referente, apparuit cometa cū crinibus quasi argenteis, & deinde secuta sunt multa mala bellicorū & mutationes.

Dicunt autem Cometam semper radios suos ad illam partem dirigere, ad quam minatur calamitatem, aut malum imminens. Quare secundum dicta tunc tempus est redeundi ad sanam mentem, & recurrendum est ad Deum, vt amoueat mala imminencia.

QVAESTIO QVARTA.

Quid de physognomia membrorum corporis humani sciendum, an liceat ex hac diuinare de moribus, & vita?

DIFFICULTATEM facit, quod quidam Iurisperiti physognomiam referunt ad indicia: & dicunt quod sicut bona prodest, ita mala nocet reo, quia mala facit quem praesumi procliuem ad scelera. Bald. in L. 2. C. Quorum appellationes non recipiuntur. numero. 5. Hippolitus de Marsilio in practica criminali. §. Expedit. numero. 53. & Paris de puteo ab eo citatus in tract. Syndic. charta. 108. Huc facit illud Ciceronis, in oratione pro Roscio Comædo: Oro atque obsecro vos, qui nostis, vitam inter se vtriusque conferre: Qui non nostis, faciem vtriusque considerate: nonne ipsum caput & supercilia patinitus abrasa, olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur? Nonne ab imis vnguibus vsque ad verticem summum (si quæ coniecturam adfert hominibus tacita corporis figura) ex fraude, fallacijs, mendacijsque constare totus videtur, qui idcirco capite supercilijs semper est rasus, ne vllum pilum viri boni habere dicatur? In horum etiam confirmationem est, quod Paulus Grillandus lib. 2. de Sortilegijs q. 3. numero. 14. Troilus Maluetius de Sortib. l. par. num. 22.

mente Aristotelis approbant Chiromantiam, quæ sit in lineamentis manuum, tanquam scientiam naturalem.

De materia physognomiae legendi Doctores. Pelbartus in Rosario aureo Theologiae 2. parte. verbo, Corpus humanum, à §. 18. Conradus à vagis in lib. de signis. cap. 8. & ex naturalibus Aristot. in lib. de physognomia. Galenus in lib. An mores sequantur temperaturam corporis. Barthol. Cocles Bononiensis medicus, in cõpendio physognomiae, & Pomponius Gauricus Neopolitanus in tract. de eadem materia, & Plato in Timæo.

Antequam aliquid in speciali de physognomia, quæ imaginem quandam diuinationis induere videtur, cum versetur circa iudicium morum humanorum, dicatur, pro introductione & cognitione rei quædam regulae generales physognomo sunt obseruandæ, quarum sit.

Prima. Humana membra, quæ in proportionem naturali sunt, quò ad figuram, colorem, situm, motum & quantitatem, indicant mentis bonam habitudinem naturalem. Et è contra: membra, quæ non habent debitam proportionem, signant peruersam mentis qualitatem. Propterea Plato dicebat quod quæcumq; similitudo animalium aliquorum est in hominibus, tales homines etiam talium animalium imitantur mores: puta, similitudo

porcæ

porci, indicat carnalem concupiscentiam: similitudo canis, iram: Leonis, rapinam, &c.

Secunda regula. Licet per signa membrorum naturalium mores hominum cognoscantur, non tamen imponunt necessitatem, sed tantum inclinationem naturæ ostendunt probabiliter & cum coniectura.

Tertia. Propter signa exteriora, non statim proferendum est iudicium de moribus hominum. Quia fortè signum est per accidens, & non per naturam; aut fortè natura deuiecta est per contrariam bonam consuetudinem, & frenum rationis cohibentis naturam ad malum inclinatum. Sic legitur, quod cum Philomenes dixisset ex Physiognomia iudicando de Socrate, eum esse luxuriosum; Socrates illud percepisset, discipulis referentibus, respondit: Verum naturaliter iudicauit, sed ego naturam vici ratione.

Quarta. Vt physiognomia sit licita, non debet iudicare de donis diuinis & gratuitis. Quia Deus auctor naturæ, non est ei alligatus, sed distribuit dona sua prout vult.

Quinta. Physiognomiæ iudicium non debet procedere ad ea, quæ extrinsecus adueniunt, vt sunt honor, diuitiæ, mors violenta, fortuna bona aut mala, &c. nec etiam ad ea negotia, aut status conditiones, quarum electio ex mera & libera voluntate dependet. Quoniam huiusmodi non sequuntur naturam

complexionem & inclinationem, sed originem sumunt ex alijs causis.

Sexta. Quando signa contraria in eundem incidunt, vt sæpe contingit, habenda est ratio præcipuorum, & eorum, quæ maximè ad substantiam pertinent, & minùs ad accidens. vt, exempli gratia, fortitudinem magis propriè latera magna significant, quam fuscus color.

Sextima & vltima regula. Præcipua cura physiognomiæ consistit in vultu, & maximè in oculis. Quare philosophi communiter affirmarunt oculum esse verum cordis indicium.

His generalibus præmissis, de physiognomia membrorum, aliquid ad recreandum lectorem, ex auctoribus annotandum est, & à superiori parte incipiendum & descendendum vsque ad infimam.

Pili molles timidum, sicut duri fortem significant: Hoc signum sumptum est ex animalibus. Lepus & oues mollissimos habent pilos, & sunt timidissima animalia. Leo autem & aper, cum habeant duros pilos, fortissimæ sunt bestiæ. Si autem pili sint molles & rari, hebetem ingenio denotant: Si crispi, timidum & lucri cupidum: Si subnigri, & moderatè tenues, bonos mores indicant.

Caput nimis magnum, solidum declarat: globatum & breue, sine memoria & sapientia: humile & superius quasi planum, insolentem;

lentem: oblongum & malleo simile, prouidum designat.

Frons nimis angusta, indocilem indicat; lata, minus discretum: rotunda, iracundum: humilis & demissa, verecundum: Quadrata & moderatæ magnitudinis, sapientem & magnanimum.

Supercilia si sint longorū & multorū pilorum, significant ferū & magna meditantem.

Oculi quando variè mouentur, vt modò currant, modò quiescant, signant mala reuolui in animo: Si sint glauci, splendore ramentum micantes, significant peruigilem ad nocendum: oculi purè nigri, hominem sine virtute lucri cupidum: Si minores iusto, pusillanimè: Si debito maiores, tardum: Si in mediocritate cōstituti, bene natū ostendunt.

Aures prominentes & valde magnæ significant stoliditatem & garrulitatē, valde paruæ, malignitatem, paruæ astutum: pendula demissum; arrectæ sollicitum.

Nasus si grossior fuerit, significat concupiscentem: Si in extremitate ingrossetur, insensibilem: Si acuat, irascibilem. Simul, lubricum. Aquilinus à fronte perpendens, magnanimum indicat. Qua de causa, vt ferunt, Persæ Regem non eligebant, nisi eum, cui nasus esset regius, id est, Aquilinus: eo quod hoc signum sit magnanimi & prudentis viri, qui aptissimus est ad regendum.

Facies

Facies dependens, cogitorem subdolum: Si carnosior debito, concupiscibilem humidumq;: Si macilentia, sollicitum: minor debito, pusillanimum illiberalemque: Maior æquo, tardum: Superrubescens, verecundum: pallida, meticolosum: moderata in colore, figura, & compositione, temperatum prodit.

Labia soluta aliquantulum ab ore dependentia inertem designant: Subtilia in extremitate relaxata, si superius inferiori intercalatim iungitur, magnanimum: Labia autem bene colorata, & plus subtilia, quam grossa, significant hominem bonæ conditionis in omnibus, magis natum ad virtutes, quā vitia.

Os ultra modum dilatatum, voracem & immitem significat: os autem, cuius parua est claustra & apertio, pacificum, timidum, secretum & verecundum, &c.

Mentum paruum & breue, immitem & inuidum indicat: prolixum aliquantulum, minus iracundum: nimis prolixum, dolosum: Quadratum, moderatè bonum.

Pectus multis carnibus congestū, indocile: Si autē longius sit ventre, prudentem signat: Si inietate pilorum simul cum ventre tegatur, instabilem: Si autem solum pectus habet pilos, animosum denotat.

Manus & brachia, quando sunt tam prolixa, vt erecto corpore extremitas mediij digiti appropinquat ad genu, licet forte mensura quatuor

quatuor digitorum deficiat, significant in
mitem, fortem & liberalem. Manus crassa &
breues digitos ultra modum habent, infirmi-
sum & furem: sed intortæ manus & tenues
significant voracem & loquacem.

Vngues albi & plani & molles subrubri
tenues & bene perlucidi, optimum inge-
nium indicant. Vngues nimis breues, ma-
lignum.

Pedes grossi & valde breues, infirmum
nimis prolixum, dolosum: pedes bene latima-
gis articulati & nervosi, fortem ostendunt.

Quantum ad colorem corporis humani
color cutis niger versutum indicat: albus
rubeusque, fortem & animosum: color ve-
hementer albus cum pallore, defectum vi-
rium ex nimia victoria phlegmatis deno-
tat. Color ignitus lucentibus oculis, ad in-
faniam vel furiam tendit. Color autem me-
dius inter nigrum & album qui declinat in
brunum, si clarus est, ostendit virum bre-
uiter ingenij, & bonorum morum. Hæc breuiter
dixisse sufficiat. Qui curiosus vult inqu-
rere, legat Doctores citatos: Ita tamen
dictis signis fidem habeat, vt supra
positas regulas non trans-
grediarur.

LEX

LEX. III.

*Nullus aruspex, nullus sacerdos, nul-
lus qui huic ritui assolet ministrare, ad li-
men alterius accedat, nec ob alteram cau-
sam, sed ab huiusmodi hominum amicitia
(quænamis vetus) repellatur: concreman-
do illo aruspice, qui ad domum alienam ac-
cesserit: Et illo in insulam deportando, post
ademptionem bonorum, qui eum euocave-
rit suasionibus vel premijs: Accusatorem
autem huius criminis non delatorem esse,
sed dignum magis premio arbitramur.*

Quantum ad intelligentiam literæ huius
Aruspex dicitur ab auræ inspectio-
ne, eò quod momenta temporum & hora-
rum inspicat, quo puncto aliquid sit inchoan-
dum. Secundum Glossam Aruspex potest
etiam dici ab aue & inspicio: quia ex auium
garritu diuinat. Alij aruspex, quasi horarum
inspector. Parùm videtur referre, an dicatur
auruspex, vel aruspex, vel cum aspiratione
haruspex, vt aliqui putant: & sic componi di-
cunt ab hara, & spicio. Hara verò auis est, cui
vaticinantes haruspices intendebant. Potest
etiam dici ab ara, hoc est, à victimis in ara aspi-
ciendis, quoniam auspices exta pecudum
inspiciunt, vt ex eis futura prædicant: sed
quomodocunque legatur, mens legis salua-

Et tur,

tur, cum eius intentio sit diuinationem prohibere, quæ diuersis medijs contingit. Ad hunc L. explicationem facit can. Igitur genus 26. quæst. 4. ex Augustino de natura Dæmonum, ubi dicitur, quod Haruspices nuncupati, quasi horarum inspectores: Dies enim & horas in agendis negotijs, operibusque custodiunt: & quid per singula tempora obseruare debeat homo, intendunt. Hi etiam etiam pecudum inspiciunt, & ex eis futura prædicunt. Augures sunt, qui volatus auium, & voces intendunt, aliaque signa rerum, & observationes improuisas hominibus occurrentes ferunt. Iidem sunt & auspices: Nam auspicia sunt, quæ iter facientes obseruant. Dicta autem sunt auspicia, quasi auium signa: & auguria, quasi auium garræ, id est, auum voces & linguæ. Item augurium, quod auigerium, quod aues gerunt. Duo autem sunt genera auspiciorum: Vnum ad oculos, alterum ad aures pertinens: ad oculos scilicet volatus: ad aures, vox auium. Hinc in d. can. Haruspiciam artem primus Hetruscis tradidisse dicitur quidam Tages. Hic horis Haruspiciam dictauit, & postea non paruit. Nam dicitur fabulose, arante quodam rustico subito ex glebis exiliuisse, & haruspiciam dictasse, qua die & mortuus est. Quod si verum sit, non mirum foret, si Hetrusci Romani ex Hetrusca lingua in propriam mutauerunt, vt habetur 26. q. 5. can. Nec mirum est, si Haruspiciam.

Duo sunt genera auspiciorum

Nomine sacerdotis intelligitur secundum Glossam, doctor Necromantiæ, aut diuinator, iuxta Salycetum, Angelum, & alios. Qui huic ritui solent administrare, sunt malefici & venefici, & similes diabolicis artibus & ritibus operam dantes. Cum talibus nulla est, conuersatio habenda. Amicitia reproborum est repellenda, vt ait Salyc. Pœna ignis hæc L. statuitur in diuinatores. Si quis eos consulat aut recipiat, deportatur in insulam, & bona eius publicantur. Ad prohibitionem huius L. facit scriptura, Deuter. 18. Non inueniatur in te, qui iustree filium suum, aut filiam ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia, atque auguria, nec sit maleficus, aut incantator, neque qui Pythones consulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo. Leuit. 19. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. Non declineris ad magos, nec ab Ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos. Et cap. 20. Anima, quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi. Et in fine cap. ibidem. Vir siue mulier, in quibus Pythonicus, vel diuinationis spiritus fuerit,

fuerit, morte moriantur: lapidibus obruent
 eos. Est etiam grauis prohibitio in iure cano-
 nico. 26. q. 5. can. Si quis Episcopus, aut pra-
 byter, vel diaconus, vel quilibet de ordina-
 bus clericorum aruspices, aut incantatores
 aut ariolos, aut certè augures, vel sortilegos
 vel qui profitentur artem magicam aut aliam
 quos eorum similia exercentes, consulerit
 fuerit deprehensus, ab honore dignitatis
 suspensus, monasterij curam accipiat, ibique
 pœnitentiæ perpetuæ deditus scelus admi-
 sum sacrilegij soluat. Qui canon est ex Con-
 cilio Toletano quarto, c. 28. & in ead. q. can.
 Augurijs, ex Concilio Carthaginensi 4.
 89. & can. nec mirum. & in eadem causa mu-
 ti sunt canones ad idem propositum. Nota-
 dum etiam in d. L. quod consulens & re-
 cipiens augures & diuinatores, mitius puni-
 tur pœna deportationis & ademptionis bono-
 rum. Ipse autem diuinator aut augur concre-
 tur. Pœna deportationis olim in multis ca-
 bus imponebatur, sed nunc non est in v. l.
 Quidam dicunt, quod eius loco successerit
 decapitatio. Alij putant bannum perpetuum
 dictam pœnam supplere, quos refert mor-
 suo Iulius Clarus lib. 5. sentent. §. fin. practi-
 crim. q. 67. numero 8. Receptior nunc sen-
 tentia est, vt loco deportationis iudex im-
 nat pœnam arbitrariam, iuxta qualitates
 facti & personæ, nec non aliarum circumstan-
 tiarum.

tiarum. Sic Clarus loco cit. & Menochius de
 arbitrarij. Iud. qq. lib. 2. casu 330. qui plures in
 hanc sententiam citat. Dicit tamen Clarus,
 quod non consuleret iudici, vt loco deporta-
 tionis imponeret pœnam mortis, vbi pro eo
 delicto non esset imposita à statuto, vel à con-
 suetudine, & ita obseruatur. Vnum hic tam
 ex lege diuina, quam canonica & ciuili anno-
 tandum, quod quamuis grauissimum sit pec-
 catum diuinatores consulere, eorum operam
 requirere, & responsa expetere: tamen hisce
 temporibus sine scrupulo multi eos acce-
 dunt, cum Magistratus scientia & tolerantia,
 nec est qui cogitet vel minima pœna eos affi-
 cere. Imo nec ipsi diuinatores aut sortilegi
 puniuntur. Quare quia principijs non adhi-
 betur remedium, non est mirum si homines
 paulatim in maiora scelera cadant.

QVAESTIO PRIMA.

*An diuinitio per augurium aut au-
spicium omnino sit illicita?*

VIDETUR quod sic, ex scripturis citatis,
præsenti L. & can. in quibus locis dam-
nantur augures, aruspices, & diuinatores.

De hac materia agunt. S. Thom. 2. 2. q. 95.
S. Antoninus 2. par. tit. 12. cap. 1. §. 8. Syluest. in
summa, in verb. Superstitio. Alij summiste
in eodem verbo, vel in verb. Sortilegium, &

diuinatio. Ioannes à Turrecremata in 26. q. 2. can. Sed & illud. Archidiac in ead. c. q. 4. cap. Igitur.

Circa hanc vanitatem multum gentiles fuerunt curiosi. Vnde singulariter certas aves obseruabant. Phryges, quid cornix loquatur, inquit, diligenter auscultata, situmque eius sedentis aut volantis nullatenus contempnas. Refert enim plurimum à dextris situm an à sinistris, qua positione respiciat cubitum gradientis: loquax sit an clamosa, an silens omnino: præcedat, sequatur, transeuntis aduentum, an tugiatur, quouè discedat, non negligenter ferunt attendendum. Hinc illud Vergilij.

*Quid, nisi me quacumque nouas incidere lites,
ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix?*

Nec tuus hic Meris, nec viueret ipse Menelaus.

Referunt quidam, quod ea die, qua Alexander natus est, duæ aquilæ super culmine partis domus eius tota die sederint, aspiciunt duplicis imperij, Europæ Asiæque præferentes. Semper autem auguratores arbitrati sunt infausta esse bubonis, strigis, & nocturæ auguria. Ad quem finem tendit illud narratum in historia Scholastica, quod Herodes Agrippa, cum esset Romanus in carcere quodam, quidam Augur dixit ei: Noli timere: quia citò liberaberis & sublimaberis, & in illa prosperitate morieris: quod præ-

sens bubo in arbore residens demonstrat. Quam citò autem huius generis animal super te videris, ultra quintum diem viuere non valebis. A gentilibus ad nostra tempora putatur hanc superstitionem deriuatum. Multi si ægrotent, molestissimè ferunt nocturæ clamores. Sed his omissis superstitionibus, veritas rei determinanda est.

Prima concl. *Licitum est aliquando ex garritu, motu, aut auium dispositione futura prædicere, quæ pendent ex instinctu naturali auium.*

CUM enim bruta animalia habeant animam tantum sensitivam, cuius omnes potentia sunt actus corporalium organorum, subiacet eorum anima dispositioni continentium corporum, maximè cœlestium, & ideo nihil prohibet aliquas eorum operationes esse futurorum signa, in quantum conformantur dispositionibus corporum cœlestium, & aëris continentis, ex quibus proueniunt aliqui futuri euentus. In hoc tamen duo consideranda sunt: Primum quidem, ut operationes huiusmodi non extendantur, nisi ad præcognoscenda futura, quæ efficiuntur per motus cœlestium corporum, de quibus supra. Secundum, ut non extendantur, nisi ad ea, quæ aliquo modo possunt

ad huiusmodi animalia pertinere. Consequitur enim per cœlestia corpora cognitionem quandam naturalem, & instinctum ad ea, quæ vitæ sunt necessaria, sicut sunt immutationes, quæ fiunt per pluias & ventos, & alia huiusmodi. Sic S. Thomas loco citato, quem sequuntur S. Antonin. Turrecremata, Syluest. & alij. Ad huius conclusionis confirmationem facit illud Hieremiæ 8. Miluus in cœlo cognouit tempus suum; turtur & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. Sic quædam aues quando frequenter garrunt, indicant futuram pluiam. Sic grues & hirundines præsentunt futurum frigus hyemis ac fugiunt ex partibus nostris, & aduentante calore æstatis redeunt. Sic etiam experientia compertum est, quod quando perdices, aliæ aues, aut lepores, & quædam alia animalia circa medium hyemæ pinguiora sunt, longius erit frigus; quia natura hoc dictante, & quasi præfagiente, se impinguant. Hæc enim & similia cum sint naturalia & sensibilia, utpote ad conseruationem indiuidui necessaria; à dispositione celestium corporum imprimuntur naturæ sensitiuæ animalium.

Secunda concl. *Ex auium gestibus prædicere aliqua futura, quando mouentur ad aliquid agendum motu angelico non est illicitum.*

VT patet in columba super Christum descendente: & in coruo, qui pauit Heliam: & in cete, qui euomit, & eiecit Ionam. Sic S. Thomas & Doctores citati.

Tertia concl. *Ex motibus aut garrivum auium futura, quæ non subsunt eorum nature, aut cœlorum motui, prædicere non licet.*

HANC conclusionem probant sacræ literæ, canones & leges locis citatis. Quia sic futura prædicere, non potest prouenire, nisi ex pacto cum Dæmonibus, qui utuntur motibus & vocibus auium ad deceptionem illorum, qui talibus intendunt.

Quarta concl. *Quæ dicta sunt de motibus & vocibus animalium, quantum ad futurorum præfagia, eadem locum habent in cæteris animalibus ratione carentibus.*

QUIA similitum similis est ratio. Dictis obstare videtur, quod legitur de Ioseph Genes. 44. cuius dispensator dixit: Scyphum, quem furati estis, ipse est, in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet. Et ipse dixit postea fratribus suis. An ignoratis, quod non sit similis mei in augurandi scientia? S. Augustinus in quæstionibus. super Genesin cap. 145. dicit Ioseph dixisse non esse similem

sibi in scientia augurandi ioco, & non serio, referens fortè hoc ad illud, quod vulgus de eo opinabatur. Et sic etiam dispensator eius locutus est. Hanc responsionem S. Thomas in q. d. art. 7. ad 1. & Doctores reliqui amplectuntur.

QVAESTIO SECVNDA.

An diuinitio per somnia sit licita?

TRACTANT S. Thom. q. dicta art. 6. S. Antonin. loco cit. §. 7. Turrecremata 26. q. 7. can. Non obseruetis. Syluest. in verbis superstitio. Somniorum etiam materiam ad longum prosequitur Caelius Rhodiginus lectionum antiquarum lib. 14. a cap. 46.

Ante resolutionem annotandum est quod aliquid, quod significat alterum, cum eo aliquid quam coniunctionem habere debet. Vel per intellectum, ut hædera vinum vendibile significat: vel secundum rem, prout fumus designat ignem. Res autem cum re connectitur aut ut causa, aut ut effectus, aut per accidens, ut, exempli gratia, aliquis nocte somniat se hominem occidisse, interdum ex accidens ab alio homo occiditur. Deinde considerandum est, ex Theologorum doctrina, quod somnia futurorum euentuum quædam sunt causa, utpote cum alicuius mens sollicita ex his, quæ videt in somnijs, indicat

aut ad aliquid faciendum, vel vitandum. Quandoque somnia sunt signa aliquorum futurorum euentuum, in quantum reducuntur ad aliquam causam communem somnijs & futuris euentibus: & secundum hoc ut plurimum præcognitiones futurorum in somnijs fiunt. Quandoque etiam effectus, qui consideratur a somniante, merè per accidens, & casualiter se habet ad somnium.

Consideranda ergo est causa somniorum, quæ in primis duplex est: Interior, & exterior. Interior, quæ latet intra ipsum somniantem. Exterior, quæ est extrinseca ipsi somnianti. Interior somniorum est iterum duplex. Vna animalis, in quantum ea occurrunt hominis phantasie in somno, circa quæ cogitatio & affectio intenta fuit in vigilando. Alia causa interior somniorum est corporalis, quando ex interiori corporis dispositione formatur aliquis motus in phantasia, conueniens suæ dispositioni. Sicut homini, in quo abundat frigidus humor, occurrit quod sit vel in aqua, vel niue. Causa etiã exterior somniorum est duplex. Corporalis, & spiritalis. Corporalis, quando imaginatio dormientis mouetur immutaturq; vel ab aere ambientis, vel ab impressione cælestium corporum, ut sic dormienti aliquæ phantasie appareant conformes dispositioni corporum cælestium. Et somnio me esse in aqua, quoniam aeris dispo-

dispositio est in propinqua dispositione ad pluuiam, & sic in corpus meum influit. Sic enim quando caelestia corpora influunt in corporalem materiam, formæ variæ producuntur: vt, plantarum, lapidum, metallorum similia mque rerum. Sic virtute eorumdem corporum, in phantasia, quæ corporis organis immersa est, possunt formari phantasmata cõformia alicui effectui à caelestibus corporibus producendo. Spiritualis causa exterior etiam duplex esse potest. Bona, quando Deus aliqua reuelat ministerio angelorum, vel alio modo: & Mala, quando mali spiritus se insinuant phantasiæ dormientis & aliquid ad decipiendum reuelant. His præmissis quid sentiendum de diuinatione per somnia, videndum est.

Prima concl. *Somnia nec debemus omnino contemnere, nec omnino de se curare.*

EST Aristotelis in lib. de somno & vigilia. Quia nec omnia somnia sunt falsa, nec omnia vera: & in sacris literis quandoque prohibitum, ne somnijs attendamus. Deuter. 18. Non inueniatur in te, qui obseruet somnia. Quandoque etiam obseruatio somniorum admittitur. Genes. 40 & 41. Ioseph interpretatus somnia pincernæ Pharaonis eiusdem etiam pharaonis. & Daniel. 2. &

ap. declarauit somnium Regis Babylonis.

Secunda concl. *Quando causa somnij est corporalis intrinseca, potest homo intendere somnijs, & præuidere effectus causas conuinctos.*

IN hac conclusione non est dubium. Sic medici dicunt esse intendendum somnijs, ad cognoscendum interiores dispositiones. Hinc Aristotel. de somno & vigilia. Si somnia sunt ex his, ex quibus componimur: tunc sunt signa sanitatis, vel infirmitatis secundam eorum differentias: vt si quis somniet de occupationibus igneis, signum est, quod prædominetur in eo cholera. Si de negotijs aeris, vt de volatu, signum est sanguinis. Si aquæ aut alterius liquoris: signum est phlegmatis. Si de rebus terrenis, signum est melancholiæ: & sic iuuantur medici ad ferendum iudicium de dispositione corporis.

Tertia concl. *Si quis utatur somnijs ad præcognoscenda futura, quæ habent causam naturalem extrinsecam vt insipientiam corporum caelestium, aut aeris ambientis, si in tantum de futuris prædicat ex somnio, in quantum t alium corporum virtus se potest extendere non est illicitum.*

EST S. Thomæ & aliorum Doctorum in locis citat. Ratio esse potest: Quia effectus

proportionatur suæ causæ, & sicut se habet ad esse, ita ad cognosci.

Quarta concl. Si quis ex somno prænunciet futura contingentia, aut ea, quæ spectant ad liberū somniantis aut alterius voluntatis actum, peccat & male facit.

CONSTAT Conc. Quoniam huiusmodi non habent causam determinatam, sed dicuntur a casu per accidens, secundum hunc Iosophum de somno & vigilia. Eorum autem quæ sunt per accidens, non est determinata scientia. Quare si quis in huiusmodi futura prædicat: aut necesse est vt mentiatur, aut vt cognoscat ex pacto habito cum Diabolo.

Quinta concl. Si quis ex somnis prædicat futura, quando procedunt ex reuelatione diuina, non peccat, sed licitum est.

CONSTAT ex sacris literis. Gen. 15. Cum que sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Dictumq; est ad eum: Scitò præsciscens, quod peregrinum futurū sit semen tuum in terra nõ sua: & subijcient eos seruituti, & affligent quadringētis annis. & Gen. 40. & Ioseph interpretatus est somnia. Matth. 1. Angelus Ioseph apparuit in somnijs, & futu-

prædixit & Matth. 2. Magi in somnis acceperunt responsum, ne redirent ad Herodem: per aliam viam reuerſi sunt in regionē suam. Et ibidem. Defuncto Herode iterum Angelus Domini in somnis Ioseph apparuit in Aegypto, dicens: Surge & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel, defuncti sunt enim qui quærunt animam pueri.

DVBIVM CIRCA DICTAM CONCLUSIONEM.

Quare Deus potius in somnis reuelat futura, quam in vigilijs?

Respondet S. Bonavent. in .2 d. 25. quæst. vltima. Primò, quia anima in vigilia dispersa est ad exteriora sensibilia, & sic minus apta comprehendere reuelationes à Deo. Secundò, quia Deo sic placet sæpius ad occultationem sui luminis, qui posuit tenebras latibulum suum. Tertiò; quia homo in somnis magis agitur, quam agat, & in reuelatione plus se habet per modum suscipientis, quam agentis. Vltimò, quia dicente Deo Exod. 33. Non videbit me homo, & viuet. Idèò secundum quod dicit Gregorius non potest homo Deum videre, & eius reuelationes, scilicet de lege communiore loquendo, nisi quando abstractus est à sensibus, vt quasi dicatur nõ viuere videlicet secundū sensum vsu-

usum exteriorem. Sed quia homo in somno est medium tenens inter mortuum & viu-
tem, quodammodo à vita recedit. Ideo sic
dinavit Deus fieri reuelationes superna-
rales in somnis, quando homo naturaliter
non habet usum rationis, ut Deo soli attribuitur
laus gloriæ.

Sexta concl. *Reuelatio futurorum
euentuum in somno à Dæmone impressa
non est licita.*

QUIA huiusmodi reuelatio procedit ex
pacto tacito vel expresso Dæmonis, qui
decipere semper contendit.

Quando dubium, an reuelatio in somno
facta sit à Dæmone, vel bono spiritu, non est
præcipitandum iudicium, sed probandum si-
ritus si ex Deo sit. In qua re multa sunt con-
deranda de probationibus spirituum, de quibus
multa scribunt Ioannes Gerson in tract. de
de probationibus spirituum. S. Vincentius
in tract. de vita spirituali, & plurima ad hanc
materiam doctè colligit Barthol. Medin. in
par. S. Thomæ. q. 25. art. 3.

QVAESTIO TERTIA.

*An diuinitio per sortes sit omnino
probata?*

TRACTANT S. Thom. q. 95. art. 8. S. Ab-
tonin. 2. par. tit. 12. cap. 1 §. 9. Sylueit.
verbo.

verbo Superstitio. q. 9. Alij in verbo Sors aut
Sortilegium. Turcre. in 26. q. 2. in princi-
pio: Archidiaconus. ibidem. can. Sors. Canonistæ
cum text. in tit. de Sortilegijs, maximè in cap.
Ecclesia vestra. Troilus Maluetius in tract. de
fortibus. Paulus Grilland. in lib. 2. de Sorti-
legijs, & alij alibi.

Ante resolutionem præmittendum est, *quid Sors*
quod Sors dicitur, quando aliquid fit serio *fit.*
quidem ab homine, ut considerato eius euen-
tu aliquid occultum innotescat. S. Thom. lo-
co cit. Sylueit. verb. Superstitio. Angel. Au-
rea Armilla. Caietan. & alij in verb. Sors.

Triplex est Sors: Diuisoria, Consultoria, *quoruplex*
& Diuinatoria. Diuisoria est, cum quæritur, *Sors.*
quid cuiuslibet sit dandum, siue illud sit res, si-
ue honor, siue poena, aut actio aliqua. Consul-
toria, quando inquiritur, quid sit agendum.
Diuinatoria, quando aliquid futurum in-
quiritur.

Ad genus sortium pertinet, si quis aliquid
occultum inquirat, siue per protractionem
punctorum, siue per considerationem figu-
rarum, quæ proueniunt ex plumbo liquefa-
cto in aquam proiecto, siue ex quibusdã sce-
dalis scriptis, vel non scriptis in occulto re-
positis, dum cõsideratur, quam quis accipiat:
vel etiam ex festucis inæqualibus propositis,
quis maiorem vel minorem accipiat: vel taxil-
lorum projectione, quis plura puncta proj-
ciat,

ciat, vel etiam dum consideratur, quid iocundum sibi occurrat. S. Thom. d. q. art. 1. Frideric. de Senis in consil. 284. & de similibus similis est ratio. Nunc pro resolutione

Primâ concl. *Sors diuisoria licita*

Sic sentiunt communiter Doctores loci citatis. Quia quando partes sunt æquales, nec res diuidenda sine discordia potest diuidi, fortunæ locus datur ad dirimendos lites: Sic secundum leges in tribus iudiciis communi diuidendo, familiæ erciscundæ & finium regundorum, sortes admittuntur, debitis seruatis conditionibus. Sic Iudæi seruunt sortem super tunica inconsutili Cæsaris, quæ non poterat diuidi. Sic Appianus lib. 2. de bello ciuili narrat, post mortem Iulij Cæsaris, cum essent discrepantes sententia in senatu, de remunerandis interfectis, sortibus, statuit fortibus litem dirimendam. Sic etiam partes terræ Israëlitis per sortes diuiduebantur. Numer. 33. Iosue 15. Iosue lib. 5. antiquitatum Iudaic. cap. 3. Eadem est ratio de aliqua pœna subeunda, si contentio sit inter aliquos, quis soluere debet. exemplo Ionæ. 1. cap. qui à facie domini ieiectus sorte deprahensus est, & in mare deiectus. Seruandum autem in missione sortium, vt ius sit æquale partium, ne aliter

pi.

preiudicium generetur, vt non mittantur sine causa, hoc enim vanum esset, sed quando consideratis circumstantijs rerum & personarum, prudentia dicat, litem, aut aliud negotium sorte dirimendū esse. Dictis casibus, ex Augustini sententia in Episto. 180. ad Honoratum, annumerari potest, si inter ministros Ecclesiæ fieret disceptatio, qui eorum persecutionis tempore manere deberent ne fuga esset omnium, & Ecclesia omnino relinqueretur, & qui fugere deberent, vt aliqui in futurum reseruarentur pro Ecclesiæ utilitate, sorte lis finienda est. Idem posset esse casus, si tres aut quatuor tempore pestis curam haberent, & non omnes vellent periculum subire, nec etiam Ecclesiæ expediret. Mos autem capiendi sortes ex vrna, vel situla, vel hydria aquæ, antiquissimus est, vt patet ex illo Plauti in Casina, vbi senem Virginis amatorem postquam id quod cupiebat, à seruo impetrare non potuit. inducit ita loquentem.

*Intro abi, atque actutum uxorem hanc
euoca, ante ades cito.*

*Et situlam huc tecum afferto cum aqua,
& sortis.*

ff 2 Secunda

Secunda concl. *In electionibus Ecclesiasticis non est licitum uti sortibus.*

CAP. Ecclesia vestra, de Sortileg. & can. Non statim. & cap. Non exemplo 26. q. 2. & hæc est communis tam Theologorum quam canonistarum sententia. Et ratio redditur, quia huiusmodi electiones spiritus sancti inspiratione fieri debent. Et si forte aliqua fieret electio, aut nulla effer, aut certè cassanda. Panormit. & alij in d. c. Ecclesia vestra. Si quis obijciat Actor. i. S. Mathias forte ad Apostolatam electus est: ergo potest electio in Ecclesiasticis forte fieri. Respondet S. Hieron. super Ionæ i. cuius verba referuntur 26. q. 2. c. Non statim debemus sub exemplo Ionæ fortibus credere, vel illud de actibus Apostolorum huic testimonio copulare: vbi forte in Apostolatam Mathias eligitur: cum privilegia singulorum non possint legem facere communem.

Tertia concl. *Sortes consultoria, quoad expectatur iudicium à Deo, & quoad in eum recurritur pro cognitione eventus futuri, est licita.*

PRouerborum. 16. Sortes mittuntur in d. num, sed à Domino temperantur. Quando enim humanum non superest auxilium tunc ad diuinum recurrendum. 22. q. 1. c.

Quæritur. Nemo debet tentare Deum suum, dum habet, quod rationabili consilio faciat. & 23. q. 8. c. Si nulla. Ad idem facit illud 2. Paral. cap. 10. Cum ignoramus quid agere debeamus: hoc solum habemus residuum, ut oculos ad te Domine leuemus. Idem clarius habetur 26. q. 2. c. Non exemplo Mathiaz, vel quod Ionas Propheta indifferenter apprehensus sit, indifferenter sortibus est credendum, cum privilegia singulorum communem legem facere non possint. Si qui tamen necessitate aliqua cõpulli Deum putant sortibus exemplo Apostolorum esse consulendum: Videant hoc ipsos Apostolos non nisi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fuis egisse. Ut autè in casu huius conclusionis licitum sit uti sortibus, quatuor sunt consideranda ex S. Thoma loco cit. S. Antonin. Angel. Syluest. Panorm. & alijs. Primum, ut absque necessitate non recuratur ad sortes, aliàs esset tentare Deum. Secundum, ut quis etiam in necessitate absque reverentia sortibus non utatur, ut patet ex d. c. Non exemplo. Tertium, ut non pro rebus terrenis, sed pro spiritualibus & ad salutem pertinentibus fiat recursus ad sortes, ut habetur ex Augustino ad inquisitiones Ianuarij ep. 119. tom. 2. 26. q. 2. c. Hi qui de paginis euangelicis sortes legunt, & si optandum est, ut id potius faciant, quam ad dæmonia con-

fulenda concurrant: tamen etiam ista mihi displicet consuetudo, ad negotia secularia, & ad vitæ huius vanitatem propter aliam vitam, loquentia oracula diuina velle conuertere. Quartum: vt non fiat in electionibus Ecclesiasticis, quæ Spiritus sancti inspiratione fieri debent. Vnde dicit Beda cap. 1. in Acta Apostolorum. Matthias ante perthe. costet ordinatus forte quæritur, quia scilicet nondum erat plenitudo Spiritus sancti in Ecclesiâ effusa. Septem autem Diaconi postea non forte, sed electione discipulorum sunt ordinati.

Quarta concl. *Quando contentio esset de electione aliquorum, nec esset cura humana dirimendi litem, utpote quia esset paritas utrique in omnibus, scilicet votu, doctrina & meritis, & ambo moraliter essent æque digni: tunc litem sorte dirimere non esset illicitum, si debita conditiones seruentur, vt exitus rei à Deo expectatur prout orationibus eo modo quo D. Matthias electus est iuxta d.c.*

NON exemplo. Glossa & Turcrem. in cap. Quod autem. 26. q. 2. Aurea armilla in verb. Sors, & alij alibi.

Quinta concl. *Licitum est uti sortibus in electionibus ad temporales & secularia*

lites dignitates, que ad terrenam dispositionem ordinantur.

HANC Conclusionem communiter DD. citati tenent. Tamen in tali electione gubernandum, vt prius electis quibusdã idoneis deinde fors mittatur: Alias si imprudenter fieret, & cum periculo boni communis, & iustitiæ, utpote quia fors caderet in aliquem ineptum, qui damno esset Reipublicæ: culpa non careret. Olim apud Romanos, iudices equitum ordine per sortes eligebantur, prætoræ urnam mouente, & si qui ex illis reiciebantur, iterum subfortiebantur alij in eorum locum, vt videre est apud Ciceronem in oratione in Pisonem, & Panormit. in cap. fin. de Sortileg. id vsurpari attestatur, quod seculares eligant officiales in multis locis per ballotas, & breuia.

Sexta concl. *Sors diuinatoria, quæ mittitur societati Demonum explicitè vel implicitè, est damnata & reprobata.*

EZECHIEL. 21. Rex Babylonis stetit in biuio, in capite duarum viarum diuinatione quærès, cõmiscens sagittas interrogauit Idola exta consuluit: & in 26. q. 3. can. Sortes, dicitur: Sortes, quibus cuncta vos vestris discriminatis prouincijs, quas patres damnauerunt, nihil aliud quàm diuinationes & maleficia

decernimus. Quamobrem volumus omnia illas damnari, & vltra inter Christianos nominari, & ne exercentur, anathematibus interdicto prohibemus. De hac conclusio-
ne non dubitant nec Theologi, nec Canonisti. S. Thom. in d. art. ad 3. iudicium ferricandentis, vel aquæ feruentis ad sortes reducit. Probatio ferri candentis & similibus ordinatur ad alicuius peccati occulti inquisitionem per aliquid, quod ab homine fit, & in hoc conuenit cum sortibus. In quantum tamen expectatur aliquis miraculosus effectus a Deo, excedit communem sortium rationem. Vnde huiusmodi iudicium est illicitum, & quia ordinatur ad iudicanda occulta, que diuino iudicio reservantur, & quia diuina auctoritate non est sancitum. 2. q. 5. cap. Confuluisti. Eadem videtur ratio de lege duellorum seu monomachiarum, nisi quod plus accedit ad communem rationem sortium, in quantum non expectatur ibi miraculosus effectus nisi pugiles sint impares virtute vel arte. De duello vide textum cum DD. de purgatione vulgari. cap. Cura suscepti. & 2. q. 5. can. Monomachiam, & Caietanum ad longum in S. Thomam 2. 2. quæst. 95. artic. 8. Concil. Trident. sess. 25. cap. 19. de Reformatione.

LEX. IIII.

Forum est scientia punienda, & seueris meritis legibus vindicanda, qui magicis accincti artibus, aut contra salutem hominum moliti, aut pudicos animos ad libidinem deflexisse deteguntur. Nullis vero criminatibus implicanda sunt, que sita humanis corporibus remedia: aut in agris locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemijs metueretur imbres: aut ventis & grandinis lapidatione quaterentur, quibus non cuiusq. salus, aut estimatio laederetur: sed quorum proficit actus, ne diuina munera & labores hominum sternerentur.

THEODOSIANVS rectius posteriora verba ponere videtur (sed quorum proficerent actus, ne diuina munera & labores hominum sternerentur) imò in Cod. illud (ne) in antiquioribus impressionibus, saltem non habetur.

Hæc L. cum satis multos effectus magis & maleficis attribuat, in primis breuibus, quæ literam concernunt, percurrenda sunt. Deinde mouendæ quæstiones occurrentes & resoluendæ.

In Superioribus actum est, vt plurimum

Ff 5 de cis,

LEX

de eis, quæ spectant ad magiam diuinatricem quæ autem in hac L. continentur conuertuntur artes magicas operatrices.

Sicut bonæ scientiæ ad ornamentum utilitatemque Reipub. sunt promouendæ: ita malæ, cum tendant ad interitum communis salutis, merito legibus sunt vindicandæ, iuxta præsentem Legem.

Magicis artibus accincti malefici, mirabilia & humanam naturam excedentia operantur. Malefici dicuntur bene accincti diabolicis artibus: quia eis utuntur tanquam armis quibusdam, ad impugnandum alios. Possunt & dici accincti in alio sensu: quia se promptos expeditosque exhibent, ad actiones malas, pro Diaboli voluntate.

Magiæ veritæ vanitates artes dicuntur, quia ex præscripto Dæmonum aut suorum ministrorum, certis ritibus & modis exercentur. Artem igitur magicam aut maleficam intelligimus, cognitionem, experimentum & exercitium diabolicarum operationum. Ars enim est potius habitus operatiuus, quam speculatiuus, ut docent Aristot. lib. 6. Ethicæ & S. Thomas 1. 2. q. 57. art. 3. Quare qui opera diabolica exercent, artem magicam exercent dicuntur. Nec est de ratione artis, ut quidam sentire videntur, ut ex libris addiscantur, quando improbant maleficas nullas scire artes, eo quod libros non habeant, imo ut præ-

rimus

rimum legere nesciant. Sunt enim artes liberales: ut Grammatica, Poetica, Rhetorica & ceteræ. Sunt etiam mechanicæ: priores ex libris addiscuntur: posteriores communiter ex instructione magistri: & inter has quædam sunt vilissimæ; ut vendere sal, oleum & huiusmodi similia. Bartol. in L. Ne quis. C. de dignit. lib. 12. Berthac. in repertorio. Verbo Ars. Ars magica refertur inter artes veritas & reprobata; quare dicitur legibus odiosa. C. de thesaur. L. Vnica. lib. 10. Reprobata autem sunt, quia earum magister Dæmon est, qui eas docet vel immediate per se, vel mediate per suos ministros. Nec longum tempus ad discendum requiritur, cum ipse mille artifex sit; breuissimo tempore suos docet facere mirabilia quæ humanum ingenium superant. His addere possumus, maleficas etiam dici artes in alio sensu familiari non solum grammaticis, sed etiam legibus: arsenim significat astutiam, dolum, & fraudem ac singularem nocendi malitiam. can. Quicumq;. 22. q. 5. Quacunq; arte verborum quis iuret, Deus non decipitur: & C. de his, qui ad statuas confugiunt. L. 1. Si probati fuerint artibus suis (Glossa ibidè, id est, malitijs) inuidiam inimicis creare voluisse. C. de præscrip. triginta vel quatragesima annorū L. Omnes. Omnes nocendi quibuslibet modis artes omnibus amputantes. C. de suffragio. L. 1.

Si artibus

Si artibus moram nectant. Magicæ artis nomine rectè ergo intelligere possumus insignem nocendi studium, aut decipiendi malitiam, aut fraudem & dolum. Quid enim ex his omnibus desideratur in maleficis? Discipulis equuntur præscriptum magistri, qui abundat malitia, nequitia, fraude & dolo.

Præterea circa illa verba L. (Nullis verbis criminationibus implicanda sunt quæstiones humanis corporibus remedia: aut in agris locis innocèter adhibita suffragia, ne matutinis vindemijs metueretur imbres, &c.) Notant plerique Doctores Bart. Salyc. Godefrid. Azo & alij, incantationes ad finem boni, de lege civili esse licitas; Non autem de iure canonico, & in foro conscientiæ. Sed infra hoc dictum examinabitur. Angelus verò dicit. Nota, hic posse incantari grandines ut non nocent: & intellige, in virtute diuina, non per inuocationem Dæmonum: quia istud est prohibitum omni iure.

Obseruandum quoque, antiquis temporibus maleficos consueuisse sua maleficia & incantationes in agris, siluestribus & occultis locis exercere: ut nunc etiam faciunt. Causas autem huius rei assignauimus in superiori tractatu. Quas cæteris latius explicat Paulus Grillandus lib. 2. de Sortileg. q. 4. Iodocus Damhauderus in pract. crimin. c. 61. numero 119.

Circa finem L. considerandum est, quod maleficorum opera, diuina munera & labores hominum prosterantur & perdantur. Fructus terræ sunt diuina munera: quia etsi homo plantet, Deus tamen incrementum dat, ut crescant pro conseruatione hominum. Et sunt labores mortalium: Quia homo operibus manuum suarum terram fodit, serit semina, & agros vineasque colit. Vnde in sacris literis fructus dicuntur etiam opera manuum. Aggæi 2. cap. Percussi vos vento vrenti, & grandine omnia opera manuum vestrarum. Iob. 1. Opera manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra. Sternuntur autem munera diuina, & labores hominum, quando malefici cooperantibus Dæmonibus aut messem in herbis perdunt, aut iam flori propinquos segetes grandine, pruina, aut intempertius imbribus lædunt, ne labores hominum debitum fortiantur effectum: aut grandinis lapidatione fructus iam colligendos excutiant, vel etiam vineas vis maturefcentibus inutiles reddunt. Perduntur enim labores hominum, quando ferè integro anno homines laborarunt, omnem substantiam impenderunt, & cum fructus iam propemodum maturi impediuntur, ne suum effectum consequantur. Hæc circa literæ explicationem sufficiant.

An malefici possint animos ad amorem deflectere ac mouere, vt lex Constantini hoc in loco inuit?

IOANNES VVierus lib. 3. de præstigijs Demonum, cap. 38. fugillat Imperatorem in hac L. quòd arte magica amorem conciliari fenserit.

In primis ex fidei principijs præsupponendum est, diabolum non posse efficaciter cogere liberam hominis voluntatē ad peccatum, vt S. Thom. 1.2. q. 80. artic. 2. & 3. ostendit. Mouetur autem homo indirectè à Diabolo ad peccandū, qui tanquàm potentior creatura, potest agere in materiā corporalem, & sensum vel interiorem vel exteriorē aliquando immutat: aut de nouo sensibile aliquando formando, aut formatū sensui obijciendo, vt spiritus humores intus comouendo. Cum autem summa sit cōiunctio inter potentias sensitivas & rationales, motus sensitiuus, indirectè mouentur rationales. Sic Diabolus, quando vult animū ad libidinē deflectere, aut ad odiū mouet exteriorē hominem causis intrinsecis deinde obiectum proponit sub ratione boni vel pulchri, vt ametur appetaturq;: aut sub ratione mali & deformis, vt efficiat horrorem & odium, & hoc modo indirectè per modum persuadentis & proponentis obiectum vt ap-

petr.

petendum, aut fugiendum, desleat animū ad libidinē, aut odium: voluntas autē manet libera, licet aliquo modo trahatur, iuxta illud: Trahit sua quemque voluptas. His præmissis statuitur, Conclusio resolutoria.

Magi & malefici possunt animos pudicos ad libidinem & amorem deflectere, & verissime Constantinus Imperator in d. L. attestatur.

Hæc est communis rectè sentientium Theologorum & Iurisperitorum doctrina. Probat in primis ex alijs II. leges tradunt esse venena & pocula amatoria. L. 3. §. Adiectio. ff. ad L. Corneliam de Sicarijs: & ff. de pœnis. L. Si quis aliquid. §. Qui abortionis, aut amatorium poculum. Atq; has leges sequuntur Iurisperiti in d. II. & alibi. Albericus in Rubr. C. de hæretic. numer. 6. Azo in hoc tit. de malefic. & mathematic. Bonitac. de Vitalinis in tractat. de maleficis. Godefrid. in præfenti L. Angelus ibidem rectissimè admonet his verbis. Nota, per incantationem animū mulierum ad libidinē flecti, & ideo non traheris, cum audis istas facturas fieri, quia veræ sunt. Paulus Grillandus de Sortilegijs quæst. 3. & quæst. 12. Oldradus de Ponte in consil. 210. incip. Regularis habet traditio. Panormitanus in cap. In tabulis de Sortilegijs numero 4. Ioannes ab Anania ibidem in Rubrica. Petrus Ancharanus ibidem in c. Ex tuarum, Et in lib. 6. de hæret. cap.

cap. Accusatus. §. Sanè: Hostien. in summa de Magistris. §. Quam scientiam. Franciscus Squillacensis de fide Catholica cap. 8. & alibi. Theologi sequuntur: S. Hieron. super Nahum 3. cap. Attribuit maleficijs & incarnationibus, quod faciant amare ea, quæ odiffe debuerant: & detestari, quæ amare debebant. S. Thom. & Bonavent. in 4. senten. d. 34. Petrus Paludan. ibidem. Turcrem. in 33. q. r. c. Si per fortiaras. Doctores mallei maleficarum 1. par. q. 7. Alphons. Castrensis lib. 2. de iusta hæretic. punitione, cap. 15. Michael Medina lib. 2. de recta in Deum fide cap. 7. & alij alibi. Ratio ducitur ex sacris literis, & experientia. Dæmon, omnium rectè sententia iudicio, potest incendere hominem ad libidinem: Qua ratione dicitur spiritus fornicationis. Osee 4. vt annotat Casian. collat. 7. cap. 32. Ergò non potest alienum esse à magis & maleficijs: quia hi Dæmonum potestate perficiunt maleficia. Ad hanc materiam faciunt exempla, atq; illud in primis de S. Cypriano memorabile est. Cum enim S. Iustinus Antiochiæ frequentaret Ecclesiam, visa est quodam scholastico nomine Agladio, qui virginis pulchritudinem incidit in eius amorem, eamq; in vxorem petijt: quæ cum omnibus ob eam causam aduentantibus diceret quod Christo cœlesti sponso desponsata esset. Iratus cum aliud medium non occurreret

adijt ad Cyprianum tum adhuc Magum, promittens ipsi deo talenta auri, vt Iustinam maleficijs caperet: Cyprianus magicis artibus Dæmonem accersit, & ait illi: amo virginem de Galilæa (Christiani enim tunc vocabantur Galilæi) potes ne ei persuadere & adducere mihi? Qui promisit ei dicens: Accipe hoc medicamentum, & sparge circa domum eius, & ego superueniens paternum sensum ei inijciam, & statim obediet mihi. Cumque Cyprianus ita fecisset, sancta virgo tertia nocte hora surgens ad orationem, sensit impetum Dæmonis. Signauit itaque se, & domum suam signo sanctę Crucis, & Dæmonem in fugam conuertit. Qui veniens ad Cyprianum confusus, & cur virginem non adduxisset requisitus, ait: Vidi quoddam signum Thauliterum Cyprianus arte magica alium Dæmonem fortiorem vocauit, & simili modo fecit, & similiter eidem accidit. Tandem vocauit Dæmonem superiorem, & ait illi: quæ nam est vestra infirmitas? victa est ab vna virgine omnis vestra virtus? Respondit Diabolus. Nunc adducam tibi eam ad desiderium, tu tantum paratus sis. Tunc Diabolus in specie virginis ad Iustinam intrauit, & sedens super lectum eius eandem tentando dixit: Hodie missa sum à Christo ad te, viuere tecum in castitate: Multum autem te video vexatam abstinentia. Sancta autem virgo

dixit: merces autem multa, labor vero modicus. Dixit ei Diabolus. Deus in Paradiso benedixit Adam & Euam, dicens. Crescite & multiplicamini. Si ergo in virginitate manserimus, in iudicium incidemus, quod verbum Dei contemnimus. Tum virgo turbata surrexit, & per spiritum leuit quærens esset, qui ei loqueretur, signo crucis se legitur: quo facto Dæmon disparuit, & Cypriano confusus apparuit. Qui dixit ei: & victus es, vt ceteri subiecti tui? Quomodo enim victi estis ab vna virgine Christiana? Dic mihi quæ sit virtus victoriæ eius, qui respondit, dicere tibi non possum: quod eundem vidi terribile signum Thau. Si autem virtutem huius signi vis cognoscere, iurasti mihi quod nunquam velis à me discedere. Qui cum iurasset, ait illi. Vidi signum crucis fixi, & Thau: & sicut cera à facie ignis fluxi.

Cui dixit Cyprianus. Ergo crucis signum maior est? Qui respondit: etiam maior omnibus est: quia desertores Dei accipiunt ab eo sententiam ignis: Cyprianus autem ait. Festinabo igitur, vt amicus siam crucis signi, ne talem pœnam incurram. Diabolus respondit. Iurasti namque mihi. Cyprianus ait. Contemno te, & omnes fumigantes virtutes tuas, meque ipsum tibi denego, & te

confignans dico: Gloriam tibi do Christe, & tu Dæmon recede à me. Abijt ergo Diabolus confusus. Cyprianus verò errorem suum agnouit, & propulauit, fraudemque & seductionem diuinam, libris magicis in ignem coniectis, Vulcano dicauit: & per eam virginem, scilicet Iustinam, Christo pulcherrime desponsatus, sacraque Christianorum complexus est, paulatim in præbiterum ordinatus, mox ad Episcopatum promotus, doctrina & conuersatione clarus, contumacitate virtuti martyrium adiunxit. Huius historiæ meminit Nicephorus Callistus lib. 5. historiæ Ecclesiasticæ cap. 27. Ad eundem scopum illustre est, quod narrat S. Gregorius lib. 1. Dialogor. cap. 4. Eo (ait) tempore, quo malefici in hac sunt vrbe Romana deprehensi, Basilus (qui in magicis operibus primus fuit) in monachico habitu Valeriam fugiens petijt. Qui ad virum reuerendissimum Castorium, Amirtinæ Ciuitatis Episcopum pergens, petijt ab eo, vt eum Equitio Abbati committeret, ac sanandum monasterio illius commendaret. Tunc ad monasterium venit Episcopus, secumque Basilium monachum adduxit, & Equitium Dei famulum rogauit, vt eundem monachum in congregatione susciperet. Quem statim vir sanctus inruens, ait. Hunc quem

mihî commendas, pater: Ego non video me-
nachum esse, sed diabolum. Cui ille respon-
dit: occasionem quæris, ne debeas præstare,
quod peto. Ad quem mox Dei famulus di-
xit. Ego quidē hoc eum esse denuncio, quod
video: ne tamen me nolle obedire exillime-
facio quod iubes. Susceptus itaque in mona-
terio est. Post non multos vero dies idem De-
famus, pro exhortandis ad desideria super-
na fidelibus, paulo longius à cella digressus
est. Quo discedente contigit, ut in monaste-
rio virginum, in quo eiusdem patris cura ve-
gilabat, vna earum, quæ iuxta carnis humanæ
putredinem speciosa videbatur, febricitare
inciperet, & vehementer anxiosi, magnique
vocibus cum stridore clamare: Modo mori-
tura sum, nisi Basilius Monachus veniat, &
ipse mihi per suæ curationis studium salutem
reddat. Sed in patris absentia accedere quod
piam monachorum in congregationem Vir-
ginum non audebat: Quantominus ille, qui
nouus aduenerat, cuiusque vita adhuc con-
gregationi ignota erat. Missum repente est, &
Dei famulo Equitio nunciatū, quod sancti
monialis illa immensis febribus æstuaret, &
Basiliij Monachi visitationem anxie quæreret.
Quo audito vir sanctus dedignando subrisit,
atque ait. Nunquid nam dixi, quod Diabo-
lus est iste, non monachus? Ite, & eum de cella
expellite: sanctus autem vir ancillam dei mo-
nialem

nialem absens solo verbo curauit, ita ut ne-
que amplius febris laboraret, nec Basilius ex-
petere. Omnes autem monachi iussione
patris sui implentes, eundem Basilius ex
monasterio repulerunt. Qui repulsus dixit
frequenter, se cellam Equitij magicis artibus
in aëra suspendisse, nec tamen eius quempiam
trahere potuisse. Basilius autem non post lon-
gum tempus in Romana vrbe, exardescente
celo Christiani populi, igne crematus est. Hęc
ex Gregorio. Haud dissimile narrat B. Hiero-
nymus in vita S. Hilarionis. Erat enim iuue-
nis Emporij Gazensis, qui virginem deperi-
bat, id est, vehementer amabat. Qui cum fre-
quenter tactu, iocis, nutibus, sibilis, & cete-
ris huiusmodi, quæ solent morituræ virgini-
tatis esse principia, nihil profecisset, perrexit
Memphim. Anno elapso magicis artibus in-
structus, ab AEsculapij vatibus redijt, & sub-
ter limen domus puellæ tormenta quædam
verborum, & portentosas figuras sculptas in
æris Cyprij lamina defodit, & ilico amore in-
sanire virgo, & amictu capitis abiecto, rotare
crinem, stridere dentibus, inclamare nomen
adolescentis: magnitudo quippe amoris eam
in furorem verterat. Perducta ergo à parenti-
bus in monasterium seni traditur, vlulante
statim & confitente Dæmone. Vim sustinui,
inuitus sum abductus: quam bene Memphis
somnia homines deludebam? O cruces

O tormenta, quæ patior. Exire me cogis, & ligatus sub limine teneor. Non ex eo, nisi me adolescens, qui tenet, dimiserit. Tunc senex: Grandis, ait, fortitudo tua, qui licio & lamina strictus teneris. Dic, quare ausus es ingredi puellam Dei? ut seruarem, inquit, eam virginem. Tu seruares proditor castitatis? Cur non potius in eum, qui te mittebat, es ingressus? ut quid, respondit, intrarem in eum, qui habebat collegam meum amoris Dæmonem? Noluit autem sanctus, antequam purgaret virginem, vel adolescentem, signa iubere perquiri, ne aut solitis incantationibus recelsisse Dæmon videretur; aut ipse sermoni eius accommodasse fidem: Asserens fallaces esse Dæmones, & ad mulandum esse callidos: & magis reddita fide nitate increpuit virginem, cur fecisset talia, per quæ Dæmon intrare potuisset. Hæc Hieronymo. His accedunt Poëtæ & naturaliales, qui faciunt mentionem de Philtrum & Hippomane. Ouidius lib. 2. de amandis.

Philtra nocent animis, vimq; fauoris habent.

Et Propertius lib. 4. in Ienam quandam.

*Consultuit striges nostro de sanguine, & in me,
Hippomanes fœta femina legit equa.*

Iuuenalis Satyra 6.

*Hic magicos adfert cantus, hic Thessala vendit,
Philtro, quibus valeant mentem vexare mariti.*

Hippomanes à Doctis refertur inter veneficia amatoria, & est caruncula quædam, quæ in pulli equini fronte consurgit, quæ in puluerem conuersa ad amorem concitandum dicitur efficacissima. De Hippomane agunt Aristoteles de natura animantium lib. 6. cap. 22. Plinius lib. 8. hystoriæ naturalis cap. 42. & Serenus lib. 3. Georgicorum in illud Vergilij.

*Hinc demum, Hippomenes vero quod nomine dicunt
vafros.*

Dicit Aristoteles quod Hippomanes percipitur à veneficis mulierculis. Philtrum autem latinè dicitur amatorium, unde Philtrum communiter vsurpatur, pro genere veneni, amorem & insaniam inferentis: & sic tradunt frequentissimè hominem ad furorem & insaniam concitare: & aliquando sequitur mors. Quare Doctores quando agunt de pœna propinantis poculum amatorium, distinguunt, an sequatur mors, vel non. Ut infra q. 3. Id tamen obseruandum est, quod licet quædam naturalia vim habeant ad accendendum libidinem, & commouendum animos in genere; non tamen eis inest naturalis vis, ut

in hanc personam potius animus feratur, quam in illam: sed hoc contingit operatione Demonis, qui cum mago aut malefico ex pacto concurrat ad procurandum amorem in illa persona, in cuius perniciem maleficus sua signa dirigit. Tamen hoc etiam annotandum est, ut Michael Medina loco citato tradit, quod est differentia inter ea veneficia amatoria, quæ à verbis: & ea, quæ à potionibus, aut rebus descendunt: quod priora minus sunt periculosa, utpote quæ tantum diabolica suggestione imaginationem perturbent: Posteriora autem præter hanc inuasionem, etiam corporali æstro libidinis vexent, & ita plerumque insania comitentur.

QVAESTIO SECVNDA.

De veneficijs & poculis amatorijs:

Ansapiant hæresim, vel spectent ad peccatum hæresis pocula amatoria?

DISPVTANT Doctores ut plurimum locis citatis in principio superioris q. Protermini intelligentiâ, nota (sapere hæresim) nihil aliud esse, quam vehementem hæresis suspicionem præbere. Vnde quandocumque aliquod factum, aut dictum grauem presumptionem hæresis offert, hæresim sapit. Deinde in maleficiorum distinctione & cognitione voluntas intentioque inspicienda est:

quid operans intendat, quis eius sit finis, quam fidem habeat in applicatione rerum, quibus utitur. Aliquando enim adhibentur naturalia, quæ nullam habent efficientiam in ordine ad effectum producendum: aliquando sacramenta & sacramentalia, quibus etiam nullus inest effectus ad tam sceleratam finem. Nunc pro resolutione, quum varietas rerum efficiat decisionis diuersitatem, fit.

Prima concl. *Si sortilegia amatoria nascant, ut in illis adsit inuocatio Demonis per modum adorationis, aperte sapiunt hæresim.*

OLDRADVS in consil. 210. Grilland. in q. 10. de Sortilegijs, & alij vbi supra.

Secunda concl. *Etiam si non fiant per modum adorationis, modo in talium maleficiorum exercitio expetatur, & expetitur à Demone aliquid, quod soli Deo facere conuenit, sapiunt hæresim.*

Quia tribuitur creaturæ quod Deo debetur.

Tertia concl. *Si inuocetur simpliciter Demon ad tentandum pudicitiam hominis, licet grauissimum sit peccatum superstitionis, non tamen sapit hæresim.*

CONCLUSIO est cōmunis Doctōrum. Ratio : quia in casu huius conclusionis tribuitur Diabolo, quod eius propriū est, scilicet licet tentare, vnde tentator dicitur, Math. 4.

Quarta concl. Ab illis, qui amatoris maleficia exercent, inquirendum est cum diligentia, an credant maleficia, aut Dæmonem posse cogere alicuius viri, vel semina & voluntatem ad amorem inhonestum.

QUOD si hoc credant. vehemens est hæresis suspicio, & si instructi de veritate acquiescere nolint, tanquam hæretici sunt habendi. Quia credere, hominis voluntatem à Dæmone, aut malefico efficaciter cogi ad amandum aliquem, vel aliquam: hæresis est aperta. Cum repugnent libertati à Deo nostræ voluntati indite. Si enim voluntas à Dæmone cogitur ad aliquem amandum, iam non est libera, nec in manu consilij sui, secundum Salomonem in Ecclesiast. 15. cap.

Quinta concl. Omne maleficiū, quod exercetur per commixtionem alicuius sacramenti, aut rei sacramentalis, reddit ipsum operatorem de hæresi suspectum.

HANC conclusionem tradunt Patrum in cap. I. de Sortilegijs ex Glossa lib. 6. de hære

hæret. cap. Accusatus. §. Sane. & Alphonsus Castren. loco citato, contra Oldradum & Grillandum. Ratio clara est. Sapere hæresin nihil aliud est, quam fortem præbere hæresis suspicionem. Quis autem ad tam abominabilem usum res sacras adhiberet, nisi aut effectum habere existimet, aut nullius esse momenti iudicet, & sic contemnat mysteria nostræ salutis: quæ an non sapiant hæresin, quitque æquus rerum æstimator facile anuaduertet.

QVAESTIO TERTIA.

Quæ sit pœna præbentis poculū amatorium?

VT huius quæstionis resolutio fiat, prænotandum: quod quando poculum amatorium præbetur; aut sequitur mors, aut non sequitur. Præterea aut tale poculum sapit hæresin, aut non. Tandem aut componitur ex naturalibus medijs, sine vlla arte Diaboli: aut magica arte efficitur tale poculum.

Prima concl. Quando poculum amatorium conficitur tali modo, qui sapit hæresin, punitur pœna hæresis.

GRILLAN. in tract. de Sortileg. q. II. Menochius casu 388. num. 4. Petrus Gregorius Tholosanus in 3. parte Syntagmatis iuris vniuersi lib. 34. cap. 12. nu. 9. Ratio clara est: quis

quia pœna sequitur naturam delicti, & eidem commensuratur.

Secunda concl. *Dans poculum amatorium ad malum finem, si ex eo mors sequatur, quomocumque sit compositum tale poculum, punitur pœna mortis.*

Sic scribit Petrus Crinitus in lib. de Poëtiis latinis cap. 19. quod Lucretius assumptum poculo amatorio ita furore percitus sit, ut propria manu mortem sibi intulerit. Et Plinius lib. 25. naturalis historiae. cap. 3. narrat de Lucullo, quod hausto poculo amatorio, vitam finierit. Dicta conclusio constat ff. de pœnis. l. Si quis aliquid ex metallo. §. Qui abortionis. ubi expresse decernitur, quod si mulier ex poculo abortionis, vel amatorio, aut vir pereat, ultimo supplicio dans afficiatur. Ibidem Bartol. Grilland. de Sortileg. q. 12. Damhauderius in practica criminali cap. 61. numero. 88. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. qq. cal. 358.

Tertia. concl. *Si quis arte malefica & magica animum hominis ad amorem illicitum deflectat, pœna ultimi supplicij punitur, etiam si mors non sequatur, si solum in d. l. Eorum.*

PROBAT Grilland. q. II. numero. 7. Quia dicta l. æquiparat, quantum ad pœnas, il-

los maleficos, qui flectunt pudicos animos ad libidinem, & illos qui contra salutem hominum molliuntur, & statuit eos severissimis legibus vindicandos. Eandem conclusionem docent Menoch. lib. d. casu 388. num. 5. & Petrus Gregor. loco cit. num. II. Ratio est etiã in promptu. Quia arte magica & diabolica uti, tam secundum legem diuinam, quã civilem, capitale est: ut intrã latius patebit in l. Nemo Aruspicem.

Quarta concl. *Præbens poculum amatorium absque arte magica, si mors non sequatur, punitur extraordinarie ad iudicium iudicis, pro varietate circumstantiarum occurrentium.*

MENOC H. in d. casu. 358. & Petrus Gregor. loc. cit. & alij alibi. Ratio est: quia tentant pudicitiam, quæ res est turpissima, & pessimi exempli: olim tamen, ut clarum est ex text. & Glof. in d. l. Si quis aliquid ex metallo. §. Qui abortionis. De lege civili humiliores in metallum damnabantur, honestiores in insulam, amissa etiam parte honorum, relegabantur. Et quia hisce temporibus pœnae relegationis & effodiendi metallum in usu non sunt, iudicis arbitrio talis puniendus est.

QVAESTIO QVARTA.

An malefici possint inducere pluuia, tempestates, grandines & similia meteorologica, quibus fructibus aut seminibus nocent, ut d. L. significat?

IOANNES VVierus libro sexto de praestigijs Dæmonum. cap. 27. & alibi, dicit Christianum Imperatorem in his locum non quasi ipse crediderit, vel alios credere voluerit, eiusmodi miracula siue calamitates ab hominibus per malas magicasque artes edicac perferri; sed ita potius accipienda, quasi desumpta & scripta ex opinione vulgi, & secundum communem loquendi formam. Quanquam, inquit, si auctoritatē spectemus, quis est qui ambigat, in hoc negotio iuri diuino summam tribuendam & fidem & reuerentiam? In causis enim definiendis, ijs praefertim, quæ spectant ad animum, cuiusmodi nostra est, dicta patrum & canonum legibus sunt praeferenda. Panormit. in cap. Super illa, de secundis nuptijs, neque leges ipsæ dedignantur sacros canones imitari. Auth. ut cleric. apud proprium Episcop. in fine. Hæc VVierus, quem sequitur Ioannes Georgius Godelmannus Iurisperitus lib. 2. de Legibus cap. 6. à numero. 15. Antequam huic quaestioni satisfiat, ad rei cognitionem quædam sunt præmittenda.

Primum.

Primum. Deo permittente natura corporalis nata est moueri ab angelo, tam bono, quam malo, motu locali, vt tradunt S. Augustin. lib. 3 de Trinit. cap. 8. & 9. & S. Thom. 1. part. q. 110. art. 3. & 1. 2. q. 80. artic. 2. scilicet Theologi in 2. d. 7. Quæcunque ergo solo motu locali fieri possunt, hæc per naturalem virtutem Dæmones (nisi diuinitus prohibeantur) facere possunt. Venti autem & pluuia, grandines, & similes meteorologicae impressiones, ac aëris perturbationes, solo motu vaporum resolutorum ex terra & aqua fieri possunt. Vnde ad huiusmodi procreanda naturalis virtus Dæmonis sufficit: & vt hoc clarius pateat, *Secundo loco præmittendum*, causam efficientem vniuersalem & remotam horum meteorologicorum effectuum, ex Aristotele, Alberto & alijs, in lib. Meteorologicorum, esse calorem solis & aliarum stellarum, quæ lumine & influentia sua agunt in aquam & terram, quæ sunt elementa vaporabilia & ea mouent: mota dant ex sua dispositione naturali vapores; ex quibus generantur impressiones humidæ in aëre, qui aptus est ad recipiendum hos vapores. Eleuantur autem quatuor vapores ex dictis elementis, virtute solis & stellarum. Primus sicus & calidus est, qui ascendens vsque ad summam siue supremam aëris regionem, prope spheram ignis, inflam-

inflammatur, & ex eo generantur impressio-
nes ignitæ. Secundus est calidus & humidus,
qui quando recipitur in prima aëris regione,
quasi semper conuertitur in aërem, nisi in-
tensa aëris frigiditas impediatur: Cum
enim in qualitatibus assimuletur aëri, & in-
habentibus symbolum facilius sit transire
facilimè in aërem conuertitur, ita quod ex eo
rarissimè generetur impressio aliqua meteo-
rologica. Tertius est frigidus & siccus, & hic
efficit ventum & terræ motum. Quartus est
frigidus & humidus, qui ascendens causat
omnes impressiones aqueas: aliquas per con-
densationem, vt rorem & pluuiam: alias per
congelationem, vt pruina, grandinem &
niuem. Vapor autem humidus distinguitur
per subtilem & crassum: ex subtile generatur
ros & pruina: ex crasso reliquæ aqueæ impres-
siones oriuntur. Cum autem non rarè pru-
ina & grandine nostri malefici nocumenta in-
ferant, de his ex naturalib' aliqua aliter sunt
repetenda. Quoniam pruina ex frigiditate
nocturna intensa & acuta generatur, maxi-
mè flante vento Boreali, eius effectus est,
quod mortificet vegetabilia, vt patet omni-
bus ad sensum. Est enim pruina omnino fra-
gida, & tendit ad siccitatem, quæ duo sunt
causa mortis, ex Aristotele in lib. de causa mor-
tæ & mortis: Sicut è contrario ros viuificat
vegetabilia, quoniam temperatè est calidus

& humidus

& humidus. Calidum autem & humidum
temperatè mixta, sunt causa vitæ, vt patet in
villate, quando manè ex nocturno rore om-
nia virescunt. Hæc virtus pruinae patet etiam
ex illo Psalmi 77. Et occidit in grandine vi-
neæ eorum, & moros eorum in pruina. At-
que hinc apparet ratio, quare nostri malefici
& iagæ tempore Veris, quando omnia terræ
nascencia virere & florere incipiunt, & adhuc
teneriora sunt, pruina generent, & sæpius
eo tempore in congregationibus suis scelera-
tis tractatus ineant de generatione pruinae.
Grando fit in nubibus à terra longinquis, e-
leuatis in altum. Cuius generationis causa est
calor, qui est in vapore ascendente à terra &
aqua: quare plùs generatur in partibus &
temporibus calidis, quam frigidis. Quando
enim in aëre est multitudo caliditatis, aperit-
tur nubes ex caliditate, & calor extenditur in
aëre: & ideo totum frigus tanquam contra-
rium calori ab aëre repellitur, & recipitur ad
vnum locum in interiora nubis. Sicut vide-
mus in pane congelato, si igni apponatur,
repente in medio panis frigus colligitur, &
ibi fit durissimus ex congelatione. Sic in nu-
be vndique calefacta exteriùs, frigus contra-
hitur ad interiora. Ac stillæ pluuiæ ventis &
frigore congelantur, & in lapides grandinis
mutantur: & cum sint naturæ aqueæ, conge-
lantur in modum guttarum aquæ, & sunt

Hh

lapilli

lapilli rotundi & parui. Quando autem multæ guttæ conglobantur in vnum, & sequentes cum præcedentibus coniunguntur, fiunt longiores formæ grandines, & excedunt solitam quantitatem, & quandoq; nõ solum bestias, sed etiam quæcunq; terrestria sata & frumenta concutiunt & conterunt. Effectus grandinis in primis est mortificatio fructuum, & nascentium terre, quæ non solum prouenit ex percussione, sed etiam ex frigiditate intensa, quæ est rei viuientis mortificatiua, ex Aristotel. in lib. de causa mortis & vitæ. Deinde vt plurimum fructus illo anno percussos facit amaros: quoniam cum generetur ex calidissima nube, habet aliquid de adulto, quod uas præsertim à grandine tactas adurit, vt patet ad sensum, quando uas necdum maturæ grandinis lapidatione tanguntur, & quatiuntur. Est & aliud notandum in grandine, aliquando si granum diuiditur in medio, habet partes nigras, per modum circuli depicti: cuius ratio est, quoniam habet multum de terrestri impuro, quod vt magis densum tendit ad medium grani, utpote magis graue. Et quod sitibulum multum de terrestri impuro, signum est, secundum Albertum in 2. lib. Meteor. tract. 1. cap. 20. quod aliquando in frustris grandinis inueniuntur pili, paleæ & frustula ligni, quæ eleuauit sol cum uapore humido, qui est

est materia grandinis. Quare aliquando simplices, qui causas rerum naturales ignorant, quando aliquid huiusmodi grandini inclusum animaduertunt, statim suspicantur esse negotium diabolicum, cum tamen sit opus naturale. Inuenimus autem in scriptura, lapsissime Deum Optimum Maximum puniuisse homines grandinis lapidatione. Exod. 9. cap. Extende manum tuam in cœlum, vt fiat grando in vniuersa terra Aegypti, super homines, & super iumenta, & super omnem herbam agri, in terra Aegypti. Extenditque Moyses virgam in cœlum, & Dominus dedit tonitrua & grandinē, ac discurrentia fulgura super terram, pluitque Dominus grandinem super terram Aegypti. Et grando & ignis missa pariter ferebantur, tantæque fuit magnitudinis, quantæ antequam apparuit in vniuersa terra Aegypti, ex quo gens illa condita est. Et percussit grando in omni terra Aegypti cuncta, quæ fuerunt in agris, ab homine usque ad iumentum, cunctamque herbam agri percussit grando & omne lignum regionis confregit. Iosue 10. Cum fugerent filios Israël hostes, misit Dominus super eos lapides magnos, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserrunt filij Israël: Aggæi 2. Percussi vos ventis ventis, & aurigine, & grandine omnia

opera manum uestrarum, & non fuit in uobis, qui reuerteretur ad me, dicit dominus. Sap. 5. Efaïæ 30. & alibi similia habentur de pœna grandinis. Quare nunc etiam non est mirum, hominum peccatis id exigentibus, mediante opera Dæmonum & malorum hominum, permittat grandinis lapidatione non puniri.

Tertium præmittendum. Regula est Theologorum, quam ponit Martinus Arles in tractatu de superstitionibus, & elicitur ex Doctoribus in 2. sentent. d. 7. & 8. & in 4. d. 7. quod malefici, procurante Dæmone, omnibus modis possunt procurare nocumta læsiones, in hominibus & eorum rebus, quibus potest Dæmon lædere: Quia malefici diuina permissione præcedenti, concurrunt cum Dæmone, ad unum eundemque effectum, tanquam causæ partiales, ut alibi dicitur. Brentzium, de concione eius habita de Grandine. Quia clarum est ex Iob. 1. quod Sathane: per pactum enim tacitum aut expressum coniunguntur homo & Dæmon, ad operationem effectuum, homini quidem per se impossibilem. Homo uoluntatis cōsensu concurrat ad actum suas vires superantem, ac procuratum textus clarus indicat, & attestatur quo Dæmonem in auxilium vocat, ut ostendatur suam uoluntatem pessimam. Quod Dæmonem multo maiorem habere actionem tunc immediatè concurrat ad effectum actus. Quare valde malè arguuntur

tantur in hac materia, qui arguunt: homini nec vires suppetunt nec potentia adest, ut guttam aquæ efficere possit; ergo malefici non possunt grandinæ lapidatione, aut in tempestiuis imbribus nocere. Quia malefici concurrunt cum Dæmone, qui potest huiusmodi Meteorologica in perniciem hominū, Deo permittente, excitare: & quando sic cōcurrimus, perinde est ac si nos faceremus, nobisque imputatur ad culpam. Quæ enim per nostros facimus, perinde imputantur, ac si nos faceremus. Quia sic paria sunt, aliquid per se, vel per alium facere. L. Item eorum. §. 1. ff. quod cuiusque uniuers. nom. L. hoc iure. §. 1. ff. de regul. iuris. & L. is damnus. ff. eod. tit. Certum autem est Dæmonem potuisse excitare grandines & tempestates, quamuis VVierus neget, in Epistola ad Ioannem Brentzium, de concione eius habita de Grandine. Quia clarum est ex Iob. 1. quod Sathane: per pactum enim tacitum aut expressum coniunguntur homo & Dæmon, ad operationem effectuum, homini quidem per se impossibilem. Homo uoluntatis cōsensu concurrat ad actum suas vires superantem, ac procuratum textus clarus indicat, & attestatur quo Dæmonem in auxilium vocat, ut ostendatur suam uoluntatem pessimam. Quod Dæmonem multo maiorem habere actionem tunc immediatè concurrat ad effectum actus. Quare valde malè arguuntur

nus ibidem, & alij Doctores, & in Psal. 77. Tradidit grandini iumenta eorum, & possessiones eorum igni. Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationem, immisiones per angelos malos. Apocalyp. 7. Posthæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ tenentes quatuor ventos, ne flarent super terram, neque super mare, neque in ullam urbem. Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vultui: & clamavit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens. Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei in frontibus eorum. Glossa ordinaria in illum locum ait: quatuor illos angelos fuisse Dæmones, Catholica ergo Theologorum & Patrum doctrina est, Deo permittente, Dæmonem posse efficere impressiones meteorologicas, in perniciem hominum. Arguit VVierus in dicta Epist. cōtra hanc Catholicam veritatē. Impium est & idololatriæ conformē, tribuere creaturæ, quod cōuenit creatori. At Deo secundum sacras literas tribuitur, condere & efficere grandinē & pluuiā: Hieremias 9. Nunquid sunt in sculptilibus gentiū, qui pluant? Exod. 9. Dominus dedit tonitruum & grandinem. Iob 38. Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspersisti?

Iosue 10. Agg. 2. his scripturis & similibus videri ostendere studet, & Brentzius, moderatius tamen. Dæmonem non posse procurare ignem, pluuiam, aut grandinem: & ita multò minus posse maleficos & magos. Sed ut robor huius argumenti clarè pateat rudibus, qui distinctionem rerum nō cognoscunt, in simili ostendam solū habere apud indoctos apparentiam, & nihil roboris. Scriptura tribuit Deo, quod sit auctor mortis & vitæ, occidat & viuere faciat, percutiat & sanat. Ergo huiusmodi effectus tribuere hominibus impium est, & idololatriæ conforme. Ergo non est dicendum, quod homo occidat, percutiat, aut medicus vitam conseruet, aut sanat, aut homo sit auctor vitæ, siue parens, & sic de similibus. Antecedens probatur Deuteronomij 32. Videte quod ego sum solus: ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non est, qui de manu mea possit eruere. 1. Regum 2. cap. Dominus mortificat & viuificat. Sapientie 16. Tu es domine, qui vitæ & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis & reducis: & Tobie 13. Magnus es Domine in æternum, & in omnia secula regnum tuum: quoniam tu flagellas, & saluas: deducis ad inferos, & reducis, & non est qui effugiat manum tuam: similia alibi in scriptura habentur. Nunc pro dissolutione huius nodi, notandum est,

quod secundum veram philosophiam, & etiam Theologiam, Deus est prima principalis & independens causa efficiens, sua propria virtute, omnium rerum: sic tamen, ut res creatæ non careant sua virtute agendi, quam Creator in creatione indidit. Quare Deus est factor & fator rerum omnium, & operatur omnia in omnibus: ita tamen, ut creaturae in ordine suo etiam operentur. Est Deus auctor vitæ & mortis. Sol tamen & homo generant hominem, ut rectè auctor Aristot. est, cum concurrant ad vitæ introductionem, & cooperentur. Principalis ergo causa est Deus particulare agens in ordine suo est causa minus principalis. Iam ad argumentum respondetur; Deus optimus Maximus est causa principalis independens, & primaria omnium impulsionum Meteorologicarum, qui causas naturales ad hoc ordinavit, ut hisce effectibus inferantur. Qui etiam pro sua voluntate, cum non dependeat à causis naturalibus, sine his particularibus potest producere propria virtute similes effectus, quod nulli creaturæ cõpetere potest, cum de eius intrinseca & essentiali ratione sit, habere esse cõmunicatum & participatum ab alio, scilicet creatore. Quantum autem ad inditam naturam spiritualium substantiarum, tanta eis data est in creatione naturalis operandi potestas, quæ per peccatum non est diminuta, secundum cõmunem Theologorum

doctri-

doctrinam, ut nulla ei super terram valeat comparari: sicq; ex naturali etiam rerum ordine, cum substantia corporalis, utpote imperfectior, infra spirituale sit quantum ad motum localem: Elementa subsunt operationi Angelorum tam bonorum, quam malorum, ut S. August. in d. Psal. 77. & in 3. de Trinit. cap. 8. & S. Thom. 1. part. q. 110. art. 3. & in c. 1. Iob. & alij Theologi in 2. d. 7. ac alibi docent. Dæmones autem, in productione talium effectuum meteorologicorum, nihil aliud faciunt, nisi Deo permittente coniungunt aut continuant, naturali sibi virtute cõmunicata, causas à Deo ordinatas per motum localem, quod fieri posse constat ex nunc dictis, de potestate Dæmonis, & ex alijs supra in 2. præmissis, de generatione Meteorologicorum. Utuntur ergo Dæmones causis naturalibus ad pluendum, & generandum grandinem, pruina, fulgura, aut ventum à Deo ordinatis aliquando quasi extraordinariè & artificialiter ad pluuiam ventum & similia producendum. His præmissis nunc quæstioni satisfaciendum.

Conclusio responsiva. *Certissimè & nullatenus dubitandum est, maleficas & sagas, cooperatè Dæmone, posse mouere tempestates, intempestiuas imbribus, & grandinis lapidatione nocere hominibus, ut Christianissimus Imperator in L. hac indicat.*

Hh 5

PROBA-

PROBATVR Conclusio. I. Elementa subiacent operationi Dæmonum, ex communi Theologorum doctrina, quantum ad motum localem, vnde ea possunt conturbare. 26. q. 5. can. Nec mirum. Magi sunt, qui vulgò malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur: hi sunt, qui permissu Dei elementa concutiunt: quæ verba Isidor. lib. 8. Ethymolog. cap. 9. ponit, & infra. in L. Multi. verbo. Elementa turbare. Ad huius Constantini L. mentem accedit Innocentius octauus, in bulla præmissa Malleo maleficarum, quæ posita est à Petro Matthæo Iuriconsulto, in 7. Decretalium, in tit. de maleficis & incantatoribus. In hac bulla multi tribuuntur effectus maleficis. Sanè nuper ad nostrum non sine ingenti molestia peruenit auditum, quod in nonnullis partibus Alemanix superioris, nec non in Moguntinens. Colon. Treueren. Saltzburg & Bremen: prouincijs, ciuitatibus, terris, locis & Diœcesibus, complures vtriusque sexus personæ, propriæ salutis immemores, & à fide Catholica deuiantes, cum Dæmonibus incubis & succubis abuti, ac suis incantationibus, carminibus, & coniurationibus, alijsque nefandis superstitionibus, & sortilegijs, excelsibus, criminibus, & delictis, mulierum partus, animalium foetus, terræ fruges, vinearum vvas, & arborum fructus, nec non homines, mulieres, pecora, pecudes, &

alia diuersorum generum animalia, vineas quoque, pomeria, prata, pascua, blada, frumenta, & alia terræ legumina perire, suffocari, & extinguere facere & procurare, ipsosque homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes, & animalia diris tam intrinsicis, quàm extrinsicis doloribus, & tormentis, afficere, & excruciare, ac eosdem homines ne gignere, & mulieres ne concipere, virosque ne vxoribus, & mulieres ne viris actus coniugales reddere valeant, impedire: Fidem præterea ipsam, quam in sacri susceptione Baptismi susciperunt, ore sacrilego abnegare: Aliaque quàm plurima nefanda, excessus & crimina, instigante humani generis inimico, committere & perpetrare non verentur, in animarum suarum periculum, diuinæ Maiestatis offensam, ac perniciosum exemplum ac scandalum plurimorum. Sequuntur Theologi. S. Augustin. lib. 8. de Ciuit. Dei. cap. 19. Isidor. loco cit. S. Thom. in 2. d. 7. & 8. Doctores mallei maleficarum 2. part. q. 1. cap. 15. Syluest. in summa. verb. Maleficiū. Ioannes Nider in fornicario. Alphósus Castrensis lib. 2. de iusta hæret. punitione c. 15. Nicolaus Iaquerius in flagello hæreticorum, & alij alibi. Consentunt Iurisperiti Bartol. Angel. Azo. Salyc. Godefrid. in d. L. Eorum. Bonifacius de Vitalinis in tract. de maleficijs, in cap. de Sortileg. & mathem. Ioan. ab Anania. in cap. 1. de forti-

Sortileg. Paulus Grilland. lib. 2. q. 6. & alibi.
 Ioan. Bodin. lib. 2. de magorum Dæmonomania cap. 8. & in confutatione Ioannis VVieri. Petrus Gregorius Tholosanus in Syntagm. iuris vniuersi, cap. 11. num. 12. & c. 13. li. 34. par. 3. Vlricus Molitor Constantiensis, in Dialogo ad Sigismundum Archiducem Austriæ, cap. 1. & alij alibi. His accedunt sententia etiam Ethnicorum, qui firmiter crediderunt incantationibus nocumenta frugibus & satis inferri. Vnde illa lex 12. tabularum L. 53. extat. Qui fruges excantasset, pœnas daret; neue alienam segetem pellexeris excantando, ne incantando, ne agrum defrugant. VVierus in lib. de Lamijs cap. 12. ad hanc locum sic respondet. Hic & explodenda venit, illa duodecim tabularum lex: Qui fruges excantasset, &c. Nullo siquidem modo incantationum verbis & imprecationibus fruges laedi queunt; sed ne à Dæmone quidem Deo concedente, aut veneficijs, multo minus ex traduci aliud possunt. At huius persuasionis colostrum ex Poëtarum vberibus suxerunt veteres, ad nos quoq; deriuatum. Hęc VVierus. Gudelmanus loco citato num. 17. Respondet. Si legislatores duodecim tabularum cognitionem religionis Christianæ habuissent, hanc certè legem non tulissent, quæ ex libris veterum Poëtarum conscripserunt. Hęc ille. Sed hanc legem 12. tabularum appro-

bant alij magni nominis viri, tam Christiani quam Ethnici. S. Augustinus lib. 8. de Ciuitat. cap. 19. Lodouicus Viues in commentario eiusdem capituli. Franciscus Balduinus Iurisconsultus, & alij in d. L. 12. tabularum. Iacobus Menochius de arbitrarijs iudicium questionib. lib. 2. casu 388. Ioannes Bodin. loco cit. Petrus Gregorius Tholosanus in d. cap. 11. Petrus Mathæus in 7. decretal. in tit. de malefic. & incantator. cap. vltimo in notabili. Lambertus Danaeus in Dialogo de sortarijs cap. 3. & alij alibi. Accedunt prædictis, ex Ethnicis, in confirmationem d. legis, Cicero in li. de Repub. quem ad hunc effectum citat August. Plinius lib. 28. naturalis historie cap. 2. & lib. 30. cap. 1. Eiusdem sententiæ est Vergilius eglota 8. *Atq; sacas aliud vidi tractare messes.* & Ouid. lib. 3. de amore.

Carminelasa Ceres sterilem vanescit in herbam,

Deficiunt laci carmine fontis aque.

Illicibus glandes, cantat aque vitibus vua

Decidit, & nullo poma mouente fluunt.

Neque enim quia Poëtae veritatem dicunt, ideo veritas reiicienda est, nam multa ad hominum vtilitatem cecinerunt. Quare non raro sancti Patres eorum auctoritate etiam vtuntur vt est videre apud August. in lib. de Ciuit. qui illud Vergilij positum loc. cit. adducit. Et apud Eusebium de prepar. Euangel. Hieronimum in diuersis locis, & alios.

Con-

Confirmo legem d. 12. tabularum latid. Sacræ literæ, & sancti canones prohibent incantationem, & ei aliquam vim tribuunt ergo aliquam vim habet incantatio: alius si titulus sit finire, frustra S. literæ & canones sub pœna prohibent. Antecedens confirmatur Deutero. 18. Nec inueniatur in te maleficus, &c. Aut incantator. Psal. 57. Venefici incantantis sapienter. Ecclesiast. 12. Quis miseretur incantatori? Et in can. 26. q. 5. can. Si quis, & can. Nec mirum: & ibidem q. ult. can. Admoneant. Et sancti Patres Augustin. lib. 2. de doctrina Christi. cap. 20. Chryso. serm. 7. de fato: S. Thom. 2. 2. q. 96. art. 2. S. Antonin 2. part. tit. 12. cap. 1. §. 12. Summista in verbo Incantatio. Si ergo incantatio aliquam habet virtutem, vt nemo sapiens negare potest, aut illam exercet in hominem, aut in alia creata ad cōseruationem hominis: Si solum in hominem: maior erit providentia Dei in media ad finem, scilicet creaturas irrationabiles, quam erga hominem, ratione cuius creatæ sunt reliquæ creaturæ. Si autem in hominem & creaturas: habetur interdictum II. prædictarum, quod malefici & magi, cooperante Dæmone, possint incantare fruges, & fata. Amplius confirmo exemplis veterum, Plinius lib. 28. cap. 2. prope finem, postquam multis incantamentorum & carminum vim confirmasset, attestatur. Paganus

lege in plerisque Italiae prædijs cautum est, ne mulieres per itinera ambulantes neant siue suos torqueant: aut omnino detectos ferant: quoniam aduersatur id omnium spei præcipuè frugum. Sic statim subiungit. Carmina quædam extant contra grandines, contraque morborum genera, contra arbuta. Quædam etiam in partus. Gellius lib. 9. cap. 4. narrat in Africa familias esse hominum, voce atque lingua fascinantium, qui si impetius fortè laudauerint pulchras arbores, legetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes pastu atque cultu opimas, moriuntur hæc omnia repente, nulli alteri cauere obnoxia. Petrus Gregorius vbi supra cap. 13. refert ex Dione Calsio lib. 56. historia, quod eo tempore, quo Cn. Sidius Geta contra Salabum ducem expeditionem faciebat, neque aqua esset ad extinguendam incantationibus plurimam aquam cœlo cecidisse. Olâus magnus lib. 3. historia de gentium Septentrionalium varijs conditionibus, cap. 28. refert de Oddone quodam Danico, pirata maximo, qui magicæ artis peritus extitit, vt absque carina altum mare pererrans, hostilia sæpe nauigia concitaretur carmine procellis euerteret. Itaque ne cum piratis in maritimarum virium certamen descenderet, exasperatos maleficio fluctus

fluctus & ventos ad naufragia eisdem infligenda perducere solebat. Qui tandem digna suis sceleribus recepit poenam, à peritioribus ste circumuentus gurgite submersus est, qui marinos vortices prestigiosis carminibus olim calcare consuevit. Imò idem auctor ibidem cap. 16. mentionem facit magorum & maleficorum Finno- rum, qui negociatoribus in eorum littoribus contraria ventorum tempestate impeditis, ventum venalem exhibere mercedeque oblata tres nodos magicos, non casioticos, loro constrictos reddere solebant, eo seruato moderamine, vt vbi primum dissoluisent, ventos haberent placidos: vbi alterum, vehementiores: At vbi tertium laxauissent, ita saeuas tempestates se passuros, vt nec oculo extra pro-ram in euitandis scopulis, nec pede in nauì ad vela deprimenda, aut in puppi pro clauo dirigendo, integris viribus pertirentur. Hicque infeliciter rem experti sunt, qui vim eiusmodi nodis per contemptum inesse negarunt. De ventorum venditione eodem Olao referente, testatur etiam Herodotus lib. 7. de praefectis Xerxis, quod in tri- duana tempestate 400. naues amisere, donec quarto die magi incisiones faciendo, & veneficijs incantando, ventum Theti & Nereidibus sacrificando, tempestatem compe- scerunt, siue eadem tempestatem aliter cessauit. Ex dictis constat legem praedictam nihil

ratione & Theologorum doctrina alienum includere.

QVAESTIO QUINTA.

An licitum sit uti maleficis ad finem boni: vt, ad curandum infirmitatem, aut ad arcendum pluiam, & tempestates?

PRo parte affirmante facit textus in hac L. Vnde eruitur, quod incantationes ad finem boni liceant, & non puniantur, vt communiter Iurisperiti in hac L. Sentiant. Bartolus, Salycetus, Godefridus, Azo, & alij alibi. Angelus in hac L. sentit incantationes etiam ad finem boni illicitas, nisi fiant virtute diuina. In poltilla ad Salycetum in d. L. notat, etiam iure ciuili prohibitas incantationes ad finem boni: vt, pro inueniendo thesauro. L. Thesaur. C. lib. 10. Petrus Gregorius in Tholosan. lib. 34. cap. 18. in fine Syntagm. iur. vniuersi dicit, iure ciuili hanc magiam, quae fit ad finem boni, etiam improbatam à ratione Caesare, qui hac de re edidit constitutionem. 65.

Prima concl. *In dicta L. Eorum tolluntur, & non puniuntur incantationes, quando fiunt ad bonum finem: vt, ad curandum infirmum, aut ad repellendum tempestates.*

HAEC est communissima Iurisperitorum sententia. Bartol. Salycet. Godefridus Azo. in d. L. Grillandus lib. 2. de Sortilegiis quæst. 6. numero 20. Hostienf. in Summa magistris. §. Quam scientiam. Troilus Mænetius in tractat. de fortibus, à numero alij alibi. Nec mirum, cum enim L. c. de pace & bono tantum externum quæ non ita attendit ad ea, quæ conscientiam concernunt: quia tamen tollat, & non punit, non ideo approbat, tanquam recte facta exempla in alijs habemus: de lege civili tantum est marito uxorem in adulterio deprehensam occidere, nec punitur L. Gratianus C. ad legem Iuliam de adult. & L. Marito. eodem tit. Sic etiam iure civili non puniuntur in emptione & venditione infra medietatem iusti pretij decipiens. L. 2. C. de scind. vendit.

Secunda concl. *Non est licitum foro conscientie, secundum legem diuinam & canonicam, uti magicis artibus & incantationibus, etiam ad finem bonum.*

IN hac conclusione Theologi, Canonistæ Iurisperiti consentiunt. Probatur confilio, Leuit. 19. Non declinetis ad magos, ut ab Ariolis aliquid sciscitemini. Et cap. 2. Anima, quæ declinauerit ad magos & Ar-

tes, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi, &c. in iure canonico, 26. q. 1. can. Nec mirum. Vbi post multas enumerationes superstitioes, sic dicitur: Ad hæc omnia prædicta pertinent ligaturæ execrabilium medicorum, quæ ars non commendat medicorum, seu in præcantationibus, seu in characterebus suspendendis, atque ligandis, in quibus ars Dæmonum ex quadam pestifera societate hominum & malorum Angelorum extracta. Vnde hæc cuncta viranda sunt Christiano, & omni penitus execratione reputanda atque damnanda. Et in cap. Admonent, ead. causâ q. 2. in cap. Ex tuarum, de Sortileg. Et ratio satis clara etiam est. Vt enim magica arte aut maleficorum opera, est res per se mala: cum inuoluat pactum inuocationemque Dæmonum, qui sunt inimici Dei & humani generis: ergo nullo quocunque fine, etiam optimo, huiusmodi factum potest cohonestari. Quia finis non necessario attrahit ad naturam sui ordinata in finem, ut rectè etiam annotarunt Anthonius à Butrio, & Ioannes de Anania in d. cap. Ex tuarum. Expressa enim est Apostoli Pauli Rom. 3. sententia, non sunt facienda mala, ut euentiant bona. Expediit ergo magis pati in corpore & temporalibus bonis, quam in anima: Quia minor est corporis & temporalium

rerum iactura, quam animæ, ex d. c. Admoneant. Præstat igitur, ut benè ait Grillanmille pati mortes, quam opera Diaboliliberari ab infirmitate. Hanc doctrinam facultatibus Theologica Parisiensis, in articulis de superstitionibus definiuit, in art. 5. Quod licitum est uti magicis artibus, vel alijs quibuscunq; superstitionibus, à Deo & Ecclesia prohibetur pro quocunq; bono fine: error. Quia secundum Apostolum, non sunt facienda mala, bona eueniant. Et in art. 6. Quod licitum est aut etiam permittendum, maleficia maleficis repellere: error. Et art. 7. Quod aliquis cuiuslibet aliquo possit dispensare in quocunq; casu, ut talibus licitè utatur: error. Hinc patet quod impium sit illud dogma Paracelsi, in libro de morbo caduco: Nihil referre, an Deus, an Diabolus, Angeli vel immundi spiritus agant, opem ferant, modò morbus curetur. Sed dolendum est apud multos Christianos, quod etiam sententiam innaluisse: quod si aliquis calamitate premantur, modò liberentur, non curant, an medijs licitis, vel illicitis. Quod non est admirandum, apud nostrates, quod magnam portam Dæmonibus apertam habent, ut penè Gentiles superstitionibus supererant.

Tertia concl. *Etiamsi maleficis paratus sit semper maleficia exercere, non licet tamen eius uti opera ad tollendum maleficia.*

scilicet si probabiliter cognoscatur & preueniatur, quod alio maleficio utetur ad solvendum adhibendum.

Hæc est cõmunis Theologorum sententia, contra Angelum in verb. Superstitionibus. 13. allegantem Aureolum in 4. d. 34. q. 1. pro sua parte. Constat Concl. Maleficus peccat, quando arte magica, & diabolica maleficia à se, vel alio illarum tollit, nec dictis in secunda cõclusionem patet. Ergo non licet eum inducere, etiamsi paratus sit, ut id faciat, quod sine peccato exequi non potest. Quia sic inducens consentit in peccatum alterius, quod sine scelere fieri non potest, iuxta Pauli sententiam: Digni sunt mortem non solum, qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, & sic in casu, peccans est causa proxima & efficax peccati. Licet talis paratus esset, non tamen fecisset illud particulare maleficia, ad finem petitionis directum, nisi petens induxisset. Pro dicta sententiæ persuasione facit: licitum est unicuique uti malo alterius ad suum commodum. Sic secundum S. Augustinum licitum est mihi uti, ad commodum meum, iuramento hominis infidelis, quamuis sciam illum iuraturum per Deos falsos, quos colit. Ad idem pertinet, quod communi Doctorem consensu potest quis mutuum petere ab eo, quem scit non nisi ad vsuram daturum.

Rom. 7

In epist.

15. 4. ad

publicolam.

Et habetur

22. q.

1. can. Ma-

uet. 10.

Respondetur, quod non est similitudo in exemplis. Quia in his casibus qui petit, cupit id, quod sine peccato fieri potest, etiam cum merito. Malitia enim in duobus exemplis positis non sequitur ex natura rei, sed ex ipsius operantis mala voluntate, quæ est extrinseca operi. Qui enim petit iuramentum ab infideli, non cupit ut per falsos Deos iuret, (alioquin sic petens peccaret, quia peteret id, quod est apertè peccatum) sed solum petit, ut iuret: Et si esset optio in offerente iuramentum, mallet eum per verum Deum iurare. Eadem ratione, qui cupit mutuum ab usurario, non petit ad usuram pecuniam, quia sic peccaret: cum id sine peccato fieri nequeat: sed petit sibi dari mutuum, quod laudabile & meritorium est. Ad maiorem & clariorem harum obiectionum lucem vide S. Thomam 2. 2. q. 78. artic. 4. Ioannem à Turrecremata in d. cap. Mouet te: & Dominicum à Soto lib. 6. de iustit. & iure q. 1. artic. 5. & Alphonsum Castrensem lib. 1. cap. 35. de iusta hæreticorum punitione. Aliam autem ratio est in casu propositæ conclusionis: quia qui petit à malefico, ut arte magica maleficium soluat, pro suo commodo & utilitate, is petit quod ex rei natura sine peccato nequit fieri. Quare optimè declarauit facultas Parisiensis in d. artic. 7. quod sit error dicere: quod possit dispensari, ut quis licitè tali-

bus

bus possit uti. Quia communis & verissima Theologorum sententia est, quod dispensatio non cadat in ea, quæ ex natura sua sunt mala.

Quarta conclusio. Si maleficium adhibitum eius esset generis, quod naturali aliqua virtute, aut actione, sine vlla Demonis inuocatione & auxilio posset dissolui, non esset illicitum petere dissolutionem à malefico aut incantatore.

VT, exempli gratia, si malefica posuisset sub limine alicuius ianue aliquod maleficium, quo remanente vacca morerentur, aut lac eis subtraheretur: non esset peccatum remouere tale signum, aut maleficium. Haud dissimile est, quod refert Gregorius Turonensis lib. 8. Historiæ Francor. cap. 33. Aiebant, inquit, Parisianam urbem quasi consecratam fuisse antiquitus, ut non ibi incendium præualeret, non serpens, non glis appareret: nuper autem cum cuniculi pontis emundarentur, ut cænum, quo repletus fuerat, auferretur, serpentem gliremque æreum reppererunt, quibus ablatis, & glires extra numerum ibidem, & serpentes apparuerunt. Dictam conclusionem tenent. Scotus in 4. d. 34. quæst. vnica. Gabriel in 2. d. 8. q. 2. artic. 4. dub. 2. Syluester in summa,

li 4

verb.

verb. maleficium. Aurea armilla. & Caietan. ibidem. Alphonf. Castrenf. loc. cit. & alij alibi. Ratio est, quia in tali casu nihil commercij, aut fœderis habetur cum Dæmone, sed tantum fit, quod homo naturaliter facere potest, dum signum, aut instrumentum, quo maleficium destruendum est, remouetur & destruitur. Tum enim Dæmon, respectu talis maleficij, amplius non molestat: Quia ex pacto cum malefico contracto, tam diu assistit & cooperatur, quam diu signum positum remanet: & sicut cessante causa cessat effectus: sic etiam ea durante durat effectus.

Quinta concl. *Quando maleficia illata sunt alicui, homo debet ad Deum recurrere corde contrito, peccatorum confessione, profusis lachrymis, largioribus elemosinis, ieiunijs & orationibus, ac exorcismos aliâq; Ecclesiastica remedia adhibere.*

CAN. Si per Sortiarias 33. quæst. 1. & cap. fin. de frigid. & malefic.

QVAESTIO SEXTA.

An malefici, incantat ores & magi semper valeant curare maleficia, à se, vel alijs illata?

NOTAN

NOTANDVM, quod morbi, aut infirmitates dupliciter inferuntur à maleficis. Aut aliquando ipsi malefici per se rebus naturalibus & venenosis morbum inferunt. Aut ipsi solum adhibent signa rebus, aut verbis, quæ nullam habent efficaciam naturalem ad effectum, sed tantum adhibito signo Dæmon operatur inuisibiliter, circa corpus hominis, aut bestię, cuius nocumentum maleficus intendit, applicando actiua passiuus.

Deinde aduertendum, ex malleo maleficarum, Syluestro, Grillando & alijs, quod quædam maleficæ nocent, sed non curant: quædam vero è conuerso curant, sed non nocent: quædam verò vtrumq; præstant.

Prima concl. *Maleficiatum hominem quandoq; nemo curare potest, nisi eiusdem artis sit peritus.*

PROBATVR. Malefici frequenter in inferendis morbis & calamitatibus vtuntur Dæmonis ministerio, qui cum sit callidissimus & perspicacissimus physicus, nouit talia adhibere, quæ ars medicorum ignorat. Quare in cap. Nec mirum. 26. q. 5. etiam reprobantur remedia & medelæ, quas ars medicorum non commendat. Necesse ergo est, vt eadem arte mala huiusmodi tollantur, qua illata sunt. Quia nihil est tam naturale, quam eodem

eodem genere vnumquodque dissolui, quæ colligatum esse reperitur. ff. de regul. iuris. L. Nihil tam naturale. & eiusdem est soluere, cuius ligare.

Secunda concl. *Quando egritudines aut infirmitates introducuntur à maleficis, causas merè naturalibus, venenis, aut venenosis potionibus, ut plurimum possunt curari remedijs naturalibus, & medicorum arte.*

QVIA quæ mediantibus causis naturalibus proueniunt, mediantibus contrarijs eiusdem ordinis tolli possunt. Dixi, ut plurimum: quum ex accidenti & circumstantijs adiunctis contingere possit, quod ars medicorum non sufficiat, utpote si venenum fuerit fortissimum, ita ut itatim totius corporis dispositionem inuaserit: aut si nimis diu expectatum sit, antequam medicorum cura adhibita: aut si subiectum venenosis infectum, ita sit debilis complexionis, quod medicinas vsque ad debitam operationem retinere nequeat. Quia ut Poëta cecinit.

Non est in medico semper, releuetur ut eger:

Interdum doctus plus valet arte malum.

Atque hoc etiam perpendendum, quod nostri malefici & sagæ frequentissime videntur venenis mirifice à Dæmone præparatis &

porrectis, quæ sine dubio efficacioris sunt operationis, quam ea, quæ præparantur arte & industria humana, & huiusmodi sceler non raro in congregatione finita choera distribuere, ut multorum confessione dicimus.

Tertia concl. *Quandoque maleficus non potest dissoluere maleficium ab alio malefico inductum.*

RATIO: quia maleficus in dissolutione utitur auxilio Dæmonis, si ergo Dæmon, qui cooperatur in dissolutione, sit inferioris ordinis, & is, cuius artificio malum infectum, potentioris virtutis, non poterit inferior dissoluere, nisi potentior aliquo respectu in maiorem hominum perniciem suo iuri cedat. Atque sic regulariter non potest inferior maleficus remedium adferre calamitatibus à superiori immixtis. Cui rei breui, in quodam loco vicino, ut à viro fide digno accepi, quædam malefica testimonium perhibuit. Cum enim interrogata fuisset, num illi, quem maleficio infecerat, remedium adferre potuisset: Respondit. Ah ego & mei similes hoc non possumus, licet inferamus: fuerat autem talis mulier misera, ex communi confortio & non honoratior loco. Idem patet experientia in rebus humanis. Quidam medici sunt præstantiores

in sci-

in scientia & praxi, qui optimè & facili negotio curare possunt, quæ indocti Medici nequidem cognoscere valent.

Quarta concl. *Regulariter, quæ inferior maleficis intulit maleficia, superior potest curare.*

PROBATVR. Superior maleficus operatur virtute superioris Dæmonis, qui inferiorem potest cogere, vt ipsemet dissoluat, vel superior valet dissoluere, cum in sua potestate sit. Rex enim in suo regno, omnia, quæ excellentiæ & potestatis sunt, potest quæ Prætor, vel officiatu sibi subditus. Intelligo autem hic superiorem maleficum eum, qui pactum habet cum Dæmone superioris ordinis.

Quinta concl. *Quandoque infirmitates & calamitates illatæ tales sunt, vt amplius nullo etiam maleficio dissolui queant.*

PROBATVR. Sicut mala aliquando ita periculosa & inueterata sunt, vt nulla arte medicorum curari queant: Ita etiam ob diuturnitatem maleficia hominis naturam deseruere possunt, vt impossibile sit curare. Quia cum maleficus curet cooperante Dæmone, qui impedimenta sanitatis remouere debet naturalibus; si ob diuturnitatem om-

nino

nino natura destructa sit, non poterit remedium adferre. Ex quo fundamento in prima parte superioris tractatus intulimus, non posse diabolum omnem morbum, maximè senectutis, curare. Hinc sæpissimè audimus, quando incantatores & malefici interrogantur & consuluntur de morbis illatis (quod nullo modo fieri deberet) eis quandoque respondetur, quod nimis tardè veniant.

Sexta concl. *Maleficus aliquando curare potest morbos, quos ars medicorum, aut ignorat, aut curare non valet.*

QUIA Dæmon, qui ex pacto cum malefico concurrit, maioris est scientiæ & potentiæ naturalis, quam præstantissimus & expertissimus quicumque Medicus.

Septima concl. *Quando quis in morbis & infirmitatibus curandis utitur modis & medicamentis, quæ medicorum ars ignorat: aut rebus, quæ secundum physicam, & naturalem philosophiam nullum habent naturalem ordinem ad effectum producendum, ratio curationis est suspecta, & sapit superstitionem & maleficium.*

QUIA naturali causæ inesse debet aliqua vis insita naturalis, in ordine ad productionem effectus: & si hæc in curationibus non inueniatur, necesse est effectus expectetur

pectetur à Dæmone ex pacto. Hinc infero, ut plurimum remedia vetularum aut virorum, aut (quod magis detestandum) quandoque sacerdotum, esse valde suspecta, Cum enim sint indocti in medicina, & res naturales ignorent, contendunt non raro sanare morbos grauisimos & inueteratos, de quibus medici, qui suam ætatem in studijs consumpserunt, desperant, & non raro media adhibent huiusmodi homines superstitiosi, in quibus nulla est similitudo causæ & effectus.

QVÆSTIO SEPTIMA.

Quomodo clauis, scopuli, panni, setæ, ferramenta & similia dura quandoque in corporibus hominum inueniantur, & quæ ratione ingerantur aut eiciantur: An huiusmodi tribuenda maleficijs, & diaboli, & arti?

CIRCA hanc quæstionem difficilem diuersi diuersa sentiunt. Paulus Grillandus lib. 2. de Sortilegijs q. 3 numero 27. duas refert opiniones. Aliàs vidi, dicit, sæpè numero, quod maleficio infecti, vbi liberationis remedium usurparant frequenter ex ore euomerent, vel per secessum exonerarèt acur, capillos, ferramenta, clauos, plumas, sulphur, lapides, & res demum tales, quas maleficio laesum vorare potuisse, erat impossibile; non
solua

solum integras, sed nec fractas, nec minutè in frustra cõcitas. Vnde quid mirandū videtur? Sed dic, ut quidam censuerunt, Sathanam ad maiorem hominū deceptionem facere dictas apparere species extraneas in resolutione factas, ut res miranda magis videatur. Quandoquidè inspiciuntur & cõsiderantur ea esse talis naturæ, formæ & qualitatis, ut impossibile fuerit talia potuisse ingredi in corpus maleficio læsi, per aliquam partem naturaliter: sed in rei veritate non sunt species naturales. Et quod hoc verum sit, hinc apparet: quia illa eiciuntur per vomitum, vel secessum, atq; ita inter materias illas liquidas apparent à principio, cum primum è corpore emittuntur: At si seruaueris illas materias biduum aut triduum, aut dies quinq; quemadmodū ego aliàs studiosè seruari feci, videbis omnia ea liquefacta penitus, & ipsarū formas perisse totas. Quod si naturalia essent, profecto in sua priori forma remanerent, nec corrūperentur, maximè ferrū & lapides, propter eorū naturalem duritiem, ut manifestū est omnibus. Quidam alij dixerunt, dæmones, ut res miranda videatur, tunc temporis, quando maleficio affectus irritatur ad vomitū, vel ventris opus, velocissimè & inuisibiliter afferre ibi species illas, siue materias veras & naturales aliunde acceptas, & ostendere quasi in hominis corpore fuerint. Sed nota, licet Dæmon potentia sua naturali

512 COMMENT. IN TIT. .c
naturali hoc quidem posset, & tam dextro
modo illas inferere in vomitu & stercore ma-
leficio agitati, vt nullus hominum aduerter-
ret: Prior tamen opinio magis placet, appa-
rentes tantum species, & non naturales esse
eò quod nõ diu durent, sed resoluantur bre-
ui tempore in liquores. Multa pertinentia ad
hanc materiam adfert Ioannes VVierus lib.
4. de præstigijs Dæmonum, à cap. 2. per ali-
qua capita. Libelli Germanici auctor, qui at-
scribitur Domino Iacobo Baroni in Lichten-
bergh, de præcipuis articulis maleficij, hanc
rationem ingerendi huiusmodi materias ponit.
Corporis pori Diaboli artificio exten-
duntur, & per eos inferuntur stramina, setæ,
corium & acutæ similesque materiæ: deinde
pori iterum occluduntur, & remanent ma-
teriæ in corpore occlusæ. Ostendit similitu-
dine: Quemadmodum si quis manu in pro-
fundo aquæ lapidem ponat, lapide relicto
manum attrahit, quomodo deuenit lapis
nescitur. Eadem ratione naturali fulminis
radius poros vaginæ transit, ferrumque lique-
facit, relicta integra vagina. Simili modo
contingit in hac illusionem, quæ magis noxia
stigmata & vulnera infert. Huius opinionis
primus inuentor videtur fuisse Paracelsus in
lib. de occulta philosophia, qui vult venere-
cas & sagas alicui per poros cutis cineres, pi-
los, plumas, piscium spinas & similes res noxi-
as, sine

DE MAEF. ET MATH. 513
as, sine cutis apertione, in corpus inferre,
per easque continuos cruciatus concitari, nec
posse eximi huiusmodi materias maleficas
per vulnus, aut incisionem. Hic auctor de
curatione talium ridicula & plena supersti-
tione docet, quare omittenda sunt. Quidam
alii medici iudicant in rei veritate nihil esse
huiusmodi effectus, sed tantum præstigias &
technas Dæmonis. Cotinas Philarchus Pisto-
riensis Canonicus, & Theologus Florentinus,
in lib. de officio Sacerdotis in 2. part. lib. 3.
cap. 8. in primo præcepto Decalogi, purat ali-
quando huiusmodi res esse tantum illusio-
nes, vt videantur, quæ verè non sunt, vel
quod Demon aëris condensatione & colora-
tione faciat apparere illa: aliquando verò esse
realia. Nam diabolus inuisibiliter illa stoma-
cho infert, & inde visibiliter educit, non ob-
stante quod sint ita magna: quia potest ad li-
bitum ea diuidere, & reunire, & vbi opus
fuerit, actiua naturalia ad id applicare, & hoc
tanta celeritate, vt oculus diuisionem & com-
positionem discernere non possit, sed iudicet
ita magna emitti, & quod oculus decipiatur,
& non possit ratione velocitatis motus perci-
perè rem, vt est. Adducit ad hanc materiam
dictus Doctòr exemplum apud Surium to-
mo 3. ex vita S. Petri Archiepiscopi Taran-
tasi. In castro S. Symphoriani Lugdunensis
Ecclesiæ, erat vir fidelis, & religiosorum of-
ficiosus,

ficiosus, sedulusq; susceptor, & ad suū hospitiū vim faciendo, pertraxit Abbatē magnæ cōversationis, & opinionis. Illi erat filia, quæ opera mulieris maleficæ, per nequitiam inuidæ focrus, languore tabelcebat desperatō, nec viri sui præsentiam, nec aspectus vllatenus tolerabat: mater, vt Sathanas Sathanā eijceret, in mosum quendā maleficū accersuit, qui arborum cortices cōtriuuit, & pocula verbis & herbis confecta dedit, & proprijs dentibus illius brachium momordit, quæ ab illo languore cōualuit, sed interdū velut ex corde procedere acus sentiens, cruciabatur atrociter, donec per morsurā brachij, quā nulla cicatrix obdixerat, acus educeret vis occulta, plures in hunc modū, quam triginta, per temporū intervalla prodierant: Pater lachrymis filix infirmæ Abbati exposuit, & ab eo auxiliū petijt. Ducta ad præsentiam Abbatis, eadē hora sentiens acum mulier gemebunda deplorat. Iam peruenit ad foramē: solitus iam præcesserat cruorem ceperat apparere, & accedens vnus ex fratribus laicis eidem Abbati deseruiens cruentā extraxit. Orat Abbas, & locū vulneris tangens, virtute fidei pollicetur, nec ferrum ultra, nec chalybem exinde processurū: Factum est, sed mutata materia est, malitia nec dum prostrata extincta: cæperunt lignei sudes paruuli pro ferreis acubus egredi, & nō omnes eiusdem magnitudinis, & crassitudinis, sexdecim inter annum, & paucos menses, ex mulieris lingua

prodierunt. Adfuit demū S. Petrus Archiepiscopus Tarantasijs, cui diuinitus seruabatur tantū miraculi plenitudo. Offeritur mulier missarum solemnita celebranti, sicut præceperat vespera præcedenti: Eadē hora septimū decimū lignū ex muliebri carne egreditur, quod sub oculis omnium sacrilla extraxit: confitentē mulierem absoluit, sacra ei dedit Eucharistiā, & ab omni deinceps cuiuscūq; materiei progressu iubet esse securā: Hęc ibi. Materia huius puncti semper mihi visa est difficilis: tum quia multi dicunt cōstanti testimonio se huiusmodi educta tepius vidisse, per incisionē, aut etiā aliam educationē: cōmunis autē sensuum experientia nō semper falsa est, tum quia via ingerendi huiusmodi corpus sine dolore, & tactu, & signo res mirabilis quædā apparet, & cognitū nobis naturæ cursum effugere. Quid tamen mihi sentiendum videatur paucis resoluam. Præmitto in primis ex Theologia & philosophia, naturaliter nō esse possibile corporū penetrationē. Quare miraculū maximū fuit, quod Christus clausis ianuis ad discipulos venit, vt ex Euangel. lectione Ioan. 20. constat, prout docent S. Greg. in hom. 26. in Euang. S. August. tract. 121. in Ioannē. S. Thom. 3. part. q. 28. art. 2. & alij alibi. Quare cum Diaboli potentatē excedat miracula facere, concedendum non est, quod eius operatione fiat penetratio corporum. His præmissis sit.

Prima concl. *Non est à ratione alienum, quod quandoque huiusmodi res non sint naturales, sed generentur ex malabimorum dispositione, ad modum rerum naturalium, & conseruata resoluantur in materiam liquidam, ut Grillandus cum prima opinione sentit.*

Secundâ concl. *Aliquando etiam ex causis naturalibus in homine nascuntur dura, quæ torsionès, dolores, & acutæ infirmitates generant.*

PATET de calculo & alijs rebus. Ad quod propositum probandum, multa ex medicis adferuntur à Ioanne VViero li. d. cap. 1. Quare non est boni Christiani, omnes acutæ internas, & longas infirmitates referre ad maleficia.

Tertiâ concl. *Secundâ opinio à Grillando recitata etiam aliquando vera esse possit.*

QVIA Diabolus tantæ est subtilitatis & potentia, quod possit illud ere sensibus astantium, & veras res velocissimè afferre, & apponere, motis prius doloribus & torsionibus in corpore, & membro infecto, quasi lateant intus res naturales.

Quartâ concl. *Quod huiusmodi dura immittantur per extensionem pororum.*

& pori iterum immisiss huiusmodi rebus duris occludantur, imaginarium est, & à naturali ratione alienum.

QVIA pori ita sunt à natura constituti, vt præter tenuissimum liquorem & sudorem nulla solida substantia egredi valeat, nec patiantur sine cutis & carnis scissione tantam extensionem, vt tam crassa, duræ & solidæ materiae immittantur, vt omnibus ratione vtentibus ad sensum patet. Quantum ad illa, quæ adferuntur pro similibus, dissimilia potius sunt. Aqua enim est liquida, & diuiditur in omnem loci differentiam, & ad immisionem alterius solidi corporis statim cedit, & educto tali corpore iterum coadunatur. At alia ratio est corporis humani solidi: diuisum sine sensu & dolore non coniungitur. De ictu fulminis etiam alia ratio est: Quia, vt Physici tradunt, eius est naturæ, quod durum lædat nullo apparente signo in molli. Sic quandoque experientia cognoscimus in hominibus fieri, vt carne integra manente exterius, ossibus & nervis interius contractis & contritis, fulminis ictus hominem lædat. Ad hoc facit quod Isidor. lib. 13. Ethymolog. Seneca lib. 5. & 6. naturalium questionum, & Plinius lib. 2. hist. nat. & alij tradunt, quod fulmen talis sit naturæ, quod oculis & auribus in nullo laesit, sed integris manentibus, suo tactu

tactu conflatur & consumit pecunias, aut gladium in vagina liquefacit, vagina intacta. Non enim fulmen eodem modo omnem materiam lædit. Quæ enim ob duritiam ei resistunt, ut lapis, ferrum, æs & similia, vehementius & fortius dissipat & conterit; teneris, mollibus & rarioribus parcat. Hinc contingit, ut dictum est, quod quando hominem lædit, nihil vulneris exterius apparet contritis interioribus.

Quinta concl. Existimo non esse negandum, aliquando res huiusmodi duras in partibus corporis, Dæmonis potentia & maleficorum opera includi.

QUIA multorum hominum diligenti oculari inspectione compertum est, similes materias è corporibus excisas & emissas esse. In eis autem, quæ multis ad sensum patet, omnia ad deceptionem referre quando clara sunt testimonia etiam doctorum, infirmus est intellectus. Quia multa sunt, & fiunt & non est dubium ea esse, quæ tamè rectè non possunt cognosci, ut August. lib. 21. de Civitate cap. 5. docet.

Sexta concl. A ratione alienum esse non puto, Dæmonem subtilitate sua scientia, & virtute potentia posse immittere homini profundissimum somnum, & medijs naturalibus efficacissima operationis ad-

meri

mere sensum doloris, ut scissione carnem dividat, & huiusmodi materias duras imponat, & iterum brevissimo tempore curet alijs naturalibus fortissimisque remedijs nobis incognitis.

SIC VIDEM & medici vel chyrurgi naturalibus & soporiferis herbis nonnunquam immittunt soporem, ad remouendum dolorem, quando aliquod membrum abscindere volunt. Dæmonis autem peritia insignis est, & potentia eius maior, quam ab homine intelligitur. Nemo existimet, quod sine causa mille artifex dicatur. Nec quis admiratione capiatur, quod nullum signum talis incisionis appareat. Cum cicatrix relinquatur, aut ob imperitiam medici, aut ob medicinæ debilem & tardam operationem, quæ omnia Dæmon supplere potest. Quare videmus, quod cæteris paribus præstantior Chyrurgus perfectius curet, & minorem cicatricem relinquat.

Septima concl. Puto dissimilem imponendi rationem esse eorum, quæ immittuntur in carnosam corporis substantiam, & aliorum, quæ ad intestina & stomachum transeunt.

Ratio diuersitatis est. Quia orificiû, arteria, guttur & alia organa ad naturæ conseruatione ordinata, ita sunt cõstituta, quod nõ dilatentur, aut cõprimantur, nisi ad naturales

suos effectus. Sensum autem fugit, quod tam dura, solida & crassa transeant tam angusta foramina, sine dolore perceptibili. Est enim Dæmon sua subtilitate corpus penetret, et que illabatur; non tamen potest median- tibus corporalibus rebus ita interiori operari, sicut exteriori in carne, ubi facilius actiua pas- suis coniunguntur. VVierus lib. 4. de præ- stig. Dæmonum. cap. 9. vnum adfert exem- plum ex Ioanne Langio, Illustrissimorum Principum Palatinorum Rheni medico li. 1. Epist. 38. Quod contigit anno Domini à Christi natiuitate millesimo, quingentesimo, tricesimo nono, in quodam Eistertensis Episcopatùs pago Fugelstal. In hoc pago Viricus Neufesser agricola, cum crudelibus dolorum tormentis circa alterum hypochondrium conficeretur, subito clauum ferreum sub- iacta cute manu apprehendit, quem Chirurgus illuc balneator nouacula exciderat; nec tamen cessarunt dolores, sed indies magis in- crudescerant. Quapropter cum nec aliud do- loris remedium fore miser, quam mortem suspicaretur, arrepto cultello, sibi guttur ab- scidit. Itaque dum tertio die ad sepulchrum mortuus efferretur, aderant tum Eucharicus Rosenbader ex VVuiesenburg, Noricorum oppido, ac Ioannes ab Ettenstet balneator, qui æstante magna hominum frequentia, de- mortui agricolæ ventriculum inciderunt, in quo

quo lignum teres & oblongum, quatuor ex chalybe cultros, partim acutos, partim instar ferræ dentatos, ac duo ferramenta aspera re- pererunt, quorum singula spiritam longitu- dinem excedebant; aderat & capillorum in- star globi inuolucrum. Sed quid potissimè hic admiraberis? an quomodo tot & tanta ferramenta in ventriculi cavitare contineri potuerint: an qua arte sint ingesta? certè non alia, quam Dæmonis astu & dolo. Hæc dic- tus auctor.

QVAESTIO OCTAUA,

Quomodo malefici aut saga nocte ædes maleficiandi ingredi possunt, sine strepitu & rumore, ita ut non deprehendantur?

CONFESSIONIBVS maleficorum & sa- garum didicimus, quod non rarè de nocte ædes intrant, infantes rapiunt, aut homi- nes dormientes veneficijs inficiunt. Queritur ergo qua ratione ita cautè ædes & cubicula clausa intrare valeant? Tractat aliquid de hac quæstione Grillandus lib. 2. de Sortile- gijs q. 8.

Hic in memoriam reuocandum est quod in superiori tractatu insinuatum, de custo- dia & ducatu angelorum. Sicut enim bonus Angelus homini dux est in bonis, ita malus in malis. Dæmon enim magisterulus, qui suum clientem incitat ad nocendum homini, nocte

dum homines dormiunt præcedit ad locum destinatum, fenestras, vel ianuas clausas etiam fortissimis seris aperit, & maleficos vel sagas intromittit, instruitque quomodo dormientem maleficio inficere debeant, imò etiam aliquando dormientibus remedijs soporiferis altiore somnum imprimit, ad lectum dormientis ducit, ac lumen producit ut videant, cautè pannos discooperit, nec nõ etiam quandoq; suam operam impendit, ut potum veneficij ori, naribus, vel auribus infundant, vel corpus vnctione pestifera inungant. Re expedita Dæmon fenestras, aut ianuas iterum recludit, quando malefici egressi sunt, ut antea repererat. Nisi enim opera Diaboli vterentur, incredibile videtur, quod intrantes ædes alienas, in quibus fortasse nunquam fuerunt nocturno tempore clausi ostijs & fenestris, ita tacitè ingrederentur & egrederentur, nec aliquando depræhenderentur. Sic dicit Grillandus se audiuisset duabus mulieribus maleficis, quas examinandas habuit.

Retulit idem Ioannes Cuno de Rouer, cuius maleficij longam seriem retulimus in prima parte superioris tractatus. Cum enim Anna mater sua & duæ aliæ sagæ cõuenissent, ut de nocte virum quendam Zelosum persecutorè maleficorù maleficio conficerent. Magisterulus præcedens fenestras & ianuas aperuit.

rulit. Ipse autem Ioannes Cuno pro comite à matre & alijs adductus fuit, ut candelam ardentem, quæ non naturalis, sed arte diabolica confecta erat, (ipso Ioanne Cuno proprijs scriptis sic distinguente) teneret. Venientibus autem eis in cameram maleficiandi in ciuitatem Treuerensem, cum maleficiandus pro more bonorum Christianorum signo crucis & pijs exercitijs, antequam se quieti tradidisset muniuisset, nihil efficere potuerunt, sed re infecta reclautis ianuis auolare debuerunt. Vir autem bonus, cui nocere voluerunt, adhuc viuuit dei gratia, & tam diu viuuet, quam diu Deo placuerit. Mater dicti Ioannis Cunonis, cum & ipsa examinaretur super articulis propositis, eodem modo confessa est, sicut filius in hoc puncto. Si quis autem miretur, quomodo tam quietè hæc fieri possint quod homines non excitentur. Respondeo quandoq; etiam homines euigilare, quando huiusmodi tentant facere, imo nonnunquã aliqui percipiunt, quando potionem infundere cõtendunt, & euigilant nõ sumpta sufficienti parte ad tollendam vitam, sed tantum ad aliquorù membrorù debilitatè, ut exemplis doceri possent, si expediret. Qui autè talia magisteruli aut Martineti, siue mali ducis opera fieri miratur ita clanculù, ut homines semper nõ eo excitentur: recogitet quomodo Apostolus Petrus dormiens inter *Act. 12.*
duos

duos milites, vinctus duabus catenis, & adhibita custodia ante ostium carceris, ipsa nocte, cum eum iam producturus esset Herodes, a bono Angelo nemine rescisciente eductus sit. Et ecce, ait scriptura, Angelus Domini affuit, & lumen refulsit in habitaculo: percussaque lateres Petri, excitauit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenae de manibus eius. Dixit autem Angelus ad Petrum: Praecingere, & calcia te caligas tuas. Et cit sic. Et dicit illi. Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat, quia verum est, quod fiebat per Angelum: existimabat autem se visum videre. Transeuntes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quae ducit ad ciuitatem, quae vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnum, & continuo discessit Angelus ab eo. Et Petrus reuersus ad se dixit: Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis. Hoc considerandum, quam secrete Angelus bonus Apostolum eduxerit, & aduertendum, secundum naturalem potentiam non esse etiam difficile facere Martineo, quæ ei ascriptimus, in nocturno ducatu sui clientis.

LEX. V.

Nemo Aurispicem consulat, aut mathematicum.

thematicum: Nemo Ariolum: Augurum & vatū praua confessio conticescat, Chaldaei & magi, & ceteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sicut omnibus perpetuo diuinandi curiositas: Etenim supplicio capitis ferietur gladio vltore prostratus, quicumq; nostris iussis obsequium denegauerit. Lex est Constantini ad populum.

HAEC L. partim spectat ad magiam diuinatricem, partim ad effectricem. Litera ferè patet ex superioribus, vbi de varijs diuinationis speciebus dictum est. D. Hierony. lib. 1. cōmentariorum in Daniele cap. 2 in illa verba: Præcepit Rex, vt conuocarentur harioli, & magi, & malefici & Chaldaei: distinctionem ponit inter hæc nomina. Secundum eum harioli sunt, quos alij *εραιδωδς*, id est, incantatores interpretati sunt, & secundum eundem doctorè rem verbis peragunt. Magi, qui de singulis philosophantur. Malefici, qui sanguine vtuntur & victimis, & læpe contingunt corpora mortuorū. Porro in Chaldæis genetliaci significantur, quos vulgus mathematicos vocat. Sed latius quædā nomina ex dictis in hac lege accipiuntur. Etli enim sacris literis Chaldæi intelligantur, qui per consideratio.

Esaia 47.

derationem astrorum & astronomiam diuinabant, eò quod astronomia in Chaldaea viguerit, vt apparet ex illo Esaia, Vbi scriptum de Babylone ciuitate Chaldaea: Stent & saluent te augurés tui, qui contemplabantur, & supputabant menses, vt ex eis annuntiarent futura tibi: tamen in hac lege videtur idem esse, quod magi. Magos enim Chaldaeos Afsirij, à Chaldaea Asia regione nominabant. Et cum magi apud Perlas potissimum Deorum cultui vacare solerent, in tantum postea aucta est eorum vanitas, vt non solum obseruatione syderum futura praedicere, sed artibus quibusdam & maleficijs & scire se omnia, & facere posse profiterentur: quæ duo comprehendunt tam magiam diuinatricem, quam operatricem. Per magos in hac L. diabolicis artibus mirabilium rerum effectores intelligo, quos vulgus omni tempore maleficos appellauit, vt patet ex Rub. hac L. & L. Etsi excepta. infra & in can. Nec mirum. §. Magi sunt, qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi permissu Dei elementa concutiunt, turbant mentes, ac sine vlllo veneni haustu, violentia tantum carminis interimunt. Hos effectus etiam hæll. magis & maleficis tribuunt. Atque sic magos malas artes exercentes maleficos à vulgo semper appellatos, testes sunt antiquissimi Patres **Cassianus in collat. &**

cap.

cap. 19. Augustinus de ciuit. Dei lib. 21. cap. 6. Lactantius lib. 2. de origine erroris cap. 17. Isidorus lib. 8. Ethymologi. cap. 9. & S. Thomas lib. 3. contra gentiles cap. 106.

Nota hic in illis verbis (quos maleficos, ob facinorum magnitudinem, vulgus appellat) maleficium, vt etiam nos experientia discimus, vix vnquam, vt in praesenti negotio de eo loquimur, continere vnum simplex crimen, sed temper multa includere: & proinde iudicium sumendum ex multis comitantibus. Nostri autem malefici hæc scelera committunt: abnegationem Dei, quæ est porta ad omnia scelera, fidei in baptismo susceptæ ac cõmunioni Sanctorum abrenunciant: cum Dæmone pactum in destructionem cælestis regni ineunt, cum Sathana rem Veneram exercent, nocte eodem cooperatore ad congregationem proficiscuntur, ibidem idolatriam exercent, exhibendo honorem & cultum Dæmonibus; conspirant cum eisdem in perniciem humani generis, quomodo fructibus, & seminibus, nec non hominibus nocere possint, & talia exequuntur Dæmoniaco auxilio accito, homicidia committunt, infantum corpora non raro exhument, quæ vel in cineres, aut liquores igne resoluunt, nonnunquam etiam corda infantum comedunt, Sacratissimo Eucharistia Sacramento turpissime sæpius abutuntur.

abutuntur, iumenta & pecora morbis vsque ad mortem inficiunt, personas matrimonio iunctas impediunt, ne matrimonij actus debito modo exercere possint: odia inter coniuges aliquando generant, parricidia frequenter committunt, blasphemias frequentant, & alia plura facinora nefanda, quæ nominari nec possunt, nec decet, perpetrare non verentur, ut plurimis fidelissimis confessionibus testimonijsq; didicimus. Quare rectè malefici dicuntur, non solum ob facinorum magnitudinem, sed etiam multitudinè. Neque tamen omnes malefici & sagæ omnia hæc coniunctim semper committunt, sed alij alij sunt peiores. Hæc tamen ferè omnibus sunt cõmunia: Abnegatio Dei, abrenunciatio fidei in Baptismo susceptæ, pactum cum Demone, Apostasia, idololatria in congregatio. ne, abusus sceleratissimus, Demonis in forma incubi aut succubi conspiratio ad perpetrandum aliquod malum contra Reipub. ac patriæ salutem, homicidium, aut aliquorũ animalium perditio, sacrilegium in abusu Eucharistiæ, & blasphemia.

Postremò circa illa verba. (Etenim supplicio capitis ferietur, gladio ultore prostratus) advertendum, quod quamvis secundum Iuris peritos generaliter loquendo, per pœnam capitale non intelligatur pœna mortis, sed etiam exilij: Cyn. L. 1. C. de falsis. Martil. in practe

practica crim. §. Oportunè. num. 40. Boer. in decis. 254. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 67. & alij: tamen hic intelligitur pœna mortis, ut intelligitur ex verbis adiunctis, supplicio capitis ferietur, gladio ultore prostratus.

QVÆSTIO PRIMÀ,

An malefici sic dicti à vulgo, ob facinorum magnitudinè, morte sint afficiendi?

QVÆSTIO hæc hoc tempore solemnis est, cum ob frequentiam maleficiorum dubiam quandoq; in casibus occurrentibus incidat, maxime cum non omnes malefici sint pares in malitia. Ante resolutionem quædam sunt prænotanda.

Primum notabile. Secundum legem divinam & humanam, pœna est commensuranda delicto & culpæ. Deuter. 25. Iuxta mensuram delicti, erit plagarum modus. can. Non afferamus. 24. q. 1. cap. Sicut dignum, de homicid. & cap. Felicis, de pœnis in 6. & L. Respiciendum. ff. de pœnis. & L. 1. §. Sed & qui. ff. de abigeis.

Secundum. Delictum tanto gravius est, quanto dignior persona, in quam peccatur. S. Thom. 1.2. q. 73. art. 9. S. Antonin. 1. par. tit. 9. §. 1. cap. 1. & alij alibi, cap. 1. de calumniat. cap. Cum illorum. de sentent. excommunic. Instit. de iniurijs. §. Atrox. Ex quo funda-

mento, cæteris paribus, grauiora sunt peccata, quæ in Deum cõmittuntur illis, quæ in homines. cap. Vergentis, dehæret. & in Auth. Gazaros. in C. eodem tit. Hinc deducitur, quod abnegatio Dei, idololatria, præuarcatio, Apostasia, hæresis, sortilegium, diuinitio, incantatio & similia sunt grauisima peccata, & referuntur ad crimen læsæ maiestatis diuinæ.

Tertium. Est differentia inter hæresin propriè dictam, & crimen maleficorum: quia hæresis simplex peccatum est, nec tam multa alia inuoluit: at maleficium colluuius peccatorum comitatur, vt ex dictis clarum est. Sic communiter malefici incidunt in pœnam multorum criminum. Participant vt plurimum cum hereticis in aliquo: longè tamen eos malitia superant in alijs. Ex hac causa non est eadem causa cognitionis & pœnæ. Si nihil aliud maleficiû haberet, quam hæresis crimen, nullo modo cognitio eius ad iudicem secularem spectaret: cum autem diuersa habeat adiuncta, misti est fori, & est locus præuentioni, nisi consuetudo alibi aliud obtineat.

Prima concl. *Malefici sic dicti vulgo, ob facinorum magnitudinem, secundum legem diuinam & humanã, morte sunt mulandi.*

PROBA

PROBATVR primò ex lege diuina, Exod. 22. Maleficos non patieris viuere. Glossa ibidem, (maleficos) qui præstigijs magicæ artis & diabolicis figmentis agunt. Glossa alia interlinearis. Maleficos, id est, Cooperatores & adiutores Diaboli. Raban. ibidem Maleficos appellat illos, qui præstigijs magicæ artis, ac diabolicis figmentis causas agunt, & ab vno Deo, qui est auctor omnium bonorum auertere satagunt, quos ultra valere ad hominum perniciem, lex non patitur, sed magis extinguere iubet. Nicolaus Lyranus, Maleficos non patieris viuere: in Hæbræo dicitur: Sortilegam non patieris viuere, & licet exprimat mulierem tantum, tamen intelligitur de homine sortilego, sicut exprimit translatio nostra: sed scriptura exprimit id, quod communius est, scilicet quod mulieres sint sortilegæ. Ponitur autem hæc lex inter eas, quæ reprimunt concupiscentiam carnis: Quia sortilegia frequenter fiunt in his, quæ spectant ad actum carnis. Dionysius Carthusianus accedit ad has expositiones. Sed Hugo Cardinalis in illum locum aptè ad materiam hanc loquitur: Maleficos vocat nõ quoslibet intetos criminibus, sed prestigiatores, hariolos, magos, inspectores peluis, vel gladij, inuersores psalterij, carminatores, qui scilicet carminibus diabolicis vtuntur. Omnia enim ista fiunt contradicente Domino, & sacra Romana Ec-

LI 2

clesia,

clesia, & sacris canonibus. Hos sequuntur Nicolaus Jaquierius cap. 22. in flagello fascinariorum, Ioannes Trittemius in tract. de reprobis. Barthol. Spineus de strigib. ca. 3. Malleus maleficarum, Bernard. Basinus de artibus magicis, 10. concl. Martinus Arles in tractat. de superstitionibus, nu. 102. Latè & doctè Thomas Erast. in dialogo de Lamijs. Amplectuntur eandem expositionem Iurisperiti. Troilus Maluetius in tract. de fortibus, numer. 17. Martini. Nauar. in manuali confessoriorū. cap. II. num. 28. Damhauder. in practica crimin. cap. 61. num. 137. Iacob. Menoch. de arbitr. Iud. qq. casu 388. numer. 16. copiosè. Ioannes Bodinus in confutatione opinionis Ioannis VVieri, & alij alibi.

Contra cōmunem Patrum & Doctorum sententiam obijcit Ioan. VVierus, nec vult ita intelligi textum in exod. 22. sed veneficos: quia textus græcus habet *φαρμακούς*, quod signat veneficos, qui veneno naturali occidunt, & non arte magica vtuntur. Sed valde malè VVierus aduertit, cum non solū apud græcos, sed etiam apud latinos, vt suprā etiam significatum est, nomen veneni & veneficij etiam magicis artibus conueniant. Sic sancti Patres nomen (veneficos) maleficis attribuant. S. Hieronymus, qui teste Augustino 18. de Ciuitate cap. 43. & ipsa experientia, trium linguarum peritissimus fuit, vbiq;

nomen

nomen græcum *φαρμακός*, vertit maleficus, vel maleficos, secundum inflexionem nominis, vt patet ex locis paulo post citandis. Sic etiam ad magos & maleficos transfert Philo Iudæus, in lib. de specialibus legibus, cuius verba ad longum adduximus in explanatione primæ L. huius tit. S. Augustinus de Ciuit. lib. 21. cap. 6. Si magorum opera, quos nostra scriptura veneficos & incantatores vocat, in tantum Dæmones extollere poterunt, &c. Quæro hic vbi nostra scriptura magos vocat veneficos & incantatores, nisi in d. loco Exodi, & similibus: secundum interpretationem 70. interpretum? Eodem modo Isychius in Leuit. cap. 19. in illa verba. Non declinetis ad magos, nec ab Ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos. Septuaginta autem ædunt, ait: Non sequimini ventriloquos, & veneficos non adiungamini, &c. Et paulò post, vt eius mens intelligatur, quid per veneficos intelligat, subdit: pessimum est etiam, & veneficis adherere: quia Dæmonum inimicorum nobis, & pestilentium nomina dicunt. Qui etsi ad breue tempus, vt in errorem mittant, videntur operari aliquid, quod ad corporalem sanitatem vile & paruum, quale etiam imperiti medici operari possunt: veruntamen nec hoc vt boni, neque vt benè volentes hominibus, operantur, sed in ser-

Li 3 uitutum

uitutem illos redigere, & a Deo separare cupientes. Ad eundem sensum interpretatur in cap. 20. Leuit. lib. 6. His addo, si quod obscurum esset exponendum in sacris literis, quod tamen minimè in hoc loco est, id foret exponendum secundum similia loca scripturæ. Sed in similibus locis accipitur in sensu à Patribus declarato: Ergo. Probatur assumptum, Exod. 7. utitur scriptura eodem verbo, quo cap. 22. Sed ibi accipitur pro magis cooperantibus Dæmonis, ut clarè patet ex textu. qui sic habet. Vocauit autem Pharaon sapientes & maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas & arcana quædam similiter. In quo loco quis non videt per maleficos, quos text. græcus *φαρμακούς* appellat, id est, veneficos, non intelligi eos qui naturali veneno, & modo inficiunt, sed solum per incantationes & arte diabolica, ad mentem sanctorum Patrum? Et iterum circa finem capituli. Feceruntque similiter malefici Aegyptiorum incantationibus suis, & cap. 8. Fecerunt autem malefici per incantationes similiter, eduxeruntque ranas, super terram Aegypti. Et iterum in eodem cap. Feceruntque similiter malefici incantationibus suis, ut educerent ciniphes, & non potuerunt: & dixerunt malefici ad Pharaonem. Digitus Dei est hic. In quibus locis omnibus patet, quod nomen græcum, sicut etiam

etiam latinum, non Physicè accipitur, sed pro veneficis, qui arte Dæmonis & magicas educebant. Idem patet ex alijs locis. 2. Paralip. cap. 23. Ezechias transire fecit filios suos per ignem, &c. Obseruabat somnia, factabatur auguria, maleficis artibus inserviebat, habebat secum magos & incantatores. Hier. 27. Vos ergo nolite audire prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos. Daniel. 2. Præcepit rex ut conuocarentur arioli, & magi, & malefici, & Chaldæi, ut indicarent regi somnia. Esaiæ 47. Venient tibi duo hæc subito in die vna, sterilitas & viduitas. Vniuersa venerunt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem. In his locis scripturæ alijsque, quæ adferri possent, ut clarum est ex antecedentibus & comitantibus, circumstantijsque adiunctis, per nomen *φαρμακούς*, non intelligitur is, qui veneno Physicè utitur, sed arte diabolica, cum tamen idem nomen ubique ponatur, mutatis tantum mutandis, secundum declinationem. Quare vim infert literæ, qui contra totius Ecclesiæ & Patrum consensum vnanimem, dictum locum, Exod. 22. aliter explicat. Accedit quod hebræi sermonis periti exponunt; Sortilegam, vel præstygiatricem non fines viuere. Eadem

Cóclusio probatur alijs scripturæ locis, Deuter. 18. Nec inueniatur in te, qui luttret filium suum, aut filiam ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur, &c. nec sit maleficus nec incantator, &c. Omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo, & Deuter. 13. Dominus præcipit iudici, vt falsum prophætam & somniatorem, seducentem populum post Deos alienos, sine mora interficiat, & filios Belial cum assæctis igni & gladio persequatur. Hieremiæ 50. Gladius ad Chaldæos, ait dominus, Gladius ad diuinos. 4. Reg. 1, cap. Ochozias, quia consuluit Beelzebub Deum Accaron, super infirmitate sua, mortuus est, iuxta sermonem Domini. 1. Paralip. cap. 10. Saul mortuus est, quia Phytonissam consuluerat, nec sperauerat in Domino. 1. Reg. c. 28. Saul adhuc memor præcepti Domini, abstulit magos, & hariolos de terra, & interfecit eos, & ibidem Phytonissam mutato habitu; Tu scis quanta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos & ariolos de terra. Quare ergo infidiaris animæ meæ vt occidar?

Secunda pars Conclusionis, quantum ad L. humanam & ciuilem, constat ex hac L. & ex L. Nemo & L. Nullus. L. Multi. & L. Etsi excepta. eod. tit. & DD. iuris ciuilibi in has leges. Azo. in summa eod. tit. Bonifac. de Vitalinis in tract. de maleficijs, in tit. de sortilegis & mat.

& mathematic. Panormit. in cap. 1. de Sortileg. Hostiens. in summa eod. tit. §. Quæ sit pœna. Ioan. ab Anania ibid. Paul. Grilland. lib. 2. de sortileg. q. 11. num. 11. Damhauder. loco citato, Menoch. de arbitr. Iudic. qq. cas. 388. num. 5, & c. Approbat has leges, quantum ad pœnas, S. Augustin. lib. 8. de Ciuit. cap. 19. Vnde argumentatur aliquam vim inesse arti magicæ. Cur enim, inquit, tam grauius ista plectuntur seueritate legum, si opera sunt numinum colendorum? An forte istas leges Christiani instituerunt, quibus artes magicæ puniuntur? secundum quem alium sensum, nisi quod hæc maleficia generi humano perniciofa esse non dubium est?

Dubium hic incidere potest, *An malefici & sages, de quibus nunc loquimur, sint morte affiendi, etiamsi hominem, equum, vaccam non interfecerint, sed tantum in congregatione, aut cursu fuerint?* pro resolutione sit,

Secunda concl. *Malefici & sages, de quibus nunc agimus, etiamsi damna nemini in exterioribus intulerint, si in conuentu fuerunt, nocturnas congregationes frequentauerunt, & alia exercuerunt, quæ communiter ibi fieri solent, secundum legem diuinam & humanam iuste morte afficiuntur.*

Prima
pars pro-
bat.

PRŌBATVR Concl. primò, quantum ad legem diuinam, Exod. 22. Maleficos non patieris viuere. Malefici autē, vt ex dictis constat, appellantur, qui præstigijs magicæ artis & diabolicis sigmentis causas agunt, Deo abrenunciant, & ad diaboli castra declinant. Sed qui ad nocturnos cõuentus veniūt omnes tales sunt. Quia nullus ad talē locū venit, qui in primis Deo nō abrenunciauerit, & cum Dæmone pactū inierit, vt omnium, qui tam infauistā artem exercent, cõfessionib⁹ discimus.

Secundò: Idololatraz, secundū legem diuinam, mortē merentur. Exod. 30. & 32. Deut. 13. & 27. & alibi. Quæ autē natio vnquam tam grauem idololatriam cõmisit, ac nostri malefici cõmittunt, qui Deo vero relicto Dæmoni obedientiam, honorē, ac cultum impendunt. Iudæi ac gentiles si quā idololatriam exercebant, id faciebant, quia idolis ligneis, aut lapideis diuinitatem aliquā inesse credebant. At nostri malefici & sage scienter ac prudenter ei honorē, obedientiam & cultū Deo debitū impendunt, quē Dæmonem cognoscunt. Quid enim aliud in suis nocturnis cõuentib⁹ faciunt, quā Dæmoni famulatū præstāt, & honorē impendūt? Qui eos idololatriā cõmittere dubitant, recogitent an nō popul⁹ hæbreorū Idololatriam cõmiserit, quādo coram vitulo lusit, choros duxit, edit & bibit? quid aliud malefici in nocturnis cõuenticulis

Exod. 32.

coram

coram dæmone faciunt? ipsum certis diabolicis ritib⁹ honorāt, ludunt, choreas ducunt, edunt & bibunt. Etsi Moyses hoc factū populi capitale nō duxit, quomodo ergo viginti tria milia hominū occidit, vt scriptura testatur?

Tertiò: secundū legem diuinā, qui consulit diuinos, magos & incantatores, mortē meretur. Leui. 20. Anima, quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cū eis, ponā faciē meam cōtra eam, & interficiā illam de medio populi mei: ergo multò magis ipse magus, aut maleficus mortē meretur, quia ipse vititur diaboli opera. Sed nō apparent in conuentib⁹ nostri malefici, nisi iam declinauerint ad dæmones & fornicati fuerint cū eis: ergo secundū legē diuinā, hoc titulo mortē meretur.

Quartò: Secundum legem Dei mortem meretur, qui cum iumento coierit, ex Exod. 22, quæ lex statim subiungitur legi de pœna maleficorum. Sed grauius est cum Dæmone rem veneream exercere.

Quintò: lege diuina blasphemus lapidibus obruitur, & morte plectitur Leuit. 24. Educ blasphemū extra castra, & ponant omnes, qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. Et ad filios Israel loqueris. Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatū suum, & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus obruet eum omnis multitudo populi.

populi. Quanta autem sit blasphemia maleficorum in Deum, Beatissimamq; virginem, &c. Nemo est qui ignoret, nisi tam sc̄elix sit, quod de hoc inf̄elicissimo hominum genere, nihil vnquam audiuerit.

*Probatio
cōclusionis
quantū ad
leges ciui-
les.*

Probatur nunc, quantum ad secundam partem, quod secundum legem civilem & rectam rationē etiam conclusio locū habeat. Primò: Malefici nostri sunt apostatę. Apostatę autē puniuntur vltimo supplicio, sicut etiam hęretici. Hostiensis & Panormitanus in cap. 1. de Apostat. Damhauder, loco citat. num. 43. Quod autem apostatę sint patet. Discedunt enim à vero Deo, & Diabolum sequuntur,

Secundò: Qui paganorum ritus & sacrificia exercent, vltimo supplicio afficiuntur. C. de paganis & eorum sacrificijs. L. 1. & 2. & ibidem L. Nemo venerantis. Quid ergo merebuntur, qui non solum paganorum, sed diabolorum ritui & sacrificijs insistant?

Tertiò: Vita nostra est militia super terram. Huius autem militiæ duo sunt duces. Christus Electorū, & Sathan peruersorum; & inter hos duces eorumq; milites bellum est perpetuum, & odium vehementissimū. Duci autem supremo, Domino Deo & Christo, nomina nostra dedimus, fidem addiximus, & obedientiam promisimus ante baptismi susceptionem, quando quisq; nostrum interro-

gatus

gatus: Abrenuncias Sathanę? & responsum. Abrenuncio. Et iterum. Et omnibus pompis eius? Abrenuncio. Et iterum: Et omnibus operibus eius? Abrenuncio. Et tu m subsequitur. Credis in Deum patrem omnipotentem, Creatorē cœli & terrę, &c. Et responsum, credo. Huius abrenunciationis, tanquam rei antiquissimę, meminere sancti Patres, Dionys. Areopagita c. 2. Ecclesiast. Hierarchie, Basil. in lib. de Spiritu sancto cap. 27. Ambros. in li. de ijs, qui mysterijs iniciantur, c. 2. Orig. hom. 12. in numeros. Cyrill. Hierosolym. Catechesi 1. mystagogica. Tertullian. in li. de corona militis. Raban. li. 1. de instit. clericorum, & alij alibi. Ex qua renunciatione constat nos abrenunciassē Sathanę, & eius operibus, & addixisse supremo Regi & duci fidem obedientiamq; cuius militię iura, fœdera ac signa suscepimus indicto continuo & perpetuo bello, regno Sathanę. Nunc ad propositum. Qui in bello ad hostes aut fugit, aut vult trāsfigere, vltimo supplicio afficitur, secundū leges. L. Desertorē. §. Is qui ad hostes. ff. de re militari. L. Si quis aliquid ex metallo. §. Transfugę. ff. de pœnis. Transfugę ad hostes, aut secretorū nostrorum renunciatores, aut viui exurantur, aut furca suspendantur. Quæ pœna ergo dignus erit, qui a Duce Christo, cui fidem dedit, & obedientiam promisit, sit transfuga ad crudelissimum omnium hostem Demonem?

His

His accedit, quod secundum rigorem iuris militaris, miles si arma amiserit, vel alienauerit, capitis damnari potest. in d. L. Desertorem. §. Miles. Miles ergo Christi, qui abiicit, contemnit, & conculcat armaturam Christi, & scutum fidei, in quo posset, si vellet, secundum apostolicam doctrinam, extinguere tela nequissimi aduersarii, quam merebitur poenam?

Quartò: Secundum legem non solum diuinam, sed etiam ciuilem, blasphemus mortem meretur, vt est textus clarus in Authent. vt non luxurientur contra naturam, quam authent. Ioan. ab Anania cap. 2. de maledic. vehementer laudat, & magnificat; & ita affirmat & concludit Doct. vt attestantur Damhaud. in pract. crim. c. 61. nu. 26. & Iul. Clar. li. 5. sent. §. Blasphemia nu. 3. Quae tamē poena hodiernis temporibus non seruatur, ob defectum religionis & iustitiae, vt dicit Lucas de penna, in L. omnes. C. de delator. lib. 10. Seruanda autem esset huiusmodi poena, si esset magna & enormis blasphemia, quae ex deliberato, & doloso proposito procederet, vt Zasius lib. 1. consil. 19. annotat, & sic Boerius in decis. 301. aliquando practicum in nobilibus & doctis curijs tradit. Cogitet ergo Christianus quae poena digni sint malefici, qui non solum verbis, sed etiam facto maximas blasphemias in Deum. B. Virginem & Sanctos iaciunt vt placeant Daemoniorum principi, cui magis proba-

probat, qui maiora scelera perpetrat. Committitur etiam blasphemia facto, vt docet Lodouic. de monte alto, in tract. de Reprobatione Sententiae Pilati, num. 6. pro qua doctrina faciunt quae dicunt Francisc. Squillacensis, de fide Catholica cap. 15. & 16. & Ioan. Immolens. in Clem. 1. de vsur.

Quintò: Peccatum contra naturam, siue Sodomia, secundum ius ciuile etiam morte punitur, tam in agente, quam patiente. L. Cum vir nubit in foeminam. C. ad L. Iuliam de adult. & in d. Authentica, vt non luxurientur contra naturam. 15. q. 1. can. Mulier. & 23. quaest. 5. can. Reos. §. Qui coierit. Et quamuis text. in d. L. Cum vir nubit, innuat poenam gladij: consuetudine tamen recepta est, vt peccantes contra naturam, igne concrementur, vt docent Angelus in d. L. Damhaud. in pract. crimin. cap. 96. num. 12. Iulius Clarus lib. 5. in §. Sodomia, & alij alibi. Quam consuetudinem sequitur Constitutio criminalis Imperatoris Caroli V. in artic. 116. Quis igitur dubitat poena mortis afficiendum eum, qui hoc enormissimum peccatum non dubitat exercere cum spiritali creatura, quod omnia peccata carnis malitia & enormitate superat? Et confirmo. Si Iudeus Christianam carnaliter cognoscat, maximè accedente aliqua circumstantia augente malitiam, morte plectitur, secundum aliquorum Doctorum sententiam, quam etiam

etiam amplectuntur constitutiones nouæ Mediolanensium, sub Rubrica de pœnis, cap. Iudæus, referente Menochio lib. 2. de arbitr. Iudic. quæst. casu. 290. idq; ob disparitatem cultus & infidelitatem. Quanto maiorem meretur pœnam, qui cum Dæmone coit, ubi non solum naturarum diuersitas, sed etiam in nullo cõmunicatio? De pœna Iudæi coeuentis cum Christiana, tractant ad longum Paulus Grilland. de pœnis omnifariam coitus. q. 12. Boerius in decis. 316. Menoch. doc. tẽ loco citato. Anthon. Gabriellus Romanus lib. 7. communium conclusionum, concl. 21. Marsilius in consil. 101. incipiente. Illumina quæso. Alexand. in consilio. 99. volum. 6. incip. Visa inquisitione formata contra Abraam. Oldrad. de ponte in consil. 333. incip. Qualiter puniatur Iudæus, cognoscens, Philipp. Corneus lib. 1. consil. 114. incip. Licet primo aspectu. Canonistæ in cap. In nonnullis, cum Gloss. de Iudæis.

Sextò: Secundum leges humanas, qui crimen læsæ maiestatis humanæ committit, extremo supplicio afficitur. L. Quisquis. C. ad legem Iustam Maiest. & hæc communissima est sententia. Ergo multo magis, qui reus est læsæ maiestatis diuinæ. Quia grauius est diuinam, quam humanam lædere maiestatem, cap. Vergentis. de hæret. & in Authent. Gazaros. C. eod. tit. Sed nostri malefici sunt rei læsæ

læsæ maiestatis diuinæ. L. Etsi excepta. infra. eod. tit. id quod ratio euidenter demonstrat: declinant enim à partibus proprii sui domini & Regis, ad hostem regni & cum eo pactum inuicunt, contra proprium & summum suum principem, quod est de natura criminis læsæ maiestatis. Sed non sunt rei læsæ maiestatis, quatenus damna in exterioribus inferunt, quia sic in longè minora crimina incidunt, ergo quatenus pacta inuicunt cum Dæmonibus, aduersus Deum & regnum eius. Nisi quis ita impudens sit, qui iudicet maius esse peccatũ, hominem occidere, aut duos equos interficere, quam Deum abnegare, communioni Sanctorum abrenunciare, & pacta cum Dæmonibus inire. Sed omnes qui in congregatione apparent, & cum reliquis cõuenticula frequentant, iam sunt rei læsæ maiestatis diuinæ: Aliàs non interessent tam fœdæ societati.

Septimò. Secundum il. hæcæ ciuiles, diuinatores, aruspices, & similes morte multantur, vt patet in L. Nullus. L. Nemo. L. Multi. L. Etsi excepta. sed hi nulla damna inferunt in exteriorib⁹. Ergo maiori supplicio afficiendi malefici per excellentiam, qui Deũ suum derelinquunt & castra diaboli sequuntur: quæ leges, diuinæ legi concordant, vt ex superioribus constat. Huc facit illud edictum Athalarici Regis Gothorum, cuius me-

M m

minerunt

meminerunt Casiodor. lib. 9. Olaus magnus lib. 3. cap. 19. de Gentium septentrionalium varijs conditionib. & Petrus Gregor. lib. 32. Syntag. iuris vniuersi c. 14. Maleficos, inquit, vel eos, qui ab eorum nefarijs actibus aliquid crediderint expetendum, legum seueritas insequatur: quia impiū est, vos illis esse remissos, quos cœlestis pietas non patitur impunitos. Qualis enim fatuitas est creatorē vitę relinquare, & sequi potiūs mortis auctorem.

Octauo: Probat dictam conclusionē Lex fin. in C. Theodosiano de malefic. & mathe. Ne quis deinceps nocturnis temporibus, aut nefarias preces, aut magicos apparatus, aut sacrificia funesta celebrare conetur. Detectum enim & conuictum competenti animaduersione mactari perenni auctoritate censemus. Quid aliud nostri malefici agunt, quā quod nocturnis temporib⁹ ad opera diabolica proficiscuntur, ad celebrandum magicos apparatus, ad sacrificandum Dæmonibus, ad cultum eorum perficiendum?

Postremo: Efficaciter hanc cōclusionē probat constitutio quędam Electoris Saxonię, in 2. parte 4. quam allegat Ioan. Georgius Godelmannus lib. 3. de magis & veneficis, cap. ii. num. 19. Constitutionis autem verba è germanico idiomate in linguam latinam ad verbum translata sic habent. Si quis oblitus Christianę fidei, cum Dæmone fœdus inierit, operatur,

ratur, aut rem habuerit: talis persona etiam si veneficio siue maleficio nemini nocumentū intulerit, igne è vita ad mortē tolletur, & punietur. Qui vero absq; dæmonis huiusmodi pacto aut fœdere, alicui veneficio siue maleficio damnū intulerit, siue id parū siue magnū fuerit, magus aut maleficus siue vir aut mulier fuerit, pœnā gladij sustinebit. Hęc certē constitutio iuri diuino & ciuili congrua est, quantū ad primū eius membrū, quod ad propositū dictę conclusionis allegamus. Pacta cū dæmone habere, & rem, cum spectent ad atrocissima crimina, vt supra ostensum est, maximam merentur pœnam. *Predictę conclusioni videtur obijcere constitutio criminalis Caroli V. in articulo 109.* Si quis maleficio siue veneficio hominibus damnū aut nocumentum intulerit, morte ignis plectatur. Si vero nulli damnū intulerit, pœnas patiatur pro delicti qualitate & quantitatē, super qua re Iudex consiliū requiret, prout infra scriptū est: Ex hac cōstitutione sequi videtur, quod si maleficus Deum abnegauerit, idololatriā & apostatiam cōmiserit, cōuentus diabolicos frequetauerit, cum dæmone rem veneream exercuerit, sacramenta cōtempserit, eisq; abusus ad horrenda scelera fuerit, si hominem, equum aut vaccam nō maleficio necauerit, nō sit morte afficiendus. Quisquis ratione utitur, si quem in scientiā gradū assecutus est, scire debet non solū leges,

sed etiam constitutiones ita interpretandas, ut omnis contrarietas vitetur, & absurdus intellectus locus non habeat. L. Nam absurdum. ff. de bonis libertor. L. in ambigua. ff. de legib. L. Scire oportet. §. aliud. ff. de excus. tut. Alexand. in consil. 83. incip. Visa facti narratione. 2. vol. Lodouic. Roman. in consil. 485. incip. In casu propositæ consultationis. Bart. in L. omnes populi, in q. 6. principali, in versic. Iuxta præmissa quero. ff. de iustit. & iurè. Marfil. in consil. 16. num. 45. incip. Inclina cor meum num. 45. & in consil. 85. num. 8. incip. post redditum consilium: & in practica criminali. §. vltima. num. 36. pro quibus facit L. Scire leges. ff. de legib. Et illud Hieronymi in epist. ad Galat. cap. 1. & positum in 1. q. 1. can. Marcion & Basilides, relatum à Petro Ancharano in consil. 283. incip. In auxilium veritatis, in penult. columna. Veritas non consistit in verbis scripturarum, sed in eorū sententia, non in superficie, sed in medulla, non in folijs, sed in radice rationis. Nunc respondetur dictæ constitutioni. Secundum legem diuinam & humanam, ut in præsuppositis huius quæstionis annotauimus, pœna est commensuranda peccatis. Quare valdè absurdum est, & à ratione alienum, quod qui homicidium comiserit, equum, aut vaccam interfecerit, sit comburendus & morte afficiendus: Et is qui profes-

sionem

sionem Christianæ fidei in Baptismo suscepit, eamque abnegauerit, cum Dæmone pactum inierit, idololatriam commiserit, cum Dæmone venerem expleuerit, & similia horrenda crimina perpetrauerit, veniat absolendus à morte: hoc enim esset maioris facere equos & vaccas, quàm Deum & professionem nostræ fidei, grauius constituere, equos & vaccas interficere, quàm diuinam maiestatem grauisimè lædere, ut omnium sententia in hoc crimine contingit. Adhæc, quod vnquam crimen grauius in sacris literis idololatria & magia punitum est, aut etiam Sodomia? ut passim omnibus clarum est ex veteris testamenti libris. Velle ergo homicidam aut interfectorem vaccarum & equorum occidere, & perfidum fidei Christianæ abiuratorem, idololatriam, diuinæ maiestatis reum, & pessimum Sodomitam conseruare, est iniquam stateram adferre, sine ratione contra legem Dei & hominum statuere, & absurdissimum inuehere in leges & constitutiones. Nam & Imperator infra in constitutione sua artic. 116. peccatum contra naturam pœna ignis plectendum decernit: sed propius ad constitutionem. Nomen maleficij aut sortilegij generale nomen est, conueniens omni superstitioni, & operationi, quæ diabolicam sapit cooperationem, ut constat ex Paulo Grillando de Sortilegijs, Damhauder. in pra-

Mm 3

Etica

Etica crimin. cap. 6. numero. 79. & Doctoribus canonum in tit. de Sortilegijs. Cum autem multæ sint superstitionis species, non omnes eandem habent malitiam, aut parem gradum in offensa. Principales autem species sortilegiorum sunt tres. Diuinatoria, Amatoria & venefica, quæ etiam species non sunt pares in gradu malitiæ, loquitur ergo Imperator in sua constitutione illa non secundum totam latitudinem maleficij, sed secundum quod veneno vtuntur ad nocendum hominibus & iumentis: iuxta L. 1. huius tit. Grauius est veneno quam gladio occidere, & eam sententiam apprehendit, quæ in d. L. diximus cõmunioem, & in praxi receptiorem, iuxta mentem Iulij Clari lib. 5. sentent. in §. Homicidium, & Didac. Couarr. in Clem. Si furiosus, de homicid. quod præbens aut propinans venenum non subsecuto effectu, scilicet morte, non puniatur pœna ordinaria, sed extraordinaria, formato arbitrio secundum circumstantias rerum occurrentiũ. Et quoniã liquida res est, subsecuto effectu pœnam decernit: Quando autẽ effectus nõ subsequitur, pedit ex arbitrio prudentis Iudicis aut discreti, qui si sibi nõ sit sufficiens, requiret consiliũ, prout in constitutionib. decernitur. Et sic non loquitur Imperator de maleficis per excellentiã, sed tantum prout nocent veneno hominibus & iumentis. His addere possumus, quod

cum

cum non omnia sortilegia sint eiu(s)dem malitiæ, etiam non semper pari pœna puniuntur, sed arbitrium & consilium habet locum, vt Plato in vndecimo de legib. Menoch. de arbi. iudicium quæst. casu 388. & Petrus Gregor. in 3. part. Syntagmatis iuris vniuersi lib. 34. cap. tradunt: sic d. Constitutio non facit mentionem maleficorum per excellentiam, sed tantum quantum ad effectum nocendi, mediante veneno. Atque vt penitus hæc materia intelligatur, annoto breuius, quod latius exendit Alphon. Castrenf. lib. 2. de iusta hæret. punitione, cap. 12. ex doctrina Galeni, in opusculo inscripto, Quod animi mores corporis temperaturam sequuntur. Tres sunt causæ, quare facinorosi è medio tollantur. Prima, ne scelerati & pessimi viuentes alijs contumeliã, & damnũ inferant Reipu. & eius membris. Sic Præses siue Iudex ex officio tenetur providere suæ prouinciæ, vt purgetur à malefactoribus. Aliàs si ex sua negligentia & conuiuentia Respub. aut eius membra damnantur, fit reus culpæ & restitutionis damnorũ. c. 1. de offic. iudic. delegat. & DD. ibidem. L. Congruit. ff. de offic. præsid. Hæc causa facit, quod fures, sicarii, homicidæ & alij eiusdem notæ facinorosi è medio tollantur. Secunda causa; vt alij similis pœnæ timore, deterreãtur à similibus criminibus perpetrãdis, iuxta illud poëticũ. Oderunt peccare mali

Mm 4 formi-

formidine pœnæ. Prima causa ciuium inter se pacificum coniuictû, & totius Reipub. cõseruatione per hoc, vt nemo alterum lædat, concernit. Secunda prospicit bonis ciuium moribus, vt nemo atrociam crimina committat. Interest enim Reipub; vt bonos ciues habeat. Multi enim natura, aut praua consuetudine sunt procliuēs ad scelera, qui pœna mortis deterrentur: & alij pœnas flagitiosorum perspicientes, etiam exemplo fiunt cautiore, iuxta illud Salomonis; Pestilenti flagellato stultus sapientior erit: & iterum, stulto per-eunte sapiens astutior fit. Ex hac radice multa sunt leges, imponentes pœnam mortis, propter crimina, quæ nulli nocent, nisi ipsi peccanti: vt de diuinis, magis, eos consulentibus, blasphemis, idololatriis, Sodomitis, Baptismum reiterantibus, & similis farinae scelestis hominibus. Tertia causa, propter quam scelerati de medio tolluntur, est bonû ipsius hominis mali, ne de die in diem in peius prolabatur, & maiora inferni supplicia pati cogatur: omnes tres causæ vt plurimum militat in maleficis & sagis. Quare Damhauder. in practica crim. cap. 61. num. 136. rectè definit, cum ait. Quanta mala hoc perniciosissimum genus hominum nusquam non regionum faciat, cuius hominum est notissimum. Amplius enim hi perniciosissimi homines mendacijs, superstitionibus ple-

Proverb.
10.

nissimi

nissimi sua malignitate obsunt, quàm boni quiuis, aut precibus, aut pietate profunt. Plus incommodi Reipublicæ Christianæ illi inferunt, quàm hi commodi conferunt, nisi Deus obstiterit. Ideoq; non sunt vsquam tolerandi, sed vbiuis locorû potiùs tollèdi funditus, omnium creatore sic præcipiente, Exodi 22. Maleficos non patieris viuere. Hæc ille.

Tertia concl. *Iuste malefici pœna ignis interficiuntur.*

PRIMÒ, quatenus Deo abrenunciant & ad diaboli societatem declinant, Apostatæ enim perfidiæ pœna hæresis puniuntur. Hostiens. & Panormit. in cap. 1. de Apostat. pœna autem hæresis est meritò ignis. ex Ioan. 15. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum & in ignem mittent, & ardet. Ad hunc finem allegatur à Panormitano, Ioanne Andrea, & Hostiensi in cap. Ad abolendam, de hæreticis. Sunt etiam malefici præuaricatores, qui quasi spinæ euellentur vniuersi, quæ non tolluntur manibus, igneq; succensæ comburentur vsque ad nihilum 2. Reg. 23. Secundò, quia cõmittunt peccatum contra naturam, cui secundum legem diuinam, & iustam iudiciorum receptam cõsuetudinem, debetur pœna ignis. Tertiò, lex ciuilis in L. Nullus aruspex, in hoc tit. pœnam ignis etiam ponit,

Mm 5 quam

quam nunc passim praxis criminalis obseruat. Imo tempore B. Gregorij hæc pœna pro Magis Romæ fuit in vsu. Nam lib. primo Dialogorum cap. 4. attestatur, quod eo tempore, quo primum malefici in vrbe Romana deprehensi sunt, Basilus quidam in magicis operibus primus, exardescente zelo Christiani populi, Romæ igne crematus sit. Et quamuis ad mentem II. malefici viui essent comburendi, tamen quando ad cor redeunt & conuertuntur strangulati prius in multis locis comburuntur, ne lenta & atrox mors desperationē inducat: & id obseruandū, nisi speciales circumstantiæ aliud suadeant, vt alibi traditum est

Aliqua sunt ponenda obiectiones contra prædictas conclusiones, & soluenda, quibus aliqui aduocati maleficorum vtuntur.

Prima obiectio. Malefici non sunt occidendi propter abnegationem fidei, aliàs omnes Christiani forent occidendi: quia fidem abnegant, quoties præcepta Christi non seruant, 2. ad Timoth. 3. Erunt homines seipso amantes, & voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes speciem quidē pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et confirmatur exemplo B. Petri, qui, vt Euangelistæ attestantur, ter dominū abiurauit & negauit, & tamen non fuit capitis damnatus. Et quotus quisque est nostrum, qui id ipsum non facit, id est, Deum non

Mat. 26.

Marci 14.

Luce 22.

Ioan. 15.

non abneget, & Dæmonio non adhæreat? Ii-^{Ioan. 8.} quidem omnis qui facit peccatum, seruus est ^{1. Ioan. 3} peccati: & qui cōmittit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio peccat. Hoc argumentum magni facit & exaggerat sapius V. Vierus;

Respondetur ad hanc obiectionem quod maxima est differentia inter Christianos mortaliter peccantes alijs peccatis, & inter maleficos Deum abnegantes. Sicut enim non omnis mortaliter peccans est hæreticus, vt docet Franciscus Squillacensis, de fide cathol. cap. 22: Ita non omnis peccans abnegat Christum eo modo, quo malefici. Ad cuius rei declarationem notandum est ex S. Thoma 2. 2. q. 12. art. 1. & alijs Theologis alibi, quod apostasia importat retrocessionem quandam à Deo, quæ quidem diuersimodè fit, secundum diuersos modos, quibus homo Deo coniungitur. Homo autem Deo coniungitur tum per fidem, tum per debitam & subiectam voluntatem ad obediendum præceptis eius: tum per aliqua specialia ad supererogationē pertinentia, sicut per religionē, clericatū, aut sacrū ordinē. Nunc ad argumentū. Impropiè est apostasia, quādo aliquis retrocedit à Deo per inobedientiā & transgressionē mandatorū Dei, & nō subdit suā voluntatē diuinis præceptis, vt contingit in omni peccato mortali. At propria & peiissima est apostasia, omnino à Deo recedere, per expressam abnegationē Christiani nomi-

nominis, & renunciationem professionis in Baptismo susceptæ, quod est statum Christianæ religionis derelinquere, & seruitutem Dæmonis assumere: quod nullus hominum facit præter maleficos: & hæc potest dici apostasia perfidiæ. Dicitur ergo largo modo infidelis & fidē negare, qui non ambulat secundū legē mandatorū Dei, quatenus non operatur conformiter ad præscriptum fidei. Simile exemplum habere possumus in odio Dei. Omnis enim mortaliter peccans, aliquo modo Deum odio prosequitur. Nam scriptum est: qui malè agit, odit lucem: non tamen omnis peccator peccat peccato odij Dei specialiter sumpti, contra charitatem Dei, vt apud Theologos in confesso est. Ad quod penitus intelligendum, obseruandum est cum Scoto in 2. d. 37. & Gabriele ibidem d. 35. q. vnica, art. 4. dub. 1. quod auersio à fine vltimo, scilicet Deo, duplici modo intelligi potest: Formaliter, & Virtualiter. Formaliter, quando in auertendo habet vltimum finem pro obiecto positiuè vel priuatiuè. Positiuè, vt scilicet voluntas nolit illum finem actu positiuo: & hoc est propriè odio prosequi Deum, & formaliter proprio peccato se auertere à Deo, nec aliud hoc peccatum habet obiectū à Deo. Virtualiter auertitura Deo, quando auertitur ab aliquo necessario ad consequendum vltimum finem: Sicut infirmus dicitur se auer-

*Duobus
modis,
quis se po-
test à Deo
auertere.*

se auertere à sanitate, quando auertit se à poculo amaro, sine quo non potest haberi sanitas. Auersio formalis constituit distinctam peccati rationem, nec formaliter includitur in quolibet peccato mortali, sed efficit speciale peccatum, scilicet odium Dei. Virtualis autem auersio communis est omni peccato mortali. Quia in omni mortali voluntas inordinatè se habet, respectu alicuius necessarij ad vltimum finem, ratione diuini præcepti. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata Dei. Conformi ratione in nostra materia dicere possumus, nõ omnis peccans formaliter Deū abnegat, vel explicitè, vt aliqui dicunt, quem admodum malefici & sagæ, qui expressè Deo, professioni in Baptismo susceptæ, & cõmunioni Sanctorum abrenunciant, & declinant ad inimicum, eique suam operam addicunt. Quod nec etiam hæreticus facit, qui quamuis proprio sensu ductus aliquem fidei articulum ex errore neget, quem putat non esse articulum fidei, nec ex pertinacia vult suum iudicium Ecclesiæ submittere, tamen non abnegat, nec quidem abnegare Deum cogitat modo prædicto. Quod obijcitur negatio S. Petri; nihil facit ad propositum. Quæ enim est similitudo illius negationis, & abrenunciationis maleficorum & sagarum? Petrus metu mortis Christum quidem ore negauit, non tamen corde recessit, nec in

partes

partes Iudæorum declinavit, nec consilium aut pactum iniit contra Dominum suum. At malefici à Dæmone tentati in tam crudele facinus perfidiæ consentiunt, vt abiurent suam professionem, Dæmonē sequantur, venerentur, ac cum eo conspirent contra regnū Dei. S. Petrus statim ad cor redijt, peccatū deiecit, & reuersus est ad Dominū: Sed sagæ & malefici etsi à Dæmonē se deceptos recognoscant, perditū tamen statum sequuntur, & in dies in peius relabuntur, nec relipiscunt. Facendum enim est id, quod omnibus notissimum, humanū esse eadere, quod & Petro accidit, sed diabolicū esse perseverare: quod ferè omnib⁹ maleficis cōuenit. Sanè misericorditer subueniendū esset tam miserè à callidissimo hoste deceptis, & mitiùs cum eis agendū, si excusso iugo seruitutis, ad Deum per pœnitentiā, & veram peccatorū confessionē redirent, & nō in tam miserabili statu persisterent cum periculo animæ & corporis. At ex maximo numero paucissimi excutiunt duram illā seruitutē, ante finē vitæ, si nō ad manus iustitiæ deueniant. Tunc cum iam quasi de vita desperant, ob peccata cōmissa, metu mortis & instructione sana cōcutiuntur, miserū statum recognoscunt, in quo si discederent impœnitentes, (quod cōmuniter fieri solet, quando morte naturali præueniuntur) sine dubio igne perpetuo cremarentur, quem pœnitentes

Deoq;

Deoq; reconciliati, temporali & quidē breuissimā ignis pœna redimūt, si iustitia publicipuniantur. Ex qua causa profectō crudeles nō solum in Remp. sed etiā in corpus & animā maleficorum hominū sunt illi, qui ipsos nō conuersos per pœnitentiā oportunā, & liberā & firmā, liberare cōtendunt, aut cōsultatione fugę aut patrociniō, aut potenti defensione, vt sic in statu diabolico moriātur: Quasi misericordia sit parcerē corpori, ob aliquē humanū respectum, contra ordinē charitatis, qui requirit vt magis anima proximi diligatur, quam etiam corpus proprium. S. August. li. de doctrina Christiana c. 27. & S. Tho. 2. 2. q. 26 art. 5. & deinde in eternū anima & corpus ardeant, quod dæmon maximè in hoc opere desiderat, vt habeat eos socios in pœna, quos imitatores & participes sceleris fouit in hac vita. Considerandū illud: Momentaneum est quod delectat, sed æternū quod cruciat: quod nos ad nostrū propositū transponere possum⁹. Momentanea in hac vita pœna, p magnis scelerib⁹ est, quæ cruciat: sed æternū gaudium in cœlesti patria, quod delectat. Perpendendum etiam aliud August. ad Vincentiū Donatistā, insertum 23. q. 4. can. Nimum. Non omnis, qui parit amicus est, nec omnis, qui verberat, inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quā blanda oscula inimici. Melius est cum miseratione diligere, quā cum lenitate deciperē.

Atque

Atque hic paucis recolendum est & respondendum, quod quidam aduocati horum clientulorū obijciunt contra quosdam Magistratus, magos & maleficos pro officio suo & potestate tradita persequentes, quod audito nomine Malefici, aut sagæ, clament: Ad ignem, non secus atque olim Tyranni contra Christianos & Martyres clamitabant: Ad Leones. Talem clamorem nec dum audiui: si tamen iudices aliqui non ex temeritate, aut sanguinolentia, sed Zelo iustitiæ & amore diuinæ maiestatis pronuncient dicta verba de maleficis & sagis, non video quam Tyrannidem ostendant. Nisi velimus damnare Hieronymum in regula Monachorū, par. 3. tract. 9. c. 7. dicentem. Non est crudelitas pro Deo crimine punire, sed pietas: aut multo magis clamantem & verba repetentem Dominum apud Ieremiam redarguere. Gladius ad Chaldæos, gladius ad diuinos, gladius ad fortes illius, &c. Si gladius ad Chaldæos & diuinos nunquid ignis ad Magos, & maleficos ob excellentiam, quorum crimina grauissima diuinam maiestatem lædunt, & Dei Optimi Maximi indignationem prouocant, vt iuste nobis irascatur. Crescente enim malitia crecit & pœna, quæ commensatur culpæ. Si ergo Chaldæi & diuini, secundum Dei sententiã, gladio puniuntur, sicut etiam tales capitaliter leges ciuiles in hoc tit. C. statuerunt punien-

Ierem. 50.

puniendos: nescio quid iniustitiæ committatur, si malefici & magi sic dicti, ob criminū magnitudinem, pœna ignis afficiantur.

Secunda Obiectio. Malefici & sagæ non sunt etiam puniendi ob pactum initum cum Dæmone, cum hoc pactum imaginarium sit, & nemo dicat huiusmodi esse, nisi delusæ mulieres: cum etiam impossibile sit tale pactum. Hoc argumentum latius deduximus & confutauimus in l. parte superioris tractatus de confess. malefic. prælud. 6. à pag. 23. & 35. quare lectorem eò remittimus.

Tertia Obiectio. Non sunt etiam malefici comburendi, ob peccatum Venereum contra naturam cum Dæmone commissum. Quia hoc etiam imaginarium, & impossibile est. Hoc argumentum etiam ad longum formauimus, & dissoluimus in d. tract. part. 1. conclus. 5. à pag. 191. Ideo lector illum locum videat.

Quarta Obiectio. Non etiam sunt igne absumendi, propter incantationes frugum, inductionem grandinum & tempestatum: quia huiusmodi etiam efficere non possunt, cum excedat eorū potentiam. Etsi pro responsione huius argumenti multa dicta sint in l. 4. q. 4. tamen hic breuius respondendum est. Ad memoriam reducendum est quod alibi tractatum est in superioribus, Dæmonem, Deo permittente, concurrere ad huiusmodi

Nn

male

maleficia cum maleficis & sagis, & nisi ipsi concurrerent, Dæmonemq; in auxilium ex pacto vocarent, effectus non sequeretur. Quare rectè Glossa interlinearis in Exod. 22. in illa verba: Maleficos non patieris vivere, interpretatur: Cooperatores & adiutores Diaboli. Et licet homo physicè & naturaliter tales effectus proximè attingere nequeat, cum eius potestatem excedant: concurrunt tamen tanquam causa partialis moralis, voluntate & consensu, accedente etiam aliqua non raro actione exteriori physica, & conatu præuio. Quæ omnia sufficiant, vt culpa imputetur, & pœna infligatur. Quia quando voluntas & consensus præbent efficacem causam effectui malo consecuto, facientem & consentientem par pœna constringit, secundum sacram Scripturam, & vtrumque ius. Rom. 1. 86. d. can. facientis. 2. q. 1. can. Notum. cap. 1. de offic. & potest. iudic. delegati. Agentes & consentientes pari pœna Scripturæ testimonio puniuntur. & L. Si quenquam. C. de Episcop. & cler. & L. Quisquis. C. ad Legem Iul. Maiest. Quod maximè verum est, quando auxilium dans & cooperans, se ad maleficium cõmittendum coadunauerit, vt multis allegationibus comprobatur Marfil, in practica §. Constante. num. 46. & in conf. 34. num. 7. & consil. 67. num. 44. & alibi. Maleficus autem semper coadunatur Dæmoni in talibus operatio-

operationibus, in ordine ad effectum. Confirmo latius communi Canonistarum & Legistarum doctrina, quod quando auxilium dans est causa proxima maleficij, eadem pœna, qua principalis, punitur: & hanc esse communem attestatur ex alijs Didacus Couarr. in Clem. Si furiosus, ne homicid. Iulius Clarus. lib. 5. §. fin. pract. criminalis. q. 90. & Damhard. in pract. criminali cap. 133. Quod maximè obtinet secundum Iuliu Clarum & Martilium in consil. 25. num. 8. quando delictum committitur præuio tractatu, vel deliberatione, & accedente consensu eius, qui cooperatur: quæ nostris magis conueniunt. Nam semper quando volunt concurrere ad inferendum aliquod maleficium, & calamitatem, præuio consilio, tractatu, & deliberatione in nocturno conuentu, aut secretè communicant, & medijs à Diabolo præpositis se accingunt. Sic iam proximè in quatuor temporibus Pentecostes, nocte diuidente dies Iouis & Veneris, hoc Anno Domini 1591. tractatum habuerunt de perditione fructuum & frumentorum, cuius effectum Deus orandus est, vt auerrat. Ex quorum congregatione, Deo omnia suauiter disponente, & Iudicium corda mouente quamuis nec duo menses à tempore tam sceleratæ congregationis transierint, iam aliqui & aliquæ interceptæ sunt, &

Nn a flammis

flammis absumptæ, quæ tractatum aperuerunt, imo etiam admonuerunt, vt diuinam precibus interpellarent homines maiestatem, vt eorum conatus impediret, & potestatem dirigeret ad prosecutionem iustitiæ. His addo, quod non solum consensu & præuio tractatu maleficus concurrît ad maleficia incantationis & perditionis frumentorû, per aeris perturbatione, sed procedit ad actum proximorem, quem potest exercere, & putat efficacem ad executionem maleficij. Quando effectus ex definitione tractatus, aut proposito malæ voluntatis expediendus est, signum & symbolum externum ex pacto admouet, quod excitus Dæmon profilit, & concurrît ad productione effectus suæ potentiæ congruentis. Sic quando excitanda pluuia, Saga scopas erigit, aut aquam in nomine Dæmonis post tergum in aërem proijcit: vel si velit grandines fieri, fortè ex præscripto Dæmonis, silicem percutit aliquo instrumento ligneo aut terreo, quem admodum quidam fecit superiori Anno 1591. circa festum S. Iacobi, non procul hinc, quando grandinis lapidatione in certis quibusdam locis, & non alijs, ad vnum miliare circa, & prope ciuitatem hanc, maximum damnum vineis inuectum est, & auena in agris grandinibus triturata in multis locis. Talibus signis principalis operans prouocatur, quando maleficus, quem potest proximû conatum

conatum ad effectum exercere, adhibet. Si ergo qui dat signum furanti ad furti perperationem, furti sit reus. ff. ad L. Iul. peculatus. L. Sacrilegij. §. Si quis ex metallis, & qui dolose ac malignè dando signum, & occasionem ad homicidium concurrît, vt homicida punitur. L. Item si obstetrix, ibi: Quæadmodum. ff. ad L. Aquil. L. cuiusq; ff. ad L. Iuliam Maiest. L. Nihil interest. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Damhauder. in pract. crim. cap. 72. Quomodo non punitur incantationis signû dans diabolo, ad nocendum hominibus, & rebus ad eorum conseruationem necessarijs?

Quinta obiectio. *Nunc quidam crasforum ingeniorum, vt intelligo, sic argumentantur. Deus permittit maleficia fieri, & maleficos viuere, ergo non sunt puniendi. & è vita tollendi.*

TEMPORE S. August. quidam hoc argumento contendere volebant diuinationes non esse malas, nec Deo displicere, vt est videre apud S. August. in lib. de diuinatione, cap. 1. Respondetur breuiter ad argumentû, si quid probaret: concluderet homicidia, adulteria, blasphemias, crimina læsæ maiestatis tam diuinæ, quam humanæ, & omnia scelera non esse punienda. Quia Deus ea fieri permittit, & non semper punit in hac vita, vt videmus. Non ergo sequitur, Deus ea fieri per-

mittit, & non punit: ergo scelerati homines non sunt è vita tollendi. Sed bene hinc inferimus ea esse mala, quia Deus prohibuit fieri, magistratuique mandauit, vt scelera puniant, & ipse etiam quædam flagitia seuerissimè puniuit, vt passim patet in veteri testamento, & sic iudicibus etiam imperauit, vt maleficos non sinant viuere. Magistratus enim non sine causa gladium portat, est enim Dei minister, vindex in iram ei, qui malum agit, vt Paulus ait. & S. Petrus in epist. inquit, Subiecti estote omni humanæ creaturæ, propter Deum, siue Regi, quasi præcellenti; siue Ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Sic igitur licet Deus scelera per se nunc non puniat, dedit tamen magistratui puniendi non solum potestatem, sed etiam mandatum, vt puniant. Quæ causa est, vt magistratui imputetur ad culpam, si gladio non utantur pro officio iniuncto, & sinant sceleratos cum scandalo multorum & Reipub. detrimento viuere. Ad hoc propositum faciunt ea, quæ Origen. hom. 20. super lib. Numerorum adducit, occasione illorum verborum Numer. 25. vbi cum Populus Israel fornicatus esset cum filiabus Moab, Dominus iratus ad Moysen dixit. Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, vt auferatur furor meus ab Israël. Origen. Hic ait Popu-

Populus peccat, & principes ostentantur contra solem. Iidem ad examinandum producuntur, vt arguantur à luce. Vides quæ sit conditio principum populi, non solum pro suis proprijs arguuntur delictis, sed & pro populi peccatis coguntur reddere rationem, ne ipsorum sit culpa, quod populus deliquit, ne forte non docuerint, ne forte non monuerint, neque solliciti fuerint arguere eos, qui initium culpæ dederint vti ne contagio dispergeretur in plures. Hæc enim omnia facere principibus imminent & Doctoribus. Si enim illis hæc non agentibus, nec sollicitudinem gerentibus circa plebem, peccauerit populus, ipsi ostentantur, & ipsi ad iudicium producuntur Arguit enim eos Moyses, id est, lex Dei, velut negligentes & delictos, & in ipsos conuertetur iracundia Dei, & cessabit à populo, Hæc Origen.

Dubium hic resoluendum est, quod aliquando in hac materia occurrit, ob frequentiam sceleris.

Quid dicendum sit de pueris, qui incidunt in crimine maleficorum.

In his locis pueri vtriusq; sexus, hisce annis reperti sunt, hoc detestabili crimine infecti. Certum est ex cōmuni Doctorū sententia, quod impubes etsi sit doli capax nō punitur capitali pœna, aut membri mutilatione, nisi sit proximus pubertati: de qua materia tractat Julius Clarus li. 5. §. fin. pract. crim. q. 60. Marfil. in pract. §. Quoniam num. 96. & alij alibi. Impuberes autem censentur, secundū DD. in c. 1. & 2. de delictis puerorū: fœminæ vsq; ad 12. annū, masculi vsq; ad 14. annum, quantum ad peccatum carnis. Sic etiam minoræ tate excusatur a pœna ordinaria Sodomiz, Socinus Iunior lib. 3. consil. 7. Menochius lib. 2. de arbitr. iudic. qq. cas. 329. Semper autem illa regula iuris habēda est ante oculos, quod fere in omnibus pœnalibus iudicijs ætati & imprudentiæ succurrendum est, L. fere. ff. de regul. iuris. Si autem infans minimè sit doli capax, in totum excusatur à pœna. L. Infans, ff. ad L. Corneliam de Sicarijs. Clem. 1. de homicid. Si autem quis sit doli capax, & proximus pubertati, tenetur non ordinaria, sed mitiori pœna, L. Auxilium. §. In delictis. ff. de minoribus. Quando autem puer sit doli capax, iudicis arbitrium requiritur. Quia quidam citius, quidam tardiùs fiunt doli capaces, & ita nonnunquam etiam cōtingit, quod malitia ætatem suppleat. Ioan. Andr. Hostiensis, Panorm. Ioan. ab Anania in cap. 1. de delictis.

delict. puerorum, & alij alibi ex Dialogis S. Gregorij referunt, Diabolum è manibus Patris eripuisse puerū quendā quinq; annorū, iurantē & blasphemantē Deum: quod Deus non permisisset, si ille infans non fuisset doli capax. Ex circumstantijs ergo iudicandū est, an puer sit doli capax, & quando malitia ætatem suppleat. Huc facit id, quod narrat Aelianus lib. 5. variæ histor. cap. 16. de puero ob sacrilegium damnato, his verbis. Puer cum auream Laminam, quæ ex Dianæ corona deciderat, sustulisset, in iudicium adductus est. Iudices igitur crepundia, talos & auream laminam proposuerunt puero: qui cum iterum ad aurum inclinaret, plexus est tanquam sacrilegus, nec ætati veniam dederunt, sed flagitiū & scelus vindicauerunt. Quantum ad casum præsentem, in materia magiæ & maleficorum, si puer 8. 9. 10. 11. annorum aut plurium deprehendatur, diligenter incumbendum imprimis, vt ad meliorem frugem & viam salutis reducatur: quia in tam parua ætate, astutia Diaboli & malorum hominum, etiam nonnunquam propriorum parentum malitia, pueri in hoc peccatum seducuntur, seducti ob ignorantiam teneræ ætatis nesciunt quid remedij adhiberi possit, imo etiam ex instructione Diabolica tenent in secreto, & nemini mortalium extra consortium more omnium maleficorum reuelant. Contingit tamen

tamen quandoq; vt puto ex singulari diuina dispositione, quod ex simplicitate vel alia causa, pueri, qui secretum tenere non possunt, prodant congregationes & tractatus maleficorum nocturnos, vt experientia comperitum est in nostris partibus. Deinde, etsi pueri ante decimum quartum annum sint doli capaces, & culpam incurrant in multis delictis, præsertim quando sunt proximi pubertati, id est, ingressi decimum quartum annum, & consequenter possint puniri etiã in corpore; non puto tamẽ esse hoc etiam ex Iudicis arbitrio faciendum acerbius in hoc crimine, sed forte virgis castigandum, iuxta illud Dyni relatum ab Alberico in L. 1. §. Impubes, in verbo. Ferula. ff. ad Syllan. Castiga iuuenem ferula, furca senem, peccantem iuuenem corripere, pende senem. Huc facit quod communiter minores 14. annis non debent torqueri, nisi ferula, aut virgis terreri, non tam ad condemnandum, quam ad inquirendum. Post decimum quartum annum completum iudicis arbitrium potest habere locum, an in tam graui crimine in minorem ætatem sit mortis supplicium statuendum, ex circumstantijs occurrentibus in casu, vt, si talis diu fuerit in tali crimine, an perpetraverit plurima alia crimina, quæ solent hoc crimen committari: vt sunt Sodomia, rerum sacrarum abusus, & similia, an magno dolo & astutia prædictus, an spes constantis conuersionis & emen-

dationis: his & similibus considerandũ, ne si tortè corpori parcat, & ætati, anima cū corpore intereat. Pro hoc dicto facit L. Excipiuntur. ff. ad Syllan. vbi puer non multũ à puberis ætate distans, qui ad pedes Domini cubuerat, cum occideretur, nec postea cædem eius prodiderat, capitalẽ patitur sententiam. Vbi Bald. inquit, ex pluribus cõcurrentibus, augetur delictũ, & ex multis delictis resultat plena probatio, etiam ad cõdemnationẽ capitalẽ, contra impuberẽ. Et putat ibidem Bartolus eandem esse rationẽ, vbiq; dolus impuberis euidentissimè arguitur: Quod eius dictũ nimis esse seuerũ existimo cum Angelo, in L. Impuberem. ff. de furtis. Et exempla allata ex B. Gregorio & Aeliano ostendunt, in enormibus non parci ætati, quando malitia ætatem supplet. Cõprobat idem Constitutio criminalis Caroli V. in art. 164. vbi declarat, quid cum furibus minoris ætatis faciendũ sit, & statuit, quod si nec tales fuerint 14. annorũ, non afficiantur morte: Si autẽ propemodum 14. annum cõpleuerint, & furtum graue sit ex circumstantijs, ita vt malitia videatur supple ætatem: Iudicum officium erit consilium inquirere, quomodo tales fures sint puniendũ vel in bonis, vel in corpore, vel mortis supplicio. Vbi patet, quod cõsideratis circumstantijs Iudex potest moderare pœnam, etiam vsq; ad vltimum supplicium inclusiuẽ. Hinc argumentum

mentum formo. Sic hoc locum habet in minoribus criminibus, iuxta iura prædicta, quanto magis obtinebit in atrocissimis & enormibus, in quorum genere summum sibi vendicat locum crimen maleficorum & flagitarum, ob magnitudinem scelerum. Et si puer nec dum pubes iuxta d. L. Excipiuntur, in capitalem pœnam cõdemnatur, quod dolo præsumpto cædem sui Domini non reuelauerat; quid patietur puer castra Diaboli sequens, tractatus & nefanda scelera contra Rempub. & propriam Patriam cognoscens, nec ea reuelans? Quamuis enim iudex in leuioribus & minoribus criminibus pronior ad absoluendum liberandumq; esse debeat, in grauioribus atrocioribusq; tamen contrarium sentiendum, maximè quando tendunt in diuinæ humanæq; maiestatis offensam, & cõmunis boni detrimentum, iuxta ea quæ Marsilius in pract. §. Occurrunt, numero vlt. in fine libri, Damhaud. in practica cap. 150. num. 6. & alij alibi annotant; quod multis iuribus probari possit. Quia maior est fauor diuinæ humanæq; maiestatis & Rempub. quam priuatarum personarum. In hoc crimine quando quis reus inuenitur, non facile est bannendus, aut relegendus extra fines Prouinciæ, aut Domini; quia cum crimen etiam dependeat à cooperatione Dæmonis, facile nocte redeunt ad suos, vt conuentui

uentui adiant, quando agitur contra salutem Patriæ, vt iudices nostri non raro percipiunt ex confessione reorum de alijs, qui extra prouinciam fugerunt, moti conscientia patriæ sceleris, & timore pœnæ, & in exemplo allato in prima parte tractatus patet de Anna Rouer, quæ Colonix habitauit, & tamen nocte ad conuentum redijt in Heßenröderheidt. Aliud etiam ad hoc dicendum mouet, etsi, quando banniuntur aut relegantur, putentur conuersi ad mentem, tamen in tanto timore est quasi coacta conuersio: Et ita quando sunt in banno & exilio, in putillanimitate & desolatione ambulant, & Dæmon diligens in officio magnis & terribilibus tentationibus eos aggreditur, vt quasi desperent. Quæ ratione superiori anno quædam Saga in proximo loco, fuit bannita ex causa mouentis cum paululum abfuisset, voluntariè se iterum obtulit magistratui, & maluit pati pœnam mortis (quam etiam æquo animo pertulit) quam diutius intollerabili vexationi immanissimi inimici subesse extra prouinciam & patriam. Vt tamen hoc addam, non audeam vnquam consulere iudici in conscientia, vt in hoc enormissimo crimine arbitrium extenderet ad vltimum supplicium, ante decimum sextum annum completum, nisi maximæ circumstantiæ accederent, quamuis de rigore legis aliud fieri posset: Ante talem ætatem

ætatem minor esset custodiendus in tolerabili custodia, & instruendus: quo tempore elapso, si non sit ex circumstantiis adiunctis spes firmæ constantisq; conuersionis, adhuc est locus iustitiæ, in quam sententiam, in genere loquendo, consului superiori tempore;

LEX. VI.

Multi magicis artibus vsi elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitant, & manibus accinctis audent ventilare, ut quisq; suos conficiat malis artibus inimicos. Hos, quoniam natura peregrini sunt, feralis pestis absumat.

HÆc Lex est etiam Imperatoris Constantini ad populum: Vnde eruitur, opera maleficorum, quæ nostri confitentur se commisisse, non esse noua, sed etiam antiquitus magos fuisse & maleficos in magno numero, qui similia fecerunt, & cum Dæmonibus contra hominû salutem conspirauerunt. Et aduertendum ex hac etiam lege, maleficos magicis artibus, & non naturalibus nocere atq; (vt hoc etiam annotem, quoniam aliqui maleficos melioris conditionis videntur facere, quam magos) quod omni tempore, vt suprâ clarè docui, vulgus magos maleficos appellauit, & certè fraternizant. Qui enim

ait ma-

ait magum interficiendum, haud negare potest maleficum ob excellentiam, maiori pœna afficiendum esse. Conueniunt autem magus propriè dictus, & maleficus: quod vterque operatur ex pacto cum Dæmone inito, tametsi magus occultius & obscurius id faciat, vt rectissimè Thomas Erastus in Dialogis de Lamijs docet. Differunt autem: quia magus mirabilia operatur ad delectationem, iocum & ludum, aut ostentationem: Maleficus sua opera in perniciem & detrimentum aliorum dirigit. Magus putat se Dæmonem cogere, & in hoc se potentiorẽ illo putat, & quod sic exactus concurrat ad actionem. Maleficus Dæmonem tanquam patronum agnoscit, ei reuerentiam exhibet, & in auxilium tacitè vel expressè inuocat, quando operationem perficere cupit. Magus ex libris, vel aliorum instructione suam artem discit: Maleficus ab ipso Dæmone seducitur, licet etiam aliquando aliqui persuasione aliorum inducantur. Magus non expressè Deo & communioni Sanctorum abrenunciat, nisi in summo malitiæ sit gradu: Maleficus autem communiter hoc facit. Ex quibus clarum est, magum strictè sumptum in malitia superari à malefico. *Elementa turbare.* Quomodo magi siue malefici Elementa perturbent, latè declaratũ est in L. præcedenti, q. 4. *Vitam insontium labefactant,* inducendo infirmitatem

tatem

tatem, aut mortē. *Manibus accinctis audent ventilarē, ut quisque suos malis artibus conficiat inimicos.* Quidam rectius videntur legere quam anti-qua Cod. lectio habet, videlicet, manibus accitis, id est, Dijs infernalibus inuocatis (ad mentē Glossæ) qui ex pacto cooperantur, ut quisque suos inimicos seceret & occultē inicare & interficere valeat. Huic doctrinæ cōuenit Theologorū vnanimis sentētia, quod in maleficijs & quibusdā alijs superstitionibus semper fiat inuocatio Dæmonum tacita ve expressa. S. Thom. 2.2. q. 95. art. 4. & sæpius in ead. q. Cardin. Caiet. in d. art. 4. Alphonsus Castrensis lib. 1. de iusta hæreticor. punit: cap. 13. Syluest. in verb. Maleficium. & in verb. Superstitio. Turrecr. 26. q. 2. can. Illud. Nauar. in manuali Confessar. c. 11. num. 28. & alibi. Et articulus Parisiensis primus de superstitionib. Quod per artes magicas & maleficia, & inuocationes nefarias, quærere familiaritates & amicitias & auxilia Dæmonū, non sit idololatria. Error. Astipulantur Iurisperiti, Glossa, Angelus, Salycetus, Alber. in præsentī L. Bonifac. de vitalinis in tract. de maleficijs, in cap. de Sortileg. & mathem. Ioan. de Anania in Rubr. de Sortileg. Grilland. q. 2. & 3. de Sortileg. Damhauder. in practica crim. cap. 61. à num. 132. vbi pulchra ad huius L. explicationem pertinentia adfert. Neque etiam putandum est, inquit, tam prodigiosos

prodigiosos effectus maleficarum ab huiusmodi rebus, quibus vtuntur ad maleficiandum, oriri, sed ab instituente hæc signa Diabolo, quicum sit superbissimus, Deo cupit in omnibus quam simillimus esse. Quemadmodum enim omnipotens Deus quædam in Ecclesia sua Sacramēta instituit, quæ dignè vtentibus (ipso aspirante) salutarem delignant & producant effectum: Ita & Diabolus, qui nihil impensius appetit, quam in pretio haberi, & Deo æqualis videri, signa quædam tanquam sacramenta instituit, quibus inuocatus ab his, quibus confœderatus est pactis, operator malignus afsistit; & quoties Deus permiserit, quod rogetur, malum perficit. Et post pauca: Mulieres autem maleficæ, quæ iam voluntate deprauata, & consensu in consortium Dæmonum per pacta transferunt, notas quædam & signa symbolica ab ipsis recipiunt, quibus exciti Dæmones mox profiliunt. Quocirca in his perniciosis operationibus Dæmonum, nihil efficacius stulta maleficarum credulitate, quæ pactis augetur & votis. Nam quanto vel Dæmonibus, vel eorum signis firmiorem adhibuerint fidem, tanto velociorem assequuntur, cooperantibus ipsis, effectum. Hæc ille ex Ioanne Tritemio in tract. de reprobis & maleficis mulieribus, ad quæstiones propositas à Maximilia. Cæsare. Si quis dicat. An semper inuocati ac-

currere cogantur; Respondetur quod non. Aliquādo enim vltro non coacti adueniūt, & suum auxilium præstāt, vt suos clientulos in sua perfidia cōtineant, & sic magi putāt, quod inuocationib⁹ & coniurationibus eos cogāt, sed decipiuntur. Illa enim verba non sunt tam efficacia, vt Dæmonem cogant, sed tantum ex pacto concurrunt. Aliquando ad inuocationem Magi siue malefici non fert auxiliū, nec cooperatur: quia Deus nō permittit. Aliquando autē Magus verbis & coniurationibus cogit dæmonē in hunc modū, quando habet scilicet pactū cum superiori dæmone, cui inferior morē gerere tenetur: tunc tamē verba & coniurationes respectu superioris non habēt vim coactionis, sed tantū rationem signorū & inuocationis. *Hos quoniā natura sunt peregrini, scilicet valis pestis absumat.* Merito vocātur malefici naturæ peregrini: quoniā vitæ humanæ infidiat, & nō solum aliens, sed etiā quasi propria, dum proprios nonnunquā infantes, qui sunt portio suæ substantiæ, occidūt, Dæmonibus cōsecrant, aliquando corda eorū cōmedunt, aliquando autē igne in pulueres, quib⁹ ad nefandos actus abutuntur, redigunt. His accedit, quod destruunt ea, quæ ad conseruationē humanæ vitæ necessaria sunt. Quare meritō ea pœna, quæ hic decernitur, sunt digni, vt scilicet bestijs tradātur ad dilacerandū. Damnatio ad bestias pœna etiam erat in lege diu-

na 4.

11.4. Regum cap. 2. Pueri illudentes Heliseo & dicentes; ascende calue, ascende calue, à duobus vrlis lacerati sunt, qui ex eis quadraginta duos lacerauerunt, ex diuina iussione. Deuter. 32. Dentes bestiarum immittā. Ezechiel. 5. Congregabo super vos, & conteram baculum panis, & immittam in vos famem, & bestias pessimas. Sic Daniel. 6. & 14. Darius rex Medorum & Persarum in adorātes Deos alienos statuit bestiarum & leonum obiectionē. Quæ pœna olim familiaris fuit Gentilibus, contra Christianos martyres, vt constat maxime ex Hieron. de scriptoribus Ecclesiasticis vbi vitam S. Ignatij describit, qui ait. De Syria vsq; ad Romam pugno ad bestias, in mari, in terra, nocte dieq; ligatus cum decem Leopardis, hoc est, militibus, qui me custodiūt; quibus & cū benefeceris, peiores fiunt. Iniquitas autem eorū mea doctrina est; sed non idcirco iustificatus sum. Vtinā fruar bestijs, quæ mihi sunt præparatæ: quas & oro mihi veloces esse ad interitum, & ad supplicia, & allici ad cōmedendū me; ne sicut & aliorum martyrū, nō audeant corpus attingere. In alijs quoque ll. imponitur damnatio ad bestias, vt in L. pœna, ad L. Pompeiā de parricid. & L. Ad bestias; ff. de pœnis & alibi. Sed hæc pœna nūc amplius nō est in vsu, vt docet ex Angel. & Marli. Iuli. Clar. li. 5. Sent. §. fin. pract. crim. q. 67. nu. 4. & in eius locum successit decapitatio naturalis.

An propter multitudinem maleficorum, hoc tempore seueritati legum detrahendum sit, & crimen debeat manere inultum, ut quidam maleficorū aduocati volūt?

VIDETUR, quod sic: quia detrahendum est seueritati, vbi multorum strages iacet. Glossa in cap. Latores, de cleric. excōm. & in L. Aut facta, de pœnis. §. fin. ff. facit ad idem, can. Vt constitueretur. 30. dist. can. Commestationes. 44. dist. hinc celebre illud dictum Gloss. in d. cap. Latores. Ob populū multum, crimen pertransit inultum.

In contrarium est L. præsens, quæ multos maleficos siue magos fuisse eo tempore attestatur, & tamen statuit eos seuerissimè puniendos laceratione bestiarum. S. Thomas. 2. 2. q. 108. art. 1. ad 5. quem citat & sequitur Albericus de Rosato in dictionario iuris, in verb. Correctio. versic. Qualiter attendendum, respondet, quòd quādo tota multitudo peccat, de ea vindicta sumenda est, vel quantum ad totam multitudinem, sicut AEGiptij submersi sunt in mari rubro, prosequentes filios Israël, vt habetur Exodi 14. & sicut ob sodomiam Sodoma & Gomorra vinuersaliter perierunt: Vel quantum ad magnam multitudinis partem, sicut patet Exodi 32. in pœna eorum, qui vitulum adorauerunt. Quandoque

que verò si speretur multorū correctio, debet seueritas vindictæ exerceri in aliquos paucos principales, quib⁹ punitis ceteri terreatur. Sicut Dominus Num. 25. mandauit suspendi principes populi, pro peccato multitudinis. Si autem non tota multitudo peccauit, sed pro parte: tunc si possunt mali secerni à bonis, debet in eos vindicta exerceri, si tamen hoc fieri possit sine scandalo aliorū. Alioquin parcendum est multitudini, & detrahendum seueritati. Quando autem peccatum multitudinis est tale, quod magis noceret multitudini vel spiritaliter, vel temporaliter, quam scandalum, quod exinde oriretur, vindicandum est: hæc ex S. Thoma.

Ad hanc materiam multa adferunt Bartolus in L. Aut facta. §. Nonnunquam. ff. de pœnis. Nicolaus Boerius in tract. de seditionis, in septimo & vltimo præsupposito. Ioan. de Anania, & Felinus in cap. Dilectus. 2. de Simonia. Alphonfus à Castro lib. 2. de iusta hæret. punitione cap. 14. prope finem.

Respondetur nunc ad propositum. In hoc enormissimo crimine nihil detrahendū est seueritati, ppter multitudinē eorū, qui immer si sunt. Probatur in primis: propter Sodomiam in Sodoma & Gomorra nocentes cum innocentibus interfecit, & ciuitates igne succendit Dominus. Et in cap. d. Exod. 32. eo quòd populus vitulum conflatilem adorauerat, &

coram eo iussit, & choros duxit, occisa sunt triginta tria milia hominū, nec peperit Dominus in tam enormib⁹ criminibus multitudini. Similia exempla nō defunt alibi in veteri testamento. In tam enormib⁹, vt ait Ioan. de Anan. in d. c. Dilectus: cessant omnes rationes. Ad idem facit expressus text. in d. L. Aut facta. §. d. Nonnunquā, ait, euenit, vt aliquorū maleficorū supplicia exacerbantur, quoties nimis multis personis grassantib⁹ exemplo opus sit. Hinc, quādo sunt delicta grassantia, & ad malum tendentia, iuxta Glossam ibidē, propter multitudinē peccantiū pœna exacerbatur. Sic Glossa, Bartol. in eadem L. Ioan. de Anania loco citato. Nicolaus Boerius. Felin⁹ vbi supra: & Archidiac. in can. Deinq; d. 4. quādo delictum est commissum aut committitur multis, & est dubium ne committatur propter multas personas aptas ad hoc, & in futurū peccet, non parcitur multitudini. Quod multa magis est verū, quādo crimen est maximū, sicut crimē maleficorū, & rēdit in corruptionē spirituale & tēporale multitudinis, & multa maius est nocumentū instans, quā sit scandalū quod nullum oritur ex vindicta. Quia, vt Glossa & Anth. à Butr. in d. cap. latores, tradūt, quādo non timetur scandalū, sed præsumitur quod populus æquinamiter tolerabit rigore, propter multitudinē non est tollendus rigor: quod profectō obtinet in pessimo crimine

mine maleficorū. Populus enim cū animaduertat grauitatem huius criminis, & damna, quę in Rempub. redundant ex eo, & quomodo malū latius indies serpat, nisi prospiciatur, egerrimē fert si magistratus executionē iustitię prahat, & multū etiam ædificatur ex tanti criminis punitione, velletq; Rempub. optimē repurgatā tam exitiali peste, imo multa scandala oriuntur in populo, quādo negligentius agitur in extirpatione, vt experientia discimus. Tum enim populus murmurat contra magistratū, multę sinistrae suspiciones oriuntur, & plurima peccata murmurādo, detrahendo, sinistra iudicando, & mēdacia spargendo cōmittuntur. Quorū alienorū peccatorū magistratus sit particeps, si cōniueat, & somnolentius procedat: laudē autē consequitur apud Zelatores iustitię, si sine acceptione personarū, habita iustitia & gloria Dei ante oculos, ad puniendum procedat, & ad purgandū Remp. à malefactorib⁹, iuxta L. Cōgruit. ff. de offic. præsidis, accingatur. In hoc crimine profectō veritatē habet illud Straroclis, relatum à Damhau. in pract. crim. in c. 150. nu. 6. Ignoscendo nocentibus, innocentium salutem custodiri nō posse. Item illud vulgare prouerbiū: Qui parcit malis, nocet bonis. Ad ea, quę in contrarium allata sunt, respondeo: Seueritati detrahendum est propter multitudinem, in leuioribus delictis, quę in futurum non pendens

pendent, & quando plus scandali ex punitio-
ne oritur, quam boni sequitur, utpote con-
tingere posset, quando de sceleratis non pos-
set haberi vindicta sine maxima Reipub. per-
turbatione. Tunc locum habet: Quæ emen-
dare non possumus, tollerare necesse est: Ne
si quis velit eradicare zizania, euellat & triti-
cum. Alphons. à Castro loc. citat. respondet,
parendum esse multitudini, & mitius cum
illa agendum, quando talis multitudo pecca-
tum suum agnoscit, & parata est de illo corri-
gi, & bona de illius correctione habetur spes:
quod in hoc crimine etiam locum habere
potest: de membris singulis multitudinis ip-
sico in suo gradu. Alioquin si multitudo ip-
sa peccans peccatum suum non agnoscit, sed
in eo perseveret, aut tanquam rem bene ge-
stam velit defendere: tunc seuera punitione
est coercenda, ut à suo errore discedat, nemi-
nia indulgentia obstinationis ansam illi præ-
beat, præsertim si ipsa multitudo in potentia
sua confidens, inde ad peccatū audacior fiat.

SECUNDA QVAESTIO.

*An magi & malefici insontium, ma-
ximè infantium, vitæ insidientur, ut præ-
sens L. significat?*

PRO huius legis maiori elucidatione pro-
certo habendum est, quod Dæmones fe-
runtur

runtur delectari sanguine humano. 26. q. 5. c.
Nec mirum. Sic omni tempore suos cultores
solicitantur ad effundendum sanguinem,
& ad immolandū homines. Psal. 105. Immola-
uerunt filios suos & filias suas Dæmonijs, &
effuderunt sanguinem innocentem filiorum
suorum & filiarū, quas sacrificauerunt sculp-
tilibus Canaan. Vbi bene annotat Arnobius.
Primò enim dixit. Effuderunt sanguinē in-
nocentem. Et ne putarentur extranei, addi-
dit, filiorum suorum & filiarum suarū, quo-
rum salus in humana conuersatione dulcissi-
ma est, ut illis non parcerent, pro quibus pij
parentes etiam interfici non recusant. Et ut
colligitur ex 4. Reg. cap. 23. & Hieremiæ 32. &
Leuit. 18. & alibi: Idolo Moloch pueros im-
molabant, qui & supposito igne cōbureban-
tur. Sic etiam Iulianus Imperator postquam
Christum abnegauit, & vacauit Dæmonum
incantationibus, ita crudeliter magiæ operam
dedit, quod post mortem eius corpora & ca-
pita hominum iugulorum multa in cistis,
in puteis, & locis secretioribus Imperatoris
aulæ Antiochiæ fuerint reperta, quos macta-
uerat clam futura inquirens, ut tradunt Ni-
cephor. lib. 10. Ecclesiasticæ histor. cap. 36. So-
crates lib. 6. histor. tripartitæ cap. vlt. Simi-
lia sunt & magis horrenda, quæ referuntur
contigisse in Huketan siue noua Hispania,
ubi in maxima ciuitate Temixtitan Dijs suis

annuatim ultra viginti milia puerorū puellarumque corda sacrificare solebant, quæ nunc non Dæmonibus, sed altissimo Deo per doctrinam Euangelij & verum cultum Dei offeruntur. Hæc Episcopus illius ciuitatis, in Epistola data Anno Domini 1531. in mense Iunio, ad Capitulum generale Fratrum minorum regularis obseruantia, celebratū Tholosæ Anno Domini. 1532. de profectu & animarum lucro significauit. Laurentius Surius in cōmentario breui rerum in orbe gestarū pag. 515. in impressione de Anno 1574. refert ex Archiuis Caroli Cæsaris inter reliqua, quod horrendū dictū est, mille plerumque homines vno die in ciuitate Mexicana fuisse immolatos idolis, quæ nunc per gratiū Dei exturbata sunt, & Dæmonibus silentiū indictū. Doctores mallei maleficarū in 2. par. q. 1. cap. 13. narrant, in diocesi Basileensi & oppido Dan maleficā obstetricē incineratā, quæ confessa est se ultra quadraginta pueros necasse. Nicol. Iaquer. in flagello hæreticorū fascinatorū cap. 15. attestatur, in Gallijs reperitū fuisse suis temporib⁹ Magum Baronē, qui clam iugulasset circiter viginti pueros, ut de eorū sanguine quendā librum cōscriberet, in obsequium dæmonū, qui deprehensus fuit & publicè pœnā tantis sceleribus debitā persoluit. Quomodo olim homines dæmonibus sacrificabantur apud varias nationes & gentes multis

multis ostendit Euseb. lib. 4. de præparat. Euangelica. cap. 7. Nostri malefici & sagæ plurimos infantes interfecerūt, ut passim ex processib⁹ apud Iudices constat: imò, quod plurimū à natura alienū est: corda infantium excindunt, & cōmedunt hac persuasione à diabolo inducti, quod tunc si ad manus iustitiæ deueniant, non possint veritatem fateri, ut apertū est ex processu Annæ de Rouer, cuius supra mentionem fecimus, & aliorum. Imò multū insidiatur puerulis nec dum baptizatis. Corpora autem infantium comburunt, & in cineres redigunt, quibus abutuntur in suis maleficijs. Imo quod multo horribilius est quandoque parentes cōsensum & auxiliū præbent, ut propria eorum caro sic tractetur ipsis presentibus, ut exemplis docere possem, si expediret: quæ causa rectè quendā Iudicem superiori anno mouit, ut patrē maleficū, aliàs in primis strangulandū, viuū flammis tradendū iusserit, eo quòd præsens & fautor fuisset, cum sua proles à maleficis cōbureretur. Sæpè enim, ut experientia cognoscimus, malefici & sagæ sunt etiam parricide. Quod profecto si quis penitiùs introspicere velit, prædicta L. 6. significat, quando eos appellat peregrinos naturæ: quū ipsa natura auditis tam horrendis factis horrorē intra se cōcipiat, & quasi cōtremiscent. Nemo tamē miretur, quod homines aliàs bonæ naturæ & conuersationis in tam detestabilia

bilia scelera cōsentiant, vt (proh dolor) indies præter opinionem conspiciamus. Sicut enim qui Christum imitatur, Deoq; adhæret, diuinæ fit consors naturæ clementiæq; ac alia fit creatura: Ita qui Dæmonem sequitur, & in eius castra transit, propriam quasi naturam exuit, & participat quandam proprietatē ferocitatis & truculentæ Diabolicæ. Quod autem Dæmon maximè insidiatur infantibus nēdum baptizatis, id accidit ex inuidia maxima. Inuidet enim illis æternam felicitatē, quam ipse amisit: & infantes, si baptismo abluerentur, consequerentur. Baptizatis autem struit insidias propter insigne odium nominis Christi, quod præcipuè relucet in effectu baptisimi, quo mediante Christum induunt, & eius nomen participant, vt dicantur Christiani, nec non innocentiam per Adamum & Euam primos parentes perditā, infantes baptizati de nouo adhuc retinent, quam molestissimè fert. Quare eorum vitæ (cum anima saluti adhuc nihil damni, ob infantilem ætatem, inferre possit) nocere studet. Optimum autem remedium est, contra Diabolicas artes in hoc studio nocendi, vt parentes pij sint, bonam curam puerorum habeant, eos conseruent, ne personæ iustis ex causis suspectæ eos propius accedant, vespere & manè salutem infantium Domino Deo cōmendent, ac eos signo Crucis muniant. Nam sæpius sagarum iudicia.

dicialibus confessionibus cognitū est, quod infantibus signo Crucis munitis nihil nocenti inferre potuerunt. Quod autem Deus concedat potestatem Dæmonibus nocendi pueris innocentibus, id ad prouidentiam Dei, quæ omnia in iustissimum finem dirigit, referendum est: quamuis sæpè contingat, vt doctissimi viri tradiderunt, infantes, iusto Dei iudicio, sed non omnibus noto, puniri ob peccata parentum.

TERTIA QVAESTIO.

Quid de imaginibus, quibus magi siue malefici vtuntur, sentiendum?

IN primis aduertendū ex Doctoribus tam Theologis quam Iurisperitis, duplices reperiri imagines in exercitio apud eos, qui diabolica potestate vtuntur. Quædam enim dicuntur Astronomicæ siue Astrologicæ, quibus vt plurimum vtuntur ij, qui vacant magiæ diuinatrici, ad inuestigationem rerum occultarum, & futurarum. Aliæ sunt, quibus malefici vtuntur ad inferendum malum aliquod hominibus, aut bestijs. De postremis loquitur Glossa, Salycetus, Angelus & alij in præfenti L. Multi: vbi loquuntur de imaginibus maleficorum & incantatorum. Deinde iterum obseruandum est: nomine imaginum in hac materia intelliguntur non solum imagines sic dictæ secundum cōmunem usum, sed multò

multo magis figuræ, characteres, signa aut instrumenta, quibus superstitiosum genus hominum vtitur, ad inuocationem tacitam aut expressam Dæmonum, pro ferendo auxilio. De posterioribus imaginibus Glossa & DD. in hac L. loquuntur, vbi Angelus sic ait. Nota bene contra facientes imagines ceræ, qui pungendo eas, vitas hominum labefaciunt, & ideo non derideas ista. Earundem etiam mentionem faciunt Paulus Grillandus de forti. leg. cap. 5. Oldradus de ponte consil. 210. incip. Regularis habet traditio. Damhaud. in cap. 61. num. 116 & alij alibi. Quibus consentiunt Theologi, Ioan. Gerson in 1. part. in tract. de erroribus circa artem magicam, in litera O. Malleus 1. par. q. 5. Alphon. Castre. sis lib. 1. de iusta hæret. punit. cap. 15. Syluest. in verbo. Maleficiû. Martinus Arles in tract. de superstitionibus. Vniuersitas Parisiensis in articulis determinatis contra superstitiones, in art. 21. his verbis. Quod imagines de ære, plumbo, vel auro, de cera alba, vel rubea, vel alia materia baptizatæ, exorcizatæ, & consecratæ, seu potius execratæ, secundû prædictas artes, & sub certis diebus, habent virtutes mirabiles, quæ in libris talium artium recitantur. Error in fide, & philosophia naturali, & Astronomia vera. Cuius articuli sensus est, quod tales res & imagines ex sua natura non habent naturalem vim ad effectum, sed effectus

effectus sequitur ex ministerio Dæmonum, prout desinitum est, in art. 18. Vsum huiusmodi imaginum apud maleficos sic describunt probati Doctores. Malefici imagines quasdam, certis temporibus obseruatis & determinatis carminibus, & ritibus quibusdam & signis, conficiunt, quas in nomine Beelzebub, principe Dæmoniorum baptizant, adhibitis & expressis quibusdam alijs verbis, quæ ob horrorem non sunt referenda. His sic peractis prædictas imagines ad ignem applicant, & ibi petunt infirmitates, aut alia mala, quæ in persona illa, cuius imaginem consecrunt, euenire optant. Quandoque etiam acubus, aut alijs acutis ferris perforant, aut pungunt illius imaginis caput, aut pectus, aut ventrem, aut femora, aut aliam corporis partem, in qua cupiunt malum aliquod oriri in persona, cui nocere intendunt. Quibus sic peractis sæpè contingit, quod persona, cuius nocumentum maleficus desiderat, grauius torqueatur in illa parte corporis, quam maleficus pupugit, aut transfixit. Qui effectus non ex imagine, aut figura, sed ex operatione latenti diabolica proficiscitur. Maleficus enim habet pactû cum Dæmone, qui operatur circa corpus maleficiandi, quâdo imaginem maleficus pungit: Adhibet autem applicatq; demon naturalia venena, & alia, quæ sunt apta ex sua natura inferre dolorē & infirmitatē. Ipse enim

enim subtilissimè & inuisibiliter applicat. Et maleficus quando animaduertit morbū, aut malum productum in corpore maleficiati, persuadet sibi talem vim inesse imaginibus & figuris, cū tamen Dæmon alijs cautis naturalibus applicatis efficiat infirmitatem. De hac materia memorabile est exemplum, quod referunt Ioan. Bodinus lib. 2. de magorum dæmon. cap. 8. Cosmus Philarchus Theologus Florent. lib. 3. 2. part. de officio Sacerdotis, cap. 8. in primo præcepto, & alij alibi, ex Hæctore Boëtio lib. 2. historiæ Scoticæ, qui attestatur in tota Scotia notissimū esse. Duffus rex Scotiæ noctu sub perpetua vigilia decumbens, in sudorem sine modo soluebatur, corpus lenta conficiebatur tæbe, effæto simillimū, hærebat cutis rigida, venas, nervos, & qua forma, & situ ossa essent humana ostendens, & tamen medici in ea omnia signa sanitatis inueniebant. Obortus est rumor incerto auctore, Regem à quibusdam mulieribus maleficiatum esse, quæ apud Forres oppidum Morauicæ manebant. Rex statim sub specie inuendæ pacis inter eum & coniuratos Morauos mittit, qui rei veritatem inquirent, missi Forres adiere & arcem ingressi (quæ adhuc erat in regis fide) Denoualdo arcis præfecto, quare venerint, exponunt: quo audito quidam miles, qui erat in arcis præsidio, significauit Denoualdo quandam meretricem (cuius

mater

mater erat fortilega) dum blandiusculè eam tractaret, locutā ei fuisse de regis infirmitate, & morte: erat tunc illa meretrix in arce, quæ tormentis exposita, veritatem aperuit. Denoualdus in ipsa nocte milites ad sortilegarum ædes mittit, qui vnā veneficā, simulacrum ad Regis Duffi imaginem ex cera cōfectum, ligneo veru affixum, ante ignem torrentem, alteram carminibus recitatis liquorem quandam fundentem sensim supra statuam, inueerunt: & ductā cum simulacris in arcem, interrogatæ dixerunt, dum simulacrum igni adhibitum torreretur, Duffum regem in sudorem solui, carminibus autem recitatis perpetua teneri vigilia, & ad liquecentem ceram macie confici, consumpta cera mortē regis continuò secuturam: ita se Dæmones docuisse, & ad facinus exequendum mercede à Morauorum primoribus conductas. Simulacrum effractū fuit, & in eadem nocte rex absq; sudore quieuit, & postridie redeuntibus viribus, ita sanitati restitutus est, ac si nulla aduersa valetudine antea fuisset detentus. Sagæ viuæ crematæ sunt. Gerson loco citato narrat, quod Philippus quondam rex Francorum, cum perciperet de quadam cerea imagine, quam dicebant baptizatam, aut exeratam taliter nomine suo, quod ea destructa rex moreretur: Rex fide plenus, videbimus, inquit, si potentior erit Dæmon ad perden-

Pp

dum

dum me, quam Deus ad sanandum, & hæc dicens ceram proiecit in igne. Petrus Gregorius Tholosanus in Syntagm. iuris vniuersi li. 34. cap. 11. narrat ex Gagrino lib. 7. histor. in vita Philippi Huttini, vxorem cuiusdam Enguerrani quæstoris Gallici, qui expilauerat ærarium Gallia, cum de mariti carcere conclusi liberatione desperaret, ad magiã & diuinatione se cõuertisse, Pauio to quodam malefico & Clauda muliere ad id facinus opem ferentibus: atq; cerea quedã simulacra, ad regis Caroli Valefienfis formã, Dæmoniaca arte cõfecisse, quæ languentium speciem præferrent, ad quorum similitudinẽ, nisi mala fors prodita fuisset, Rex & ipse Carolus cõficiendi macie sensim erant, & definita ad tempus morte cõsumendi. Quo cognito, suspensus fuit Enguerranus; Pauiotus & Clauda vxor Enguerrani flammis consumpti. Pro d. L. ampliori elucidatione, attendendũ est, quod malefici opera diaboli nõ solum mediantib⁹ imaginibus vitæ hominũ insidiantur, sed etiã possunt aeternam morbidũ reddere, vt homines eum attrahentes inficiantur, aut pestẽ seminare. Sic Philostratus li. 4. de vita Appollonij Tyanẽi narrat, Ephesi Dæmoniacum quoddam spectrum pestem disseminasse, idque in forma & specie senis mendici peram geltantis, panniceis frustis refertam, laceram & sordidam vestem gerentis, quẽ Appollonius ad expiandam ciuitatem,

tatem, cum detexisset, iussit lapidibus obrui; quod factum est, & sublati deinde aceruis lapidum, ait in eius locũ inuentum esse canẽ tanquã molossum magnitudine tanta, quanta maximi leonum esse solent, quasi rabidi canis spumam emittentem, & ita liberatam à peste ciuitatem. Familiare est etiam magis, teneros ad huc infantes fascinare.

LEX. VII.

Et si excepta tormẽtis sunt corpora hominibus prædictorũ, præter illa videlicet crimina, quæ legibus demonstrantur: Et si homines magi in quacũq; sine parte terrarũ, humani generis inimici credẽdi sunt: tamẽ quoniã qui in comitatu nostro sunt ipsam pulsant propemodum maiestatem: Si quis magus, vel magicis certaminibus assuetus, qui maleficus vulgi consuetudine nũcupatur, aut aruspex, aut ariculus, aut certẽ augur, vel etiã mathematicus, aut narrandis somnijs occultans artem aliquam diuinandi, aut certe aliquid simile horum exercens: in comitatu meo vel Cesaris deprehensus fuerit, præsidio dignitatis exutus & cruciatus & tormẽta non effugiat. Si vero cõuictus fuerit, & ad propriũ facinus detegen-

detegentibus repugnauerit denegando sit. eculeo deditus: unguis que sulcantibus latera perferat penas dignas facinore proprio. Hæc L. etiam est Constantini.

PRIVILEGIO à tormentis excepti, de crimine maleficij & magiæ accusati, possunt sine præiudicio torqueri, & culpabiles inuenti puniuntur. De lege communi excusantur à tormentis personæ in dignitate constitutæ, vt sunt Doctores, Equites aurei velleris, Decuriones, & Capitanei militum, Officiarij principum, Rectores ciuitatum, & similes dignitate fulgentes. De quibus legendi Franciscus Brunus de indicijs & tortura 2. par. q. 3. Gandinus in tract. de maleficijs in tit. de quæstionib. Marsil. in practica crimin. in §. Expedita, à nu. 27. Damhaud. in pract. crim. cap. 41. Iul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. pract. crim. q. 64. & alij alibi. Excipiuntur tamen aliqua crimina, in quibus dignitas non excusat à tormentis: crimen læsæ maiestatis. L. Nullus. C. ad legē Iul. Maiest. Eadem est ratio proditoris patriæ, Ciuitatum aut principum & similibus. L. Desertorem. §. His qui ad hostes. & L. Proditores. ff. de re militari. crimen maleficorum & mathematicorum in præsentī L. Secundum communem Doctorem sententiam falsi L. Si quis decurio C. de falsis. Priuati carceris. L. 1. C. de priuatis carcerib.

carcerib. & Gloss. hic. Considerandū etiam in hac L. quam seuerè animaduertendū Imperator statuat in maleficos aulicos, vt bene Bodinus lib. 4. de magorum Dæmonom. cap. 5. notauit. Vnus enim. (inquit) in comitatu magus omnibus viris fæminisq; principibus corrupendis sufficit, qui sequuntur aulam. Pessimi enim sunt tales, qui & principes non rarò in suam sententiam pertrahunt, vt horum fauore & patrociniò conseruentur, imò etiam similes sibi aliquando principes efficiunt. Sic Licinius, Valerianus Cæsar, successor Galli in Imperio, primis temporibus pius in Christianos fuit, sed magorum Aegyptiorū princeps eum præstigias & imposturam docens magicam persuasit ei, vt sanctos viros domo eiiceret, longè à se repelleret, ferro etiã tolleret, si malis artibus obstarent. Sic quoq; Iulianus Imperator pietatem Christianã primum ariolorum consuetudine adductus abiecit, tandem apertè Christum abnegauit, ac Dæmonum incantationibus vacauit, vt ex Nicephoro alijsque constat. Quod rectè deducit Petrus Gregorius in Syntagm. Iuris lib. 34. cap. 21. Ab his malis se liberare voluit Constantinus, dum seuerè præcipit animaduertendum in eos, si qui in suo comitatu reperiantur etiam nulla obstante dignitate.

Ex hac L. eruitur, quod in honore constituti, antequam tormentis subijciantur, de-

benè exui insignijs dignitatis. Tandem si quis de hoc crimine testibus conuictus fuerit, & nihilominus obstinato animo steterit in negando, etiam presentibus testibus, qui illius facinus detexerunt, traditur viuus bestijs vorandus in eculeo, id est, sacco, ac dentibus vngulisque lacerandus.

Quæstio: An in dignitate, aut honore constitutus possit puniri pœna mortis, absq̃. exauctoratione siue degradatione?

VIDETUR quod non, ex hac L. in verb. præsidio dignitatis exutus & cruciatus & tormenta non effugiat. Ad idem facit Glossa singularis in L. Omnes, in verb. amissionem C. de Episc. & cleric. Nemo in dignitate mori debet. Angelus hic: quem citat & sequitur Ioan. de Anania in cap. 1. de Sortileg. Et dicit quod non licet Doctorem ad torturam ponere, antequam insignijs Doctoralib. exuatur. Ad idem accedunt Bartolus in L. Quod ait Prætor. §. Ignominia. ff. de his, qui notantur infamia, Petrus Lenauderius in tract. de Doctoribus 4. part. q. 26. Iul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. pract. crimin. q. 73. num. 2. & q. 74. num. 5. & alij alibi. in d. L. Quod ait. §. Sed & si. L. vocat exauctorare, id est, insignia militaria detrahere. Et quia Lex dicit de milite non simplici, sed fulgente dignitate siue honore militari, argumentum etiam, trahi-

tur

tur ad Doctores. In exauctoratione doctor priuatur cingulo doctorali, & miles exiit cingulo militiae. Locum exauctorationis in secularibus constitutis in dignitate subit degradatio in clericis. Sed vt ad propositum redeamus, solemnitas exauctorandi in defuetudinem abiit, vt benè attestatur illustris Iurifconsultus Andræas Gaill lib. 1. de pace publica cap. 1. num. 30. Quod præsertim in atrocioribus delictis & enormissimis locum habet, in quibus licitum est iura transgredi. Bald. in Authen. Sed nouo iure. C. de seruis fuit. Marfil. in L. Vnius. §. Cogniturum. ff. de quæst. & in singulari 601. Barbatius in c. 1. de constitut. à. num. 155. & alij alibi. Confirmatur hoc Latius: in atrocissimis criminibus clericus etiam quandoque sine degradatione reali punitur extremo supplicio, vt in clerico assassino est text. in c. 1. de homicidio in 6. Dominicus Geminius. ibidem. Ioan. Andr. in ca. Cum non ab homine, de iudicijs. Petrus Ancharan. in consil. 158. num. 5. incip. Ex narratis in facto. Marfil. in d. §. Cogniturum, & in pract. crimin. §. Diligenter. numero 160 & alibi. Barbat. in cap. At si clerici. de iudic. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. quæstionibus casu 415. num. 28. Andræas Gaill, loco citato. Et hanc sententiam ex alijs esse communem ostendunt, Iulius Clar. in d. §. q. 36. num. 30 & 33. Couarr. lib. 2. variar. resolut.

pp 4 cap. 20.

cap. 20. num. 11. & practic. quæst. cap. 32. Alios ad idem allegat. Felicianus Episco. Scalen. in Enchiridio de censuris, in tractat. de deposit. & degrad. cap. 14.

LEX. VIII.

Culpa similis est, tam prohibita discere, quam docere.

Qantum ad libros magicos attinet, omnes eiusmodi libri sunt comburendi, & à nullo Christiano conseruandi. Actor. 19. Ephesi multi ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt eos coram omnibus, & computatis pretijs illorū inuenerunt pecuniam denariorū quinquaginta milia. Ita fortiter crescebat verbū Dei, & cōfirmabatur. Et Index librorū prohibitorū editus auctoritate Concilij Trident. in Regula nona his verbis: Libri omnes, & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Aëromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, siue in quibus cōtinentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, prorsus reijciuntur. Consonant leges ciuiles in hac L. & in L. Mathemat. C. de Episcopali audient. mandatur, Mathematicorū & improbatæ lectionis codices esse concremandos in cōspectu Episcopi: & in L. Cæteræ, ff. familiæ Herciscendæ, statuitur magicos libros

brose esse corrupendos. His adiungitur illa lex apud Iulium Paulum lib. 5. Receptorum Sentent. tit. 25. ad L. Cornel. de Sicar. & venefic. Libros, ait, magicæ artis apud se neminem habere licet: At penes quoscumque reperti sint, bonis ademptis, am bustisq; his publicè, in Insulam deportantur: Humiliores capite puniuntur. Non tantum huius artis professio, sed etiam scientia prohibita est. Sic Nicephorus lib. 20. histor. narrat, quendam iuuenem Lollianum missum in exilium, & bona eius publicata, eò quod librum magicum descripsisset. Titus Liuius li. 5. Decade 3. docet, quomodo de vtilitate Reipub. sit quod mali libri corrumpantur & comburantur. Dum enim diutiùs bellū punicū, inquit, secundum treheretur, & passim à ritu sacrificandi more patrio discederetur, & sacrificuli & vates cœpissent hominum mentes, re ad patres, & ad publicam quærimoniam delata, incusati sunt primum grauiter à senatu ediles, triuuiriq; capitales, quod non prohiberent: datumq; negotium M. Aemilio vrbis prætori, qui senatusconsultū renunciauit, & edixit, vt quicumq; libros vaticinios, præcationesq; haberet, aut artem sacrificandi conscriptam, ad se deferret, quæ ipse combussit.

Ex dicta L. comprobatur non solum magicorum, sed etiam hæreticorū libros esse comburendos, & nō conseruandos. Leo Papa pri-

Libri hæreticorum sunt comburendi.

mus in Epistola quadam ad Toribium Asto-
rigensem Episcopum, cap. 15. sic ait. Curan-
dum est & sacerdotali diligentia maximè pro-
uidendū, vt falsati codices & à sincera veri-
tate discordes, in nullo vsu lectionis habeantur.
Apocriphæ autem scripturæ, quæ sub no-
minibus Apostolorū, multorum habent se-
minarium falsitatum, non solum interdican-
dæ, sed etiam penitus auferendæ sunt, atq; ig-
nibus concremandæ. Quamuis enim sunt in
illis quædam, quæ videantur habere speciem
pietatis, nunquam tamen vacua sunt venenis,
sed per fabularū illecebras hoc latenter ope-
rantur, vt mirabilium narratione seductos,
laqueis cuiuscunq; erroris intuoluant, Huius
Epist. meminit Alphons. Castr. li. 2. de iusta
hæret. punit. c. 5. qui hanc materiã omnib; la-
tius discuit. Super hoc articulo digna lectio-
ne est Epist. Victoris Constantini ad Episc. &
populum ex Socrate, de Ario & eius scriptis,
lib. 2. cap. 15. histor. tripartitæ, in hæc verba.
Malignos & impios Arius imitatus, dignum
est vt illorum quoque suscipiat ultionem. Si-
cut ergo Porphyrius diuinæ pietatis inimi-
cus, iniqua volumina contra religionem pro-
ferens, dignam promeruit inuenire mercedē,
& talem, per quam in posterum esset oppro-
brium, & plurima completeretur infamia, &
nunc placuit Arium & confectatores eius voca-
ri Porphyrianos, vt quorum mores imitati
sunt,

sunt, eorū vocabulo perfruuntur. Super hæc
autē si qua cōscriptio ab Ario facta reperitur,
igni tradatur, vt nō solum praua eius doctri-
na depereat, sed neq; vlla ei⁹ possint remanere
cōmentā. Hoc etiã præcipio, si quis cōscriptio-
nes Arii cēlasse cōperitur, & nō repente profe-
rens igne cōsumpserit, mortis supplicio sub-
iacebit. Mox enim vt in hoc fuerit captus,
capitalē suscipiet ultionē. Deus vos custodiat.
Hęc est Cōstantini Epistola. His accedunt alię
Christianorū Imperatorum leges in C. de hæ-
ret. L. Omnes vetitę legib; diuinis & imperia-
lib; constitutionibus hæreses perpetuo quies-
cant, & nemo vltius conetur, quæ reperit
prophana præcepta, vel docere, vel discere, nec
antistites eorundē audeant fidem insinuare,
quam non habeant, &c. Et L. Damnato. §. Nec
non impios, ait Lex libros nefandi & sacrile-
gi Nestorij aduersus venerabilem Orthodo-
xorum sectã, decretaq; sanctissimi cœtus An-
tistitum Ephesi habiti scriptos habere, vel le-
gere, aut describere quisquã audeat; quos dili-
genti studio requiri, ac publicè cōburi decer-
nimus, &c. Et in fin. L. Scientib; vniuersis vio-
latorē huius legis publicatione bonorum esse
coercendū. Vbi optimè notat Salyc. quod nō
est licitū libros improbatę fidei legere, aut de-
scribere, sed debēt cōburi in præsentia Episco-
pi, iuxta d. L. Mathem. & in L. Quicunq; §.
Nulli etiã cōtra venerabilē Calcedonensem
Synodum

Synodum liceat, vel aliquid dictare, vel scribere, vel edere, atque emittere; aut aliorum dicta vel scripta super eadem re proferre. Nemo huiusmodi habere libros, & sacrilega scriptoria audeat monumenta seruare. Quod si qui in his criminibus fuerint deprehensi, perpetua deportatione damnentur. & in §. Omnes verò huiusmodi chartæ ac libri, qui funestam Euthicetis, hoc est, & Apollinarij complexi fuerint dogmata, incendio concrementur, vt facinorosæ peruersitatis vestigia flammis combusta pereant: æquum namque est, vt immanissima sacrilegia par pœnæ magnitudo percellat, scientibus moderatoribus etiam prouinciarum, earumq; apparitoribus, defensoribus etiam ciuitatum, quod si ea, quæ legis huius religiosissima sanctione custodienda decernimus, aut neglexerint, aut aliqua permiserint temeritate violari: denarum librarû auri multâ fisco nostro inferre cogantur: Insuper etiam æstimationis suæ periculû sustinebunt. Ad idem facit illud, quod Iurisperiti tradunt, quod quis præsumatur hæreticus, & de hæresi possit condemnari eo ipso, quod libri hæresis penes aliquem reperiuntur. Lodovicus Romanus in singulari 323. incip. Eo ipso, quod libri hæresis, &c. Alberic. in L. Quicunq; C. de hæret. Hyppol. Marfil. in pract. crim. §. diligenter. num. 92. & alij alibi. Et lex Pontificia in bulla cœne Domi-

Domini, excômmunicatione prima etiam prohibet legere, & retinere libros hæreticorum publicè vel occultè, quouis ingenio vel colore, sine auctoritate & licentia sedis Apostolicæ, sub pœna excômmunicationis ipso facto incurrendæ, cuius absolutio reseruata est summo pontifici. De qua re Martin. Nauar. tractat lib 5. consiliorum in tit. de Hæreticis consil. 3. num. 1. & cons. 8. Si quis autem ignoranter incideret in librum hæreticum, existimans bona fide Catholicû & legeret, non incideret: Quia bulla excommunicat scienter legentes & retinentes. Nec etiâ Episcopi & ordinarij possunt suis subditis dare licentiâ legendi aut retinendi libros hæreticos, nisi ex speciali delegatione pontificis, vt idem Nauarrus docet lib. 1. Consil. de Constitut. consil. 1. num. 75. Quia inferior non potest legē superioris tollere, c. Cum inferior. de maior. & Clem. Ne Romani. de elect. Neq; absoluerè reseruatis Papæ. cap. Ad eminentiam, de sent. excom. & id etiam litera d. Bullæ Cœnæ ostendit, cum dicit. (Sine auctoritate nostra, & sedis Apostolicæ.) Omni enim tempore, quando Religio viguit, vt ex dictis constat, curæ fuit non solum Episcopis, sed etiam Imperatoribus, vt libri à Catholica fide alieni comburerentur, & non impunè retinerentur, nec venderentur. Cuius nunc (proh dolor) in multis locis contrariû videmus, cum maxima

maxima Christianæ religionis perniciæ, & ahimmarum interitu. Si enim Apostolus Paulus, Prophana & vaniloquia hæreticorum deuitanda pronunciat, eo quod multum proficiant ad impietatē, & eorum sermo, vt cancer serpat: multo magis profecto librorum lectio cauenda, scriptura enim manet, & vox perit, & ea quæ permancnt fortius imprimunt in animū, magisq; mouēt. Hinc vt ex illo Acto. 19. citato constat, sicut testimonium & significatio apertissima veræ fidei & conuersionis est, libros alienos, & à fide Catholica alienos incendio tradere, vt patet ex illis verbis subiectis. Ita fortiter crescebat verbum Dei & confirmabatur: Sic infirmæ fidei & fictæ charitatis argumentum est, legere, retinere & nõ velle Vulcano consecrare huiusmodi libros, Quare rectissimè, secundum Iurisperitorum sententiam, contra tales est vehementissima præsumptio hæresis. *Contra dicta, obijciunt quidam Catholici etiam scioli, hæreticorum lectionem esse licitam & admittendam, ex illo S. Pauli 1. ad Thessalonicenses 5. Omnia probate, quod bonum est tenete.* Ergo potest aliquis hæreticorum libros legere, cum etiam aliqua bona in eis continentur, & ad effectum bonū maxime vt eorum errores melius cognoscat, ac rectius eis respondere queat. Respondetur; hoc argumentum probat, quod si nullum præceptum Ecclesiæ esset, licitum fore legere huiusmodi libros

eis;

eis, qui dignoscere & secernere bonum à malo possunt, ita vt eis nullum imminet periculum subuersionis, quod qui amat, peribit in illo. Ad huius rei illustrationem pulchrum adfert exemplum Eusebius lib. 7. historię Ecclesiasticę cap. 6. de Dionysio Alexandrino, cuius verba adfert ex eiusdem li. 3. de baptisinate ad Philomenem Præsbyterum vrbis Romæ: Sic enim scribit Dionysius. Ego & tractatus hæreticorum lego, & traditiones eorū perscrutor, etiam si videar ad horã verbis illorū pollui. Sed multum mihi cõfert hoc ipsum quod ex ipsorū verbis, arguere eos possum. Deniq; cum aliquis ex fratribus & cõpræsbyteris prohiberet me, ne hæretica lectione tanquã cœni alicuius fœtore polluerer, visio mihi quædã à Deo ostenditur, quæ me cõfirmaret, & sermo ad me factus est, hæc mihi euidenter proloquēs. Lege omnia quæcūq; in manus tuas venerint: quia p̄bare singula quæcūq; & discernere potes. Quãdoq; ex initio hæc tibi causa fuit credēdi. Amplexus sum visionē: quia & Apostolicę sententię cõcordabat, dicenti: Omnia probate, quod bonum est tenete. Hęc Euseb. Ex qua histo. patet eo tempore etiã habitã esse tanquam rem periculosissimã, lectionem hæreticorū, nec debere sibi vnumquẽq; tribuere, quod possit discernere, sed tale iudiciū à superiori potestate cõferendū, præsertim cum scriptura nos in cõtrarium moneat

moneat

1. Ioan. 4.

moneat in Euangelio. Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimētis ouium: & iterum: Cauete vobis à fermento Pharisæorū: & iterū Ioannes. Nolite omni spiritui credere. Qui ergo simplices & ignari sunt, deberent abstinere, etiam si nulla prohibitio esset, propter imminens & euidens periculum. Nec mouet, quod etiam aliquid boni in eorum scriptis inueniatur. Quia vt S. Gregorius lib. 5. moral. cap. 11. ait. Habent quippe hoc hæretici proprium, vt malis bona permisceant, quatenus facile sensui audientis illudant: Si enim semper praua dicerent, citius in sua prauitate cogniti, quod vellent minimè persuaderent. Rursum si semper recta sentirent, profecto hæretici non fuissent: sed dum fallenti arte ad vtraque deseruiunt, & ex malis bona inueniunt, & ex bonis mala abscondunt. Sicut qui veneni poculum porrigit, ora poculi dulcedine mellis tangit, dumque hoc quod dulce est, primo attractu delibatur, etiam illud quod est mortiferum, indubitanter absorbetur. Itaque hæretici permiscet recta peruersis, vt ostendendo bona, auditores ad se trahant, & exhibendo mala latentem eos peste corrumpant. Et si quid boni in libris hæreticorum inueniatur, id etiam ex Catholicis haberi potest. Nihil enim dicitur, quod non prius dictum sit. Nec etiam Deus aliquid singulare boni per peruersos diffundit,

dit, quod non multo vberius per organa Spiritus sancti communicet, iuxta Illud Ioannis: Paracletus Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunq; dixero vobis. Cum ergo lectio hæreticorum librorum & alienorum à fide Catholica semper sit damnata, vt res perniciofa, nemini dubium esse potest, quod summus in Ecclesia monarcha eam non potuerit sub culpa & pœna prohibere. Atque hoc præceptum operatur, vt quod antea ex suo genere erat periculosum, & licite in eis, qui sine periculo poterant legere & approbare, postea omnibus vi præcepti fiat illicitum, nisi licentia sedis Apostolicæ accedat, cuius etiam est ante licentiam cognoscere & iudicare, an sine periculo & cum fructu licentiam petens legere possit. Nemo enim iudex in propria causa esse potest. Si quis autem legerit, aut habuerit sine licentia libros catholicorum, quibus annotationes, elucidationes, aut commentaria hæretici inseruerunt, non incidit quidem in pœnas Bullæ cœnæ Domini, sed in censuram latam à Pio Quarto Anno Domini 1564. 14. Martij super approbatione Indicis librorum prohibitorū, quæ bulla indici præfigitur: & talis etiam reatum peccati mortalis incurrit, iuxta ea, quæ benedicit Nauarrus in manuali confessariorum, cap. 27. num. 56. & Ipsa bulla decernit.

Q q Si quis

Si quis autem in dubium trahere velit, an Pontifex recte prohibere possit lectionem & conseruationem librorum hæreticorum sub pœnis & censuris, is etiam vertat in controuerſiam, an Catholici & pij Imperatores in legibus ciuilibus, sub pœnis capitalibus & temporalibus prohibere potuerit, & reuocet in litem, an potestati iusta præcipienti, sub reatu mortalis peccati sit obediendum, iuxta illud Lucae. Qui vos spernit, me spernit: & aliud Apostoli. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas, nisi à Deo. Quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.

Luc. 10.

Rom. 13.

LEX. IX. & finalis.

Quicumque maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupauerit: ilico ad publicum pertrahat, & iudicium oculis communis hostem salutis ostendat. Si quisquam ex agitatoribus, id est, aurigis, seu ex quolibet alio genere hominum contra hoc edictum venire tentauerit, aut clandestinis supplicijs etiam manifestum reum maleficæ artis oppresserit: ultimum supplicium non euadat, gemina suppliciorum

spicionis obnoxius, quod aut publiciorum, ne facinoris socios publicaret, seueritati legum & debite subtraxerit questionum: Aut proprium fortassis inimicum sub huiusmodi vindictæ nomine consilio atrociori confecerit.

CIRCA hanc L. notandum est ex Doctorebus, qui in hanc, sicut in alias leges huius tituli, breuissimè commentati sunt, quod maleficium licet cuilibet propria auctoritate capere, & iudici præsentare. Quod singulare est, sed ita intelligendum, (quamuis Doctores generaliter loquantur) quando in manifesto crimine deprehenditur. Regulariter autem in alijs criminibus prohibitum hoc est, Commune autem est in hoc crimine & in alijs, quod nemini licet maleficium etiam manifestum propria auctoritate occidere. Deinde ex hac lege in illis verbis (*Nefacioris socios publicare, &c.*) Colligunt doctores, crimen maleficij esse de genere exceptorum. Albericus hic & Godefrid. Glossa & Salycetus in L. fin. C. de Accusat. Bartolus in L. Repeti. de quæst. Marfil. ibidem. Bald. lib. 1. consil. 95. incip. Regula iuris. Pantormit. Ioan. Immolens. & Anthonius à Butrio in cap. 1. de Confess. & alijs, quos citauit ad longum

in 2. memb. tract. de confess. malefic. con-
 cluf. 1. ratione 3. Quare consequenter tra-
 dunt, confessum de se in hoc crimine super
 aliorum scilicet sociorum criminis conscien-
 tia, posse & debere interrogari, & interroga-
 tus in conscientia, sub pœna peccati mortalis
 tenetur facinoris socios iudici publicare, vt
 in 2. memb. d. tractat. ostensum latius est.
 Vnde communis regula eruitur, quam po-
 nunt Glossa cum text. in cap. 1. de confessis.
 Panormit. Anthon. Ioan. Immolensis. Car-
 dinalis Zabarella, Hostiensis & omnes Doctores
 ibidem, cum Iurisperitis. in L. fin. C. de
 accusationib. quod in criminibus exceptis de
 se confesso credendum est contra socios cri-
 minis non quidem quantum ad condem-
 nandum, sed ad præsumendum. Aliàs pro-
 fectò non est inuenire discrimen inter crimi-
 na excepta & non excepta, secundum mentè
 canoñum & legum, ac Doctorum. Maximè
 autem inquirendum in hoc crimine de socijs,
 quia malefici communiter, vt experientia
 docet, habent socios, & credo haud ex multis
 repertum vnum, qui solus sine socijs hoc sce-
 lus commiserit. Præterea cum malefici sint
 hostes communis salutis, iuxta præsentem L.
 contra socios inquirere etiam tendit ad com-
 munem salutem omnium. Quia nisi malefi-
 corum crimen radicitus extirpetur, salus cõ-
 munitis non habebitur. Præterea cum DD. ad-
 uerten-

uertendum est, quod si quis propria auctori-
 tate notorium maleficum interfecerit, dupli-
 cem suspicionem ex hac L. incurrit, tum quod
 conscius sit maleficij, timueritq; ne socios de-
 tegeret, si tortura adhibeatur; tum quod ra-
 tione vindictæ fortassis fecerit. Circa hunc
 articulum notat Bald. singulariter, quod nõ
 licet subtrahere aliquem reum quæstioni, vel
 torturæ, nec facere, quod veritas non possit
 apparere. Ex dictis mala præsumptio sumitur
 contra eos, qui aliquando maleficis consu-
 lunt, aut eos admonendo instruunt, vt fugi-
 ant, quando grauibus indicijs laborant: Hi
 incurrunt suspicionem, aut quod socij crimi-
 nis sint, aut quod veritatem velint latere &
 iustitiam impedire; aut quod magis ament
 corporis & famæ æstimationem rei contra or-
 dinem charitatis, quam eius animæ salutem, quæ
 præstat omnibus rebus in hoc mundo habitis.

*Circa hanc L. cum Doctores ex ea col-
 ligant, nominationem malefici facere præ-
 sumptionem contra socium facinoris, bre-
 uiter tractandum est de indicijs, ex quibus
 crimen maleficorum deprehendi potest.*

DE INDICIIS CRIMI- nis maleficij.

NOTANDVM in primis, quod diuersus
 est gradus iudiciorum. Quædam enim
 sunt

sunt remota : quædam propinqua : alia propinquissima

Deinde in materia indiciorum multum valet omnium iudicio arbitrium iudicis: falluntur tamē aliqui in intelligentia huius nominis aut saltem in iudicio, qui putant, quod arbitrium iudicis sonet, quod ipsi ex suo capite & voluntate possint definire, & quod eorum propria prudentia debeat formare iudicium. Iudicis arbitrium formandum est ita, ut sit iuri & æquitati consonum, & in hoc non debet sequi propriam conscientiam, sed publicam scientiam, ut multis allegationibus ostendunt Andreas Barbatius in cap. de constitut. à numero. 167. Marcellus in practica crimin. §. Diligenter. à numero. 24. & Menochius lib. I. de arbitr. iudic. quæstionib. q. 13. numero. 15. Quando ergo iudex formare rectum vult arbitrium, debet sequi canones, leges, consilium peritorum, & praxim doctissimorum & proborum virorum. In materia indiciorum semper hæc doctrina ante oculos habenda est ut quoniam variæ in casibus occurrentibus circumstantiæ occurrere possunt, iudex si sibi non sit sufficiens, peritorum consilium adhibeat. Præterea reducendum est in memoriam pro varietate criminum, varia etiam esse indicia. Quædam communia, quæ omnibus criminibus accomodantur; quædam propria particu-

particularibus sceleribus, ut adulterio, furto homicidio.

Cum autem latus sit indiciorum campus, & magnus numerus, ut patet ex Doctoribus, qui integros tractatus scripserunt, & ex dicendis manifestum erit, hic tantum proponentur, quæ huic materiæ convenient: in reliquis remittitur lector ad Doctores.

Primum indicium sumptum ex hac L. si ^{Indicia} ^{perpendenda in hoc} Denunciatio siue denominatio malefici contra facinoris socios, secundum ^{maleficorum} ^{criminoe.} communem Doctorum sententiam, quos supra ad longum adduximus. Quomodo & in quem sensum hoc verum sit, remitto lectorem ad ea, quæ multis declarata sunt in 2. membro superioris tractatus.

Secundum indicium maximè proprium huic materiæ, est superstitio cum suis varijs speciebus ad longū in primo membro superioris tractatus. Cum enim superstitio procedat, ut plurimum ex pacto implicito, vel expresso cum Dæmone, verum religionis cultum lædit, fidem Christianam labefactat, ac viam sternit ad maleficorum impietatem. Ad hoc facit etiam Constitutio criminalis Caroli Quinti in articulo 44. ubi indicia maleficij ponit, dum ait. Si quis res suspectas, verba, & opera, quæ incantationem sapiunt, vsurpauerit.

Q 9 4

Tertium,

Tertium : Si quis alios artem magicam siue maleficium docere voluerit : ex eadem constitutione.

Quartum : Si quis minatus sit alicui maleficia inferre, & effectus sequutus fuerit : ibidem. Ex minis enim præcedentibus oritur iudicium ad maleficium, quando fuerunt præsertim factæ ab eo, qui consuevit eas exequi. Gandinus in tractatu de malefic. in tit. de iudicijs dubitatis. Hyppolitus Marfilus in practic. crimin. §. Diligenter, à numero 85. Bald. in L. Metum. C. quod metus causæ, Franciscus Brunus de iudicijs & tor. par. 1, quæst. 3. Decius in consil. 189. numero 17. & alij multi, quos allegant Iulius Clarus lib. 5. Sentent. §. fin. practic. crimin. q. 21. numer. 37. & Iacobus Menochius lib. 1. de præsumpt. q. 89. à num. 60.

Quintum : Singularis familiaritas, & frequens conuersatio cum maleficis & incantatoribus : ex eadem constit. in d. articul. 44.

Omniùm enim Iurisperitorum sententia, ex mala conuersatione oritur iudicium ad torturam, si modo aliud adminiculum concurrat, vel alia iudicia adiuuent. Qualis enim quisque est, tali socio delectatur. *Prouer. 13.* *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit : amicus stultorum similis efficitur.* Et in *Psal. 17.* Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente

cente innocens eris, & cum peruerso peruerteris. Sic sentiunt Angelus in tractat. maleficiorum, in §. Fama publica. vers. Quæro an iudicium. Guido de Suzaria de iudicijs & tort. numero. 32. Marfil. in practica §. Expedita numero. 91. Bald. in tract. de quæst. numero. 10. Albert. Gandin. in tract. de malefic. in Rubr. de quæstion. Iosephus Mascardus vol. 1. de probationibus concl. 451. Menoch. in d. q. numero. 125. & alij alibi. Amicitia enim reproborum, ait Salyc. in L. Nullus, supra eod. tit. est repellenda. Ex hac causa prouenit, quod aliquando in vno pago, aut loco tam multæ sint sagæ & malefici, vt (proh dolor) experientia discimus, imò etiam si aliæ accedant, ex cohabitatiõne inficiuntur. Vna enim malefica aliam inficit, præsertim ad voluntatem & imperium Dæmonis, qui nihil magis appetit, quam vt numerus subrum augeatur, & regnum Christi diminuatur. Quamuis etiam existimem ob magnitudinem scelerum, quæ malefici, vbi in vno loco ita morantur, committunt, cum nolint benedictionem, accipiant maledictionem, & relinquatur Dæmoni maior potestas in commorantes in tali loco, vbi notabilis est numerus maleficorum.

Sextum : Est fama vehemens cum alijs adminiculis, contra multorum doctorum sententiam, quos Menochius in d. q. num.

32. adducit, qui volunt famam vehementer per se sufficere. Sed communior & tutior doctrina est, quod non sine alijs administrandis, ut ostendit Iulius Clarus loco citato, numero. 1. Quia fama est indicium valde remotum à delicto & fallax facile, & sic ex nuda fama durum esset hominem tormentis subijcere, nisi esset delictum difficilis probationis, & persona vilis alijs criminibus conspersa. Vnum tamen in hoc crimine est singulare, quod (ut experientia quotidie docet) multi homines, quorum conuersatio in exterioribus omni reprehensione caret, deprehenduntur hoc nefandissimo scelere conquinati. Quia huius criminis exercitium est occultissimum cum dependeat à cooperatione Principis tenebrarum, qui amat noctem, & odit lucem. Qua occasione aut impossibilis, aut saltem difficilis potest esse probatio canonica in hoc crimine: Cum hæc fundetur in conscientia bonorum virorum, qui nocte dormiunt, quando malefici sua negotia expediunt, & sic non possunt de secretis & ignotis in sua conscientia maleficij aliquè innocentem pronunciare. In probatione autem famæ non satis est dicere & probare famam, sed oportet etiam eius originem ostendere. Quia fama debet originem habere ab honestis personis & fide dignis, non à maleuolis & vilibus, ut pro-

probatur ex cap. Qualiter & Quando. 2. de Accusationibus Bart. in L. de minore. §. Plurimum. de quæst. Marfilus ibidem. Abb. in cap. Veniens. 1. numero. 8. de testibus, & alijs alibi.

Quare quidam arbitrantur, & hoc argumento probant, quod ea fama, quæ in hoc maleficorum crimine originem ducit à maleficorum & complicum iudiciali denunciatione, non habeat locum. Sed aduertendum est, dictum hoc commune iuxta diuersitatem rerum & circumstantiarum aliter atque aliter esse intelligendum, in hunc sensum, quod fama debet habere originem à viris bonis & honestis, quando qualitas personæ naturæ rei, ac circumstantiæ hoc admittunt, & sic subintelligendum, nisi agatur de re turpi. Nam tunc non est contemnenda fama, quæ ortum habet à turpibus personis, exempli gratia, si agatur de peccato commisso in lupanari, poterit oriri fama à meretricibus, & lenonibus, non autem à Doctoribus, aut alijs personis honestis, quæ non solent ibidem conuersari, & similiter si agatur de chartarum, vel taxillorum ludis, fama ortum trahit à lusoribus, & sic in hoc crimine maleficorum & sagarum, boni honestique viri non interfunt eorum ludis, choreis, maleficijs & coniurationibus,

nibus, in profunda nocte, in abditiis, remotis, agrestibus, secretisque locis. Quare fama etiam à talibus originem trahere, non potest, sed à consortibus, qui tam turpibus sceleribus præsentibus sunt. Hanc expositionem docent Salycetus in L. Ea quidem. C. de accusat. non longe à fine, vlt. q. principali & Iulius Clarus lib. 5. §. fin. pract. crim. q. 6. num. 17. Et hoc est quod Bartolus in d. L. de minore. Iustinus Amedeus in tractatu de Syndicatu num. 51. & 55. Panorm. in cap. Qualiter & quando, secutus Bartol. & alij alibi tradunt, famam debere habere initium ex probabilitibus coniecturis & causis, vel iusta causa, sicut etiam ex delicto aliquando docent sumere originem.

Septimum: fuga est etiam indicium ad torturam, quando aliquis præsertim fugit ante accusationem, vel inquisitionem contra eum formatam, vel antequam ad aliquem actum sit processum. Bart. in L. i. ff. de bonis eorum, qui ante sententiam sibi mortem cõsciuerunt. Angel. in tractat. malefic. in verb. Fama publica. vers. An fuga sit sufficiens. Marsil. in d. §. Diligenter. num. 41. & alij multi: quos allegant Menochius, & Clarus locis cit. 21. & Andreas Gaill pract. obseruation. lib. 2. obseruat. 109. Addit Marsil. etiam habere locum, quando fugit, dum habet suspicionem, quod contra eum formabitur inquisitio. Malefici

sæpe

sæpe fuga solent sibi consulere. Alia tamen est ratio, quando quis fugit post inquisitionem, & citatus redit, vel causas probabiles absentia & fugæ allegat.

Octauum: Si aliquod opus magiæ, aut maleficij inueniatur, aut quod sapiat incantationem, vt olla plena vnguentis variarum rerum magicarum, aut alia instrumenta in ædibus diffamata & suspecta inueniantur. Aut etiam liber magiæ penes aliquem reperiatur, qualis ante tres septimanas mihi oblatus à quodam amico, qui eum post mortem cuiusdam, qui eo vsus fuerat, repperat. Qui tam charus suo Domino fuerat, quod eum emerat quindecim daleris, secundum scriptionem in libro annotatam, & tam pestilens erat, (vt primo aspectu animaduerti) vt legere non vellem, sed statim in præsentia amici tradentis Vulcano cui cum auctore debebatur, consecratem. Nescio quot miriades Dæmonum in eo continebantur, & horrendæ execrationes cû diris nominibus. Hoc indicium sumitur etiã ex d. constit. Carolina in art. 44. Ad idem facit si liber hæreticus penes aliquem reperiatur, suspectus vehementissimè habetur, vt cõdemnari possit, si aliq̃ coniecturæ accedant, modò nõ habeat cum auctoritate superioris, potestatem habentis & concedentis ad bonum finem. Ludouicus Romanus in singulari 323. incipienti, Eo ipso, quod libri hæresis reperiuntur.

untur. Marfilii in d. §. Diligenter. numero 92. Menochius lib. 2. de arbitr. Iudic. quaest. tionibus casu 374. numero 12. & alij ab eo citati. Huic congruit L. Maiorem. C. de falsi qui habet penes se instrumentum falsum, praesumitur falsarius, nisi ostendat vnde habuerit. Dicitur indicium ponit etiam Bodinus lib. 4. cap. 4. quod putō esse tam vehemens, ut si quæ alia leuissima ad sint, reus possit torqueri. Huic adiungere possumus, si de maleficio suspectus inueniatur in domo, aut stabulo alterius, aut loco & tempore, vbi & quando non debet, & sequatur effectus aliquis, ut mors, mutilatio, aut morbus. Eadem est ratio, si duobus testibus legitimis probetur reum exercuisse aliquem actum superstitiosum qui ex communi maleficorum praxi ad aliquod maleficiū dirigitur. Exempli gratia: Si duo viri viderint mulierē in aqua stantem, & aquam à tergo proijcientem in aërem, vel visum etiam tempore æstates, dum tempestas instare animaduertitur, lapidem percutientem, aut mulierē flores de varijs arboribus colligentem, & ollæ imponentem, & de similibus simile est iudicium: hæc sunt indicia, vrgentissima, quorum vnum quodque, per se sufficit ad torturam. Eadem est ratio, si vnus testis omni exceptione maior deponat de ipso crimine, utpote quod viderit sagam equo infundentem potionem, qui mortuus

reperi-

reperitur. Ad dictum enim vnus testis omni exceptione maioris, deponentis de ipso maleficio, potest quis rapi ad torturam, secundum communem Iurisperitorum sententiam, cui astipulatur Carolina Constitutio in art. 30.

Notum, Confessio extrajudicialis rei siue accusati, si duobus testibus probetur, facit sufficiens indicium ad torturam, secundum communem DD. sententiam, quæ communem attestantur Felinus in cap. Olim, de rescriptis. Decius in cap. At si clerici. de iudicijs. Menochius lib. 1. de praesumpt. q. 89. numero 14. Iosephus Mascardus vol. 1. de probat. concl. 349. Iul. Clarus in d. q. 21. numero 31. & alij ab eo citati. Et quamuis, ut ipse Clarus doctè dicit, quidam Doctores teneant quod huiusmodi confessio possit reuocari, ad euitandum torturam, licet de errore non doceatur: hoc tamen nullo modo est tenendum. Nam si sola reuocatio hoc operaretur, nunquam esset locus communi concl. Propter hoc enim deuenitur ad torturam, quia reuocatur confessio, quia si reus in ea persisteret, non esset opus tortura. Semper ergo confessio extrajudicialis facit indicium ad torturam, nisi error probetur. Bodinus lib. 4. c. 4. plus videtur in hoc crimine tribuere confessioni extrajudiciali, sed à communi sine euidenti ratione, aut lege non est recedendum. Ad hoc

hoc iudicium reduco verba maleficorum & sagarum, quæ aliquando proferunt, quando capiuntur, quibus quasi implicitè confitentur; vt si dicant, actum est de me, aut: ne me morte afficiaris, rei veritatem libenter fatebor. Vel quando abducitur ab habitatione, valedicit domesticis, & propinquis, petendo veniam, & de similibus simile est iudicium, de his etiam Bodinus loco citato.

Decimum iudicium commune etiam alijs criminibus, tamen in hoc maximè sibi vendicat locum, est taciturnitas rei, quando scit, vel ex literis amicorum, vel eorundem admonitione, vel etiam ex aliorum obiectione siue opprobrio, se haberi pro malefico, aut mago, & tamen non contradicit, nec opponit, sed sedata mente transit, quasi non curaret. Marfil. in pract. criminali §. Diligenter. n. 137. Ludouicus Carrer. in pract. pag. 55. in 28. iudicio. Menoch. loco cit. num. 129. Quis enim innocens est, egerrimè fert infamiam sibi imponi de tanto scelere. Et vt ait Bodinus, Qui purus ab isto crimine est, calumnias à quibus in alijs criminibus metuitur, nunquam pertimescet. Dictum tamen iudicium alijs adminiculis debet iuari.

Vndecimum; Si quis scelerata iuramenta, execrabiles blasphemias, & verba impudicissima frequentet, aut Dæmonis nomen semper effutiat ore, aut pueros proprios, siue alie-

nos,

nos, aut etiam bestias in nomine Diaboli execrari solitus sit: vt, exempli gratia, rapiat te Diabolus: exeat in nomine ipsius: vellem te haberet Dæmon; & de similibus similis est censura. Qui enim talia iuramenta & execrabiles blasphemias assiduè exercent, de hæresi suspecti sunt, vt docet Iacobus Simancas in commentar. Catholicarum institut. tit. 8. de blasphemis. Carrerius in tract. de hæret. quos allegat & sequitur Menoch. lib. 5. de præsumpt. præsumpt. 6. & lib. 1. q. 10. à num. 8. Alphonsus Castrensis lib. 1. de iusta hæretic. punitione. cap. 12. Quomodo ergo meritò nō possunt esse tales blasphemii, & immundi execratores vehementer suspecti de maleficij crimine, in quo Deus in summo gradu læditur, relinquitur & abiuratur: & Dæmon colitur, honoratur, & patronus assumitur. Quare in præludijs superioris tractatus inter causas dispositiuas ad hoc infelicissimum exercitium posuimus execrationem & maledicendum siue imprecandi rabiem. Huic annumerare possumus, si quis commiserit etiam alia grauissima scelera distantia à maleficio, vt Menoch. d. lib. 1. ex Simanca etiam de hæresi allegat. Nam vix fieri potest, vt homo, qui Deo adhæret, & ad Diaboli partes non declinauit, horrenda scelera perpetret. Qui autem Deo valedixit, & Dæmoni fidem addixit, portam iam omnibus sceleribus etiā cædissimis aperuit.

Rr

Duode.

Duodecimum ponunt Doctores mallei maleficarum, Grilland. & Bodinus, quod legere lachrymas emittere non possint. Quod si intelligant lachrymas ex dolore peccatorum, aut oleo diuinæ suauitatis prodeuntes, facile assentior: aliàs quod non possint excutere guttas aquarum & lachrymarum, parum fidei attribuo. Quia verum est de mulieribus, quod quidam cecinit, *Ut flerent, oculos erudiere suos.*

Imo sæpe ex pusillanimitate, tristitia, aut dolore corporali lachrymas emittunt.

Decimum tertium, Quidam indicium sumunt ex facie de maleficis, ut si oculos in terram defigant, aut terribiles deformesque vultus habeant. Quare communiter dici solet. Deformis, ut sagis. Huic concordat Bodin. lib. 3. cap. 3. ex Hieronimo Cardano lib. 20. de subtilitate. & Martin. Arles ex alijs in tract. de superstitionibus. à num. 100. Sicut enim qui in fodina auri sequitur ipsum minerale, pallidus efficitur, & tremulus fit, qui tractat venam argenti viuam: Ita qui sequitur, & inspicit horribilem & turpem visionem Dæmonis, deformis & horribilis in facie redditur. Pro hac sententia facit, quod Iurisperiti tradunt, indicium ad torturam summi ex mala physiognomia. Marul. in practica. § Expedita num. 53. ex Baldo L. 2. C. Quorum appellatio non recip. Carrer. in pract. pag. 55. in 29. indicio. Menoch. lib. 1. de prob. quod d. num. 13. & alij ab eo allegati. Quomodo de moribus hominum ex physiognomia iudicari

possit, supra ostensum est. Et si non sit improbabile, quod afflecte Dæmonum deformitatem in facie contrahat, tamē cum deformitas ex multis alijs causis originem sumere possit, valde infirmum & leue indicium hinc desumitur.

Decimum quartum ponitur à Lamberto Danno, in Dialogo de fortarijs, & Ioanne Bodino lib. 2. cap. 4. & lib. 4. cap. 4. & est stigma siue nota, quam Dæmon imprimat eis maleficis & sagis in aliqua parte corporis, quos timet sibi non fore fideles: unde principes quoque magi tale signum non habent. Memini me etiā audiuisse, quibusdam nostris maleficis & sagis signa impressa fuisse. Trifcalanus Magus, Bodino referente, dicebat signatis magis inesse quasi vestigium leporis, & quamuis ad ossa indatur quasi acus, locum tamen sensus expertum esse. Sed quicquid sit, non puto tale signum magni faciendum esse. Facile enim si quis quærat huiusmodi signa, finget aut putabit esse, quod non est. Quod enim patrum documentum sancitum non est, superstitiosa adinventionem non est præsumendum. 2. q. 5. cap. Consultuisti. Imo si Dæmon cognosceret suos ex tali signo cognosci, non imprimeret: Sicut etiā Bodin. exempla refert, in quibus postera die, post deprehensionem signi, fuit nota deleta. Similiter admodum superstitiosum est, quod prædicto affine est, quod quidam in fronte ex eradicatione Chrifti magis cognoscere volunt.

Decimum quintum. Referunt quidam in hunc ordinem indiciorum, quibus sagæ cognoscuntur, probationem aquæ frigidæ, sed hæc in canonibus expressè reprobatur 2. q. 5. can. Mennam & in cap. Tuarum, de purgat. canonica. Sed de hac materia latius actum est in 2. memb. superioris tractatus, dub. 1. principali.

Decimum sextum. Firmum putat esse Bodinus lib. 4. cap. 4. indicium in diffamata, si nata sit ex parentibus maleficis, aut altero tantum. Vnde putat hanc amplissimam esse regulam, & paucissimas exceptiones admittere. Si saga est mater, est etiam filia. Sed hæc consequentia quomodo tam necessariò cohæreat, ut Bodinus infert, non video. Sicut enim ex bonis parentibus nonnūquam oriuntur filij mali: ita ex malis quandoq; etiam boni nascuntur, sicut è spinis rosæ producuntur. Sic ex Achaz pessimo rege & idololatra natus est sanctus rex Ezechias ut in libro Reg. est videre. Sic etiam Iosias, rex pius, qui tulit abominationes impietatis, cuius memoria secundum Ecclesiasticum quasi mel indulcabitur, filius fuit impij Idololatræ Amon. Quamuis enim in filijs paterni criminis exempla metuantur. can. Si quis. 6. q. 1. nõ tamen necessariò ita contingit. Mores enim multũ iuuantur gratia Dei, instructione, bona conuersatione, ac regimine. Quando autem filia alijs indicijs grauatur, auget præsumptionem, si patrens

4. Re. 16.

Ecl. 49.

rensalter, vel aliqui de cognatione & familia fuerint magi & malefici. Hoc tamen refertur ad indicium malæ conuersationis & cohæbitionis: Qui enim tangit picem, coinquinatur ab ea. Expetit tamen non rarò malus spiritus à sagis, ut filios, aut filias sibi in obsequium deuoeant. Quare aliquando tam malas inueneris matres in hac arte, ut prolem necdũ natam Dæmoni in abominabile offerant obsequium.

Decimum septimum. Est singularitas quædã notabilis in actibus religionis. Cum sint superstitiosi, gaudent singularitate, & in actibus exterioribus non rarò incedunt in vestimentis ouium, more magistri sui, qui se etiã transfiguratur in angelum lucis, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Decimum octauum. Est mutatio loci, currunt huc atque illuc, præsertim quando sibi timet, ut pote quum iam sunt diffamati, vel in proximo sunt, ut deprehendantur: aut iam sciunt socios sui facinoris deprehensos, à quibus metuunt se denunciandos. Tunc enim timet, & mirabiliter in animo discrutiantur propter pœnam, quam ratione conscientia sceleris animus quasi præfagit, iuxta illud quod Sapiens attribuit magicæ artis peritis in lib. Sapientia. Frequenter enim, ait, præoc.^{Sapientia} cupant pessima, redarguente conscientia. Cũ^{17.} sit enim timida nequitia, dat testimonium condem.

condemnationis: semper enim præsumit se qua
perturbata conscientia, id est, conscius sui sceleris
remorsu conscientia mouetur, ut seipsu
condemnet, & suspicetur poenâ promerita, in-
stare antequam etiam præsens sit, & sic nequitia
efficit timidu, cum semper propinqua esse &
ante oculos versari timeat tormeta Id quod
Cicero breuibus verbis in orat. pro Milone
significat, cū dicit. Magna est vis conscientia
in vtramq; partem, ut nec timeant, qui nihil
commiserunt, & poenam semper ante oculos
versari putent qui peccauerunt. Alia est et-
iam huius inconstantia & mutationis de lo-
co in locum causa. Cum enim tam magna
sit inter spiritum bonu & malu pugna, quan-
do conscientia iam incipit remordere mora ex
tribulatione & timore extrinseco aduenienti,
ob pericula & tormenta imminencia, magna
nascitur etiã in animo malefici perturbatio.
Quare currit de loco ad locu, querit requiem
& nō inuenit, idq; in multis obseruatum est.

Decimum nonum est inconstantia & contra-
rietas in verbis. Facit enim conscientia sceleris
timorq;, quo concutiuntur, ut parū sibi con-
flēt. Hæc autem iudiciū facere ad torturā tra-
dunt Doctores. Marfil. in d. § Diligenter. nū.
74. Francif. Brunus de iudicijs & tortura par.
1. q. 3. Angel. ab Aretio in tract. malefic. verb.
Fama publica. Bartol. in L. fin. ff. de quæst. &
alij multi, quos refert Menoch. in d. q. 89. li. 1.

de præsumpt. hoc tamen iudiciū non est tan-
tum, ut ex eo quis debeat subijci tormētis, ni-
si alia, magis mouentia accedat. Habent tamē
hoc proprii sagæ & malefici, ut vix respondeat
ex proposito ad interrogata, sed nutant in res-
ponfionibus, ut obseruandum statuit Bodi-
nus in d. c. 4. lib. 4.


Vigesimum iudicium, efficere possunt titu-
batio & animi trepidatio, quando reus exami-
natur, & interrogatur. Marfil. loco cit. Bartol.
in L. de minore, §. Plurimū. Angel. in d. verb.
Fama publica. Menoch. vbi supra. num. 72.
Iul. Clar. in d. q. 21. lib. 5. num. 39. & alij com-
muniter. Huc facit illud Ciceronis lib. 2. ad
Herenniū. Titubatio, inquit, mutatio colo-
ris, oratio inconstans, tremor & id genus alia:
nēpe si constiterit reus, cū ad eum ventū est,
erubuisse, titubasse, expalluisse, inconstanter
locutum esse, concidisse pollicirum esse ali-
quid. Et illud Prouerb. 10. Pauor his, qui
operantur malum. Postremò, quoniam iudi-
ces aliquādo ad inquirendam veritatē male-
ficos captiuos duos in conspectu opponunt,
vel ut aliqui vocant cōfrontant, summatim
adhibenda est iudici prudentia, ut bene dicta
examinet, quid opponatur, quomodo ab al-
tero respōdeatur, an alter taceat an neget, qua
animi constātia, qua verborū arte, quia quos-
dā honoratiores & prudentiores instruit Dia-
bol. ut valde callidè loquatur. Hic etiã valde

bene notanda duo illa vltima indicia. Hoc loco de confrontatione maleficorum aduertendum est quando alter eorum tantum in vinculis, & vult alteri necdum in vinculis constituto crimen in frontem dicere, in quo sibi socius fuit, vt hoc non fiat temerè, nisi alia indicia talia præcedant, vt, si testis in frontem deponens constanter in confessione & obiectione perseueret, cum probabili circumstantiarum declaratione, in custodia detineri possit, si rationibus legitimis opponentis dicta non elidat, sed potius indicia facinoris præbeat. Quia magna est infamia ei, qui pro hono viro habetur, confrontari cum homine reo tanti sceleris, quasi socius criminis sit, quam non licet vlli iudici alicui inferre, nisi alia sufficientia indicia præcedat, quæ loco diffamationis sint. Etenim indicia propinqua siue semiplena suppleant locum diffamationis, vt multis allegationibus declarat Marfil. in practica crimin. §. Constante. à num. 19. Si autem confrontatus sufficientibus indicijs grauat, post cõfrontationē iterum dimittatur, magis confrontatione suspectus redditus, quam purgatus, & ipse hoc animaduertat, facile fugiet. Hæc sunt, quæ pro ratione temporis, in commentarium de maleficis & mathematicis referre volui precando Deum optimum Max lucis auctorem, vt principis tenebrarum tyrannidem, qui

nunc

nunc in multos Christianos sæuit, reprimat: lapsis manus misericordiæ ad surgendum per salutarem pœnitentiam porrigat, & hunc laborem ad ipsius honorem, patriæque salutem susceptum, fœlici fine remuneret,
Amen.

F I N I S.



R r s INDEX

**INDEX RERVM
PRAECIPVARVM,
quæ in libro continentur,
Alphabeticus.**

A.

- Abnegatio Dei est porta ad omnia scelera.* pag. 527.
Admonitio ad iudices. à pag. 291.
Amatoria veneficia & pocula, an sapiant haresin.
 pag. 472
*Angelus Sathana transfiguratus in speciem Christi
 absq; peccato non potest adorari.* pag. 64
*Anima beatorum, aut etiam purgatorij non se immis-
 cent operibus maleficorum.* pag. 79. 80. neq; etiam
 damnatorum. pag. 81. *Quid de apparitione Sa-
 muelis.* pag. 81
*Apparitiones & mirabiles operationes aliquando con-
 tingunt circa corpora mortuorum, & quibus at-
 tribuenda* à pag. 113
*Argumenta, quibus probatur non posse pactum esse in-
 ter homines & Demones ponuntur.* pag. 35. *solu-
 untur & confutantur.* pag. 37. 38. 39. 40. 41.
*Artes perniciose magorum sunt affines & caudas ha-
 bent colligatas, quamuis facies diuersas.* pag. 370.
*Earum sectatores diuersis nominibus appellantur
 ibidem.*
*Asserere nunc angelos & Demones esse corporeos, te-
 merarium est.* pag. 60. & seq.
Aruspex vnde dicatur. pag. 433
*Artes magica & Diabolica diuiduntur in diuinatrices
 & Operatrices.* pag. 393

Astrologia

INDEX.

- Astrologia due sunt partes.* pag. 408
*Astrologus quomodo ex astris & cælorum motione de
 futuris possit prognosticare.* à pag. 409
 B.
Bona Physognomia prodest, & mala nocet reo
 pag. 426
 C.
Causa somniorum duplex. pag. 443
Causa tres sunt, ob quas facerose in medio tolluntur.
 à pag. 551
*Causa cometa qua sint, & in quibus figuris cometa ap-
 pareat ibidem & pag. sequenti.*
Causa efficiens meteorologicorum effectuum qua sit.
 pag. 479
*Caput. Episcopi. 26. q. 5. non condemnat sagas, sed
 sectam mulierum diuersam, vt late ostenditur.* à
 pag. 347
*Causa dispositiua ad maleficium ignorantia in mini-
 stris Ecclesie.* pag. 132. *Somnus in magistratu.*
 pag. 136. *Insidelitas.* pag. 139. *ad hanc reducitur
 superstitio ibidem. Curiositas* 150. *Huic adiungi-
 tur superbia.* 152. *insatiabilis amor congregandi
 diuitias ibid. Luxuria.* 153. *Execratio.* 155. *De-
 solatio seu nimia tristitia ibid. desperatio conuersio-
 nis causa perseuerantia.* pag. 156
Campana non baptizantur, sed benedicuntur. pa. 341
Campanarum vsus contra maleficos & tempestates.
 pag. 339
*Campanarum sonitus impedit translationem realem
 vt exemplis ostenditur.* à pag. 343
 Chrisma

I N D E X.

Chrisma è frontibus *sagarum* à *Damone* eradicari
nequit. pag. 42
Chaldei qui dicantur in *L. Nemo*. pag. 525. & seq.
Clavi, *scopuli*, *setæ*, *ferramenta* & similia dura quo-
modo à *maleficis* corporibus ingerantur à pag. 510
Condemnati ad ignem secundam consuetudinem re-
ceptam prius strangulantur, nisi singulares circum-
stantiæ accedant. pag. 334
Confessio duorum, aut trium contra aliquem, partici-
pem in crimine regulariter indicium facit ad tor-
turam in crimine *maleficorum*. pag. 280. & seq.
Cometæ an sint signa bellorum, & instantium calamita-
tatum. pag. 418
Cogitationes cordis pendentes à volūtatis nostræ liber-
tate, *Dæmones* non cognoscunt. pag. 390. *Secreta*
furta, deperdita & thesauri absconditi eorum cog-
nitionem non effugiunt. pag. 391
Confessio *malefici* contra socium facit indicium ad
torturam à pag. 260, non tamen per se sufficiens
nisi alia adsint. pag. 263
Corpora cœlestia agunt in hæc inferiora, non autem in
creaturas pure spirituales. pag. 405
Cometæ aut procedit ex causa naturali, aut superna-
turali. pag. 421
Cognitio criminis *maleficorum* maximè ad *Theologiam*
spectat. pag. 392
Constitutus in dignitate vt doctoratu an possit morte
affici absq. exauctoratione. à pag. 598
Cognitio *Dæmonum* quomodo indies augeatur, latè
declarat. à pag. 381

Conuen-

I N D E X.

Conuentus siue congregatio *maleficorum* & *sagarum*
in tres ordines distinguitur. pag. 58
Criminis enormitas facit, vt liceat statuta & leges
transgredi. à pag. 289
Crimina excepta in quibus, socius de socio criminis po-
test interrogari. pag. 240
Crimina *maleficij*, *sortilegiorum* & *magiæ* sunt com-
munis fori. pag. 127
Curiositate docti à *Damone* seducuntur. pag. 151

D.

Damatio ad bestias erat etiã in lege diuina. pa. 579
Dardanary qui sint, & vnde dicti. pag. 123. & 124
Dæmones esse est articulus fidei. pag. 8
Dæmones, quomodo conuersantur & loquantur cum
hominibus. pag. 73. & quare in corpore assumpto
non videntur à circumstantibus, sed tantum à *ma-
lefico*. pag. 75. & seq. frequenter simulant se esse
animas defunctorum. pag. 77
Dæmones corpora assumunt, & in ipsis apparent ho-
minibus. pag. 61. non legitur eos in forma ouium
apparuisse. pag. 63. sed nec in specie columbæ, ibi-
dem. aërea corpora assumunt. pag. 67. Quando
in forma humana apparent, ex pedibus & inferiori
parte discernere licet. pag. 68
Dæmones instituunt etiam ordinem, & disciplinam
inter suos subditos & *maleficos*. pag. 45
De apparitionibus nocturnis, tumultibus, & spectris
molestantibus quid indicandum. à pag. 83
Dæmonibus maior potestas conceditur in malos quam
in bonos pag. 9

Denun-

I N D E X.

Denunciations in crimine maleficorum, quando suis
vestiuntur circumstantijs alijs indicijs praevalent.
pag. 302

Damoni non est difficile lumen ad videndum producere,
quod etiam a vento non extinguatur. pag. 563

Damones triplici acumine scientiae videntur. pag. 379

Damones delectantur sanguine humano pag. 585

Damones quare patia seruent. pag. 32

Demonis vexationes sacrificio missa pelluntur. pag. 101
reliquijs sanctis pag. 102. exorcismus 104. Herba,
melodia & res sensibiles indirecte possunt mitigare
Demonis vexationes pag. 111

Damones cum nec manus, nec instrumenta habeant,
quomodo ianuas aperiant, lapides projiciant, &
corpora moueant a pag. 94

Deus cur permittat, vt Daemon potestatem in homines
habeat pag. 9

Denunciantes in crimine maleficorum, quando sunt
varijs, cui confessioni standum sit. pag. 278

Demon dominatur non timentibus Deum in veritate.
pag. 15

Demonis potentia in qua sensum sit ligata. pa. 11. et 14

Dictum mandatarij solum sine alijs adminiculis non
facit indicium ad torturam contra mandantem.
a pag. 268

Diabolus in suis operibus diuina opera imitari contem-
dit & Dei similitudinem affectat. pag. 21. & 163

Diabolus non potest maleficos a potestate magistratus
eripere. pag. 357

Diabolus lege ordinaria non potest representare inno-
centem

I N D E X.

centem in congregatione nocturna maleficorum la-
te ostenditur & declaratur. a pag. 352. Nec etiam
Daemon cupit innocentes representare. pag. 359

Differentia sexus non est in Daemonibus. pag. 194.

Differentia inter crimina excepta & non excepta.
pag. 241

Diuinitio per sortes, an sit reprobata. a pag. 448

Diuinitio per somnia, an sit licita. a pag. 442

Diuinator non meretur fidem, si quem denunciaret per
incantationem, de arte malefica. pag. 323

Diuinitio per auguria quomodo sit licita. a pag. 437

Diuinitio non accipitur in bonam partem. pag. 375.
eius varia sunt species. pag. 376

Diuersi Dæmones diuersis vitijs præsunt. pag. 49

E.

Emanatio sanguinis occisi ad praesentiam occisorum di-
uino miraculo attribuenda. pag. 116

Episcopi non possunt suis subditis dare licentiam le-
gendi & retinendi libros hereticorum. pag. 607

Error est dicere maleficos non posse redire ad men-
tem sanam. pag. 21

Eucharistia maleficis & alijs ad mortem damnatis
penitentibus & petentibus potest dari. pag. 335

Exempla maleficorum & sagarum attestantium se
actum libidinis cum Damone exercuisse. a pag.
209

Exemplum ostenditur Dæmones egerime ferre, si dis-
ciplina negligatur in congregatione. a pag. 55

Exempla

I N D E X.

Exempla plura translationis realis. à pag. 224
 Exemplis confirmatur magos & maleficos posse destruere fructus & sata, & perturbare elementa. à pag. 494
 Experientia insignis est in Damonibus. pag. 380
 Expositio verborum Exodi 22. Maleficos non patieris vivere. pag. 531

F.

Fama unde originem habere debeat. à pag. 619
 Fœmina etiam actiue concurrat ad generationem. pag. 209
 Furtum non est crimen exceptum. à pag. 240
 Futura in se considerata solum à Deo cognoscuntur pag. 386. Quando autem causam habent necessariam determinatam & infallibilem à Damonibus cognoscuntur. pag. 389
 Futura merè contingentia Dæmones naturaliter non cognoscunt. pag. 388

G.

Gentiles quare diebus Septimana nomina Planetarum assignarunt. pag. 412
 Genethliaci Astrologi quare appellantur. pag. 411
 Grandinis lapidatione sepius homines puniunt Deus. pag. 483

H.

Heredes obligantur ex delicto defuncti in conscientia ad recompensationem damni illati. à pag. 119
 Hæreticorum proprium est, ut malis bona permisceant pag. 608

Historia

I N D E X.

Historia de S. Germano refertur. pag. 351. & ad eam responderetur. pag. 360
 Homini ab ortu natiuitatis sue in custodia deputatus est angelus bonus, & ad exercitium spiritus malus. pag. 165

I.

Imaginibus quibus & quomodo malefici & sarga utantur à pag. 589
 Indebitus Dei cultus quid, & quotuplex. pag. 141
 Indicia in magia & maleficio aduertenda à pag. 613 tractantur. Indicia quot requirantur ad torturam pag. 270
 Indicium quid sit, & unde dicatur. pag. 305
 Indicis arbitrium in arbitrarijs quale esse debeat. pag. 271
 Indici non licet dolo, aut falsa promissione impunitatis confessionem elicere à pag. 326

K.

L.

Labores hominum quomodo proferantur à maleficis. pag. 461
 Lame quare dicantur. pag. 370
 Libido & carnale peccatum an in Damonibus sit. pag. 201
 Libri hæreticorum etiam sunt igni tradendi pag. 602 & seq. penes aliquem reperi: faciunt presumptionem hæresis pag. 604
 Libri magici sunt comburendi. pag. 600

M.

Magia diuiditur in damnatam & naturalem. pag. 174
 S s & quid

I N D E X.

& quid sit magia pag. 175. *Magia naturalis mul-*
ta ponuntur exempla. à pag. 176
Magi & malefici non possunt semper curare maleficia
à se, vel alijs illata. à pag. 505
Maleficia quare potius in nocte & locis secretis fiunt.
pag. 289
Magicarum artium, qui fuerint inuentores. pag. 367
Magica vanitates quomodo artes dicantur. pag. 458
Magi siue malefici infantium & infantum vita infi-
diantur. à pag. 581
Malefici & magi possunt potestate Daemonum facere
ranas, serpentes, lunaces & animalia imperfecta
pag. 109. habent etiam rem veneream cum De-
mone. pag. 191
Malus spiritus delectatur forma nigra. pag. 65
Malefici non possunt transmutare materiam ex vna
forma in aliam, nec virtute Daemonis se, aut alios
homines verè transmutare in lupos, veles vel
aliam quamcumq; bestiam. pag. 178. 179
Maleficus, si scit quem in sua societate poenituisse non
tenetur eum denunciare, imò si denunciaret, peccat.
pag. 252
Malefici & sages sunt quasi asini Diaboli. pag. 19
Malefici vim generatiuam impedire possunt. p. 214. &
morbos inferre, & mortem. pag. 215. & etiam va-
lent morbos curare licet non omnes. pag. 217
Valent etiam tempestates mouere pluuias, tonitrua
& grandines producere. pag. 220. & ad longum
à pag. 47
Malefici sic dicti ob facinorum magnitudinem an sin-
moni

I N D E X.

morte afficiendi. à pag. 529. & quid si hominem
aut animal non occulerint. à pag. 537
Malefici & sages saepe transferuntur realiter de loco
ad locum. à pag. 221
Malefici & sages nocte sine strepitu aliquando ades
maleficiandi intrant, & nocent. à pag. 521
Maleficus de se confessus credendum est contra socios
criminis. à pag. 248
Malefici animos hominum ad amorem deflectere pos-
sunt. pag. 463
Maleficorum siue sortilegorum duplex professio Taci-
ta & expressa. pag. 33
Maleficium non est simplex crimen, sed plura includit
pag. 527
Maleficium vt fiat, tria concurrere debent. pag. 8.
Maleficia etiam non licet exercere ad bonum finem &
effectum. à pag. 497. & seq.
Masculinum in materia indifferenti inter masculum
& feminam prolatum concipit femininum. p. 372
Materia horum inferiorum subiecta est etiam Demo-
nibus, quantum ad motum localem. pa. 43. & 479
Mathematica dupliciter accipitur. pag. 403
Medicorum olim fuit sententia non esse Demones.
pag. 5
Mendacium omne prohibitum iure diuino & humano.
pag. 327
Miracula vera non possunt facere magi & malefici.
pag. 173
Multitudini an parcendum sit in maleficijs. à pa. 580

I N D E X.

N.

- Nabuchodonosor non verè mutatus est in bouem. pa. 187
 Naturalia in Damonibus non mutata, sed integra
 manserunt. pag. 43
 Negatio S. Petri non est similis illi, quam malefici fa-
 ciunt. pag. 557

O.

- Occulta qua sint. pag. 288
 Opera maleficorum effectum habent ex pacto expresso
 vel tacito cum Damone. pag. 22. & seq.
 Ordo & pralatio est inter Damones. pag. 45

P.

- Pactum quid sit. pag. 37
 Pactum duplex. Tacitum & expressum. pag. 33
 Pactum potest esse inter hominem & pure spiritualement
 creaturam. pag. 39
 Pater aut mater si sciat filium aut filiam hæresi aut
 maleficorum crimine infectum, si non sit spes,
 quod admonitione priuata corrigentur, tenetur
 denunciare. pag. 245
 Peccata præcedentia aliquando sunt causa aliorum.
 pag. 17
 Pecunia oblata à Damonibus vt plurimum in putredie-
 nem vel aliam materiam resoluitur. pag. 57
 Pœna præsentis poculum amatorium qua sit. à p. 475
 Plures feminae sunt superstitiosæ & maleficæ quam vi-
 ri. pag. 373. rationes redduntur. ibidem.
 Pueri incidentes in crimen maleficorum, an sint pu-
 mendi. à pag. 568
 Purgatio aqua frigida reprobat. à pag. 315

Probatu

I N D E X.

Probatio sufficiens in ciuilibus, in criminalibus facit
 indicium ad torturam. pag. 265

R.

- Ratio, quare in criminibus exceptis Iudex teneatur
 reum interrogare de socijs & non in alijs. pag. 243
 Regulae generales Physiognomo obseruanda. à pa. 427
 Regula, quibus dignoscitur, an aliquid sit superstitio-
 sum. pag. 148. 149
 Restitutionis obligatio saepe nascitur ex maleficorum
 crimine. pag. 118

S.

- Saga vnde dicta sint. pag. 371
 Socij denunciante participes criminis, quod eos in lu-
 dis Diabolicis viderint, etiam si non fiat mentio de
 homine aut equo occiso faciunt indicium. à pa. 296
 Sors quid sit & quotuplex. pag. 449
 Sorte regulariter non est vtendum in electionibus Ec-
 clesiasticis. pag. 452
 Stryges vnde dicantur. pag. 286 & 371
 Superstitiones plurimæ enumerantur. à pag. 142

T.

- Testimonium inimici etiam non recipitur in criminibus
 exceptis. pag. 307
 Testimonium minoris sufficiens est ad inquirendum,
 non torquendum. pag. 309
 Testimonium sociorum criminis non sufficit ad con-
 demnandum, sed tantum ad torquendum. à pa. 311
 Testes de re nocte parata testimonium ferre possunt,
 si dicant lunam, aut aliquod lumen illuxisse, aut
 delinquentem fuisse propinquum subiungant. pa. 563

S s s

Testium

I N D E X.

Testium inhabilitates quaedam à lege sunt, quaedam à natura. pag. 308

V.

Vana observantia quid, & qua eius species. pag. 141

Venenum sumitur in bonam & malam partem. p. 394

Veneri nomine etiam intelligitur maleficium & incantatio. à pag. 399

Venerum prabens ad occidendum, si non sit secutus effectus non punitur pena ordinaria. pag. 417

Veris Christi cultoribus artes magicae non nocent. pag. 356

Vxor Loth versa est in statuam salis, & qua causa illius conversionis. pag. 188.

Z.

Zoroastres statim à natiuitate risit, cum potius more aliorum hominum flere debuisset, & fuit inuentor artium magicarum. pag. 368. & in quem sensum earum possit dici inuentor. pag. 369

F I N I S.

E R R A T A, Q V A E obrepserunt.

Pag. 14. linea 1. pro *creaturis lege creatoris.* pag. 15. lin. 27. pro *facile falsum.* pag. 19. lin. 25. beneplacito pro *beneficiato.* pag. 42. lin. 5. *inunguntur.* pag. 48. lin. 13. *natura* lin. 15. *alijs* pag. 58. lin. 28. *destructione* pag. 59. lin. 10. *vocat* pag. 69. li. 23. pro *valent vadunt.* pag. 76. li. 18. *angulum* pag. 77. li. 1. *astante* pag. 89. li. 13. *miscere* pag. 102. li. 12. *ille* pag. 111. li. 11. *remedia* pag. 123. li. 25. *crimibus* pag. 150. li. 23. pro *tenditur* *traditur* pag. 197. li. 1. *Demone* pag. 198. li. 7. *excidatur* pag. 206. li. *ultima* *apposuerit* pag. 234. li. 19. pro *caecitate, entitate* pag. 374. li. 2. *quas* pag. 380. li. 12. *cognitionem* pag. 384. li. 12. *reuelare* lin. *vti* *eliciat* pag. 455. li. 20. *imittitur* pag. 470. li. 24. *furaris* pag. 474. li. 16. *repugnet* pag. 477. li. 18. *tentat* pag. 482. li. 4. *longioris* pag. 551. li. 27. *facinerosi* pag. 560. li. 27. *commensuratur* pag. 610. li. 7. *potuerint* pag. 611. li. *vti.* *alij* pag. 613. li. *vt.* *indictorum* pag. 614. li. 23. *oculos* pag. 615. l. 20. *lege* *speciebus* *de quibus* pag. 618. li. 20. pro *probatio, purgatio* pag. 622. li. 21. *lege astatis.* reliqua *studiosus lector* *corrigeret.*